Library of The Theological Seminary

PRINCETON · NEW JERSEY

PURCHASED BY THE
MRS. ROBERT LENOX KENNEDY
CHURCH HISTORY FUND

CN360
.D61
v.2

Digitized by the Internet Archive
in 2023 with funding from
Princeton Theological Seminary Library

https://archive.org/details/syllogeinscripti02ditt

LIBRARY OF PRINCETON
OCT 3 1911
THEOLOGICAL SEMINARY.

SYLLOGE

INSCRIPTIONUM GRAECARUM

ITERUM EDIDIT

GUILELMUS DITTENBERGER.

VOLUMEN ALTERUM.

LIPSIAE
APUD S. HIRZELIUM
MDCCCC.

PRAEFATIO.

Cum de huius editionis rationibus quae necessaria videbantur prioris voluminis praefatione exposita sint, nunc statim ordiri licet a suavissimo gratias agendi officio. Etenim cum illic verissime praedicare licuerit, me a multis hominibus doctis qui in eadem litterarum Graecarum provincia versarentur multifariam adiutum esse, nunc laetissimo et gratissimo animo profiteor, numerum eorum quibus eiusmodi auxilium acceptum feram in hoc altero volumine etiam egregie auctum esse. Nam ad illos priores, qui ne nunc quidem me deseruerunt, primum accesserunt voluminis prioris censores cum nostrates complures, tum B. Haussoullier qui non modo honorificentissimum de libro meo iudicium tulit (*Revue critique* 1899 p. 403 sqq.) sed etiam haud paucis observationibus utilissimis mea auxit, supplevit, emendavit, usquequaque iudicem non minus iustum et peritum quam benevolum se praebens. Deinde vero etiam privatim a nonnullis hominibus doctis egregie adiutus sum, inter quos praeter Adolphum Wilhelm virum amicissimum, qui per litteras multa praeclara inventa sua mecum communicavit, inprimis numerandus est Mauricius Holleaux Lugudunensis, qui humanissime haud pauca quae nondum typis mandaverat mihi scripta transmisit, qua ex re quantum fructus ad titulos et restituendos et interpretandos redundaverit non est quod multis verbis praedicem, quoniam nemo harum litterarum peritus ignorat, quanta sit in illo doctrina et sagacitas. Item optime de hoc volumine meruit Alexander Nikitsky, qui et commentationes quasdam suas Russica lingua conscriptas ad me misit

et de aliquot titulis quid iudicii sui esset mihi aperuit. Multae sane ex horum nobilissimorum virorum observationibus tum demum ad me pervenerunt, cum inscriptiones ad quas spectabant iam prelum subiissent; quare in addenda et corrigenda reiciendae erant, quae hac potissimum de causa ne neglegant enixe rogatos velim eos qui hoc libro usuri sunt.

Iam nihil restat praeter indices, qui maxima ex parte iam litteris consignati sunt ut eos peculiari volumine comprehensos proximis mensibus in publicum prodire posse plane confidam. Eos in universum eadem ratione adornatos esse atque in proëcdosi ea potissimum de causa hic dico, quia homo doctissimus cuius auctoritas apud me multum valet, B. Haussoullier, in prioris voluminis censura mihi suasit ut illos omnes indices multifariam divisos in duos confunderem, quorum alter nomina, alter res et verba memorabilia contineret. Quod consilium me non leviter sprevisse, sed diligenter perpendisse assevero. At ut utrumque institutum sua bona itemque sua incommoda habet, sic cum tamen alterutrum necessario eligendum esset, diu multumque cogitanti satius visum est pristinum ordinem retinere, quia is ei quidem qui unius certae rei memoriam quaerit aliquando illo altero paullo minus commodus videri potest, ei vero qui de aliqua parte rerum antiquarum quid omnino in horum voluminum titulis reperiatur cognoscere vult, multo maiorem utilitatem praebet; neque silentio praeterierim ab amicis, qui multiplici usu priorem editionem penitus cognitam haberent, consilium meum probatum esse. At tertium indicem, qui ad res publicas spectat, olim minus feliciter a me dispositum esse confiteor ideoque huius ordinem nunc immutavi. Plane nova accessit tabula numerorum huius sylloges cum aliis libris ubi eidem tituli expressi sunt comparatorum. Qua de re iam ineunte anno huius saeculi (i. e. undevigesimi) nonagesimo sexto, cum de paranda nova editione ageremus, inter honestissimum redemptorem et me convenisse propterea hic testor, ne quis inde, quod Caroli Micheli collectio nuper ad finem perducta idem utilissimum institutum habet, me eius vestigia pressisse colligat; namque item Haussoullierus, censor nulla ex parte iniquus, id quod

multo frequentius quam olim praeter editiones titulorum etiam commentationes librosque ubi de eis disputaretur commemorassem, ad imitationem libri Micheliani rettulit, cum tamen illud consilium iam cepissem et magna ex parte effecissem priusquam illius primus fasciculus in publicum prodiret. Item si quis permultos titulos eosdem apud utrumque nostrum invenerit, is sciat eligendi et adornandi negotium (praeter n. 910—940 qui postea accesserunt) iam ante illud tempus absolutum fuisse, ita ut hoc quidem nomine nihil homini doctissimo acceptum feram; immo inde quod tam saepe eodem in eligendo iudicio usi sumus fortasse colligas neutrum nostrum leviter aut imperite hoc officio functum esse. Praeterea non est quod dicam, me meritis laudibus utilissimae collectionis nulla ex parte quicquam detrahere velle.

Scribebam Halis Saxonum mense Ianuario MDCCCC.

GUILELMUS DITTENBERGER.

PARS ALTERA.

I.

Res publicae.

1. Reipublicae forma ac partes, urbis et agri termini.

425 Lapis sacram mensam sustinens Meliteae (*Avaritsa*) in ecclesia monasterii. Edd. L. Ussing Inscr. inedd. p. 2 n. 2. Rangabé Ant. Hell. 692 (Lebas Inscr. II, 1179. A. Fick ap. Bezzenberger Beitr. VI p. 312 et ap. Collitz Gr. Dialektinschriften II p. 22 n. 1415. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 p. 169 n. 239. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 27 n. 22). Ex Lollingii ectypo et Graefii apographo nonnullos locos emendavit A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XV p. 120 n. 13. Cf. quae disputaverunt W. Vischer Kl. Schriften I p. 374. 577. E. Kuhn, die Entstehung der Städte der Alten, p. 124 sq. Marcel Dubois Les ligues Etolienne et Achéenne p. 225. Ch. Bérard De arbitrio p. 32 sqq. W. Feldmann Analecta epigraphica ad historiam synoecismorum et sympolitiarum, Argentorati 1885, p. 104 sqq. (Dissertationes Argentoratenses IX p. 200 sqq.). E. Szanto das gr. Bürgerrecht p. 152. H. Pomtow Jahrb. f. Philol. CXLIX (1894) p. 833.

Μελιταιέοις[1] καὶ Πηρέοις[2] ἔκριναν οἱ ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν αἱρε-

---

Litterae volgares praeter Σ quod brachia paene parallela habet. 1 Oppidum Μελίτεια vocatur cum hic v. 30. 31 tum in aliis titulis (I. G. Sept. I, 287, 6. Wescher sur le monument bilingue de Delphes p. 79 Τολμίδας Κλεοδάμου Ἀχαιὸς Φθιώτα[ς] ἐγ Μελιτείας); neque discrepat scriptorum memoria (Theopompus ap. Steph: Byz. s. v. Polyb. V, 97, 5. Strabo IX, 5, 10 p. 434 Cas. Diodor. XVIII, 15, 1. Plut. Sulla 20) nisi quod aliquotiens (Thuc. IV, 78, 1. 5. Pseudodicaearchus 3, Geogr. Gr. min. I p. 109, 15 Müller) lenissimo librariorum errore Μελιτία exaratum est. Quod contra iidem scriptores itemque inscriptiones (praeter hanc n. 307, 14. 45. Curtius Anecd. Delph. n. 50), item constanter Μελιταιεύς (-αεύς) scribunt. Feldm. Quae primitivi et ethnici discrepantia ni plane fallor a dissimilationis studio profecta est, etenim diphthongus ubi eam vocalis ε excipiebat, α habebat et vice versa. De situ oppidi cum antea dissensissent homines docti, post hanc tabulam

θέν|τες δικασταί, Δωρίμαχος[3], Πολεμαῖος[4], Ἀργεῖος Καλυδώνιοι, αὐτῶν | ἐπιχωρησάντων ἐξ ὁμολόγων[5]· ὅρια μὲν εἶμεν τᾶς χώρας Μελιταιέ|οις καὶ Πηρέοις[6], ὡς ὁ Ἀκμεὺς ἐμβάλλει ἐν τὸν

inventam quin relliquiae prope *Avaritsa* exstantes ad id referendae sint non iam dubium est. Fuerunt Melitaeenses Achaei Phthiotae, sed quo tempore haec incisa sunt, eos Aetolorum foederi interfuisse apparet. Cui quando accesserint Achaei, traditum quidem non est, sed utique eius rei tempus non magno intervallo a 240 a. Chr. distat. Anno 217 a. Chr. etiamtum Aetolorum erat urbs, qua tum frustra potiri conatus est Philippus Demetrii f. (Polyb. V, 97, 5. 6), sed per proximorum annorum cursum paullatim oppida Phthiotica eis extorta sunt; neque post regis cladem 196 a. Chr. ullum ex eis praeter Thebas Phthioticas recuperaverunt. Altera igitur parte tertii a. Chr. n. saeculi hoc arbitrium datum esse apparet. Sed litteraturam postremum potissimum huius temporis spatium, non multis annis ante 200 a. Chr., indicare iudicat peritissimus huius rei existimator A. Wilhelm. Argumentum tituli certe nulla ex parte cum hac sententia pugnat (cf. not. 34. 36). 2 Cf. Steph. Byz. Πήρεια Θεσσαλίας χωρίον· τὸ ἐθνικὸν Πηρεύς. Hesych. Πηρίη πόλις ἐν Θεσσαλίᾳ. Hunc non recte vituperat F., quod urbem dixerit, etenim cum in hoc titulo v. 19. 24 Melitea nude ἁ πόλις dicatur, apparere Peream κώμην modo fuisse. Immo quamdiu συμπολιτεία mansit, Perenses pagum Melitaeensium efficiebant, ante eam conditam et post dissolutam, si modo aliquando rursus dissoluta est, civitas sui iuris erat. Cf. quae de Megarensibus et Aegosthenitanis adnotavi n. 174[7]. Num iam apud Homerum B, 766 huius oppiduli mentio fiat (cf. Feldm. p. 109 sq.) diiudicare non huius loci est. Ceterum totius tituli tenor indicat, iam aliquanto antequam is exararetur convenisse inter Melitaeenses et Perenses de sympolitia, sed post coniunctas civitates dissensiones ortas esse, quae ut componerentur illos adiisse Aetolos ut sibi arbitros darent. 3 Nomen, per illas Graeciae regiones non infrequens, in titulis (I. G. Sept. III, 486, 6) ut in optimo Polybii codice Vaticano scribitur per ω, cum volgaris forma Δορίμαχος in alios libros manuscriptos irrepserit. Ceterum hunc Calydonium cave confundas cum aequali eius praetore Aetolorum; nam de hoc Polybius IV, 3, 5 dicit Δωρίμαχος ὁ Τριχονεὺς ἦν μὲν υἱὸς Νικοστράτου. 4 Forma nominis multo rarior quam Πτολεμαῖος, sed neutiquam inaudita (184[2]. I. G. Sept. III, 426, 3). 5 Nulla igitur erat legitima Aetolorum auctoritas in litibus civitatium diiudicandis, sed sua sponte Melitaeenses et Perenses consenserant de eorum arbitrio implorando. Cf. n. 314, 46 καθότι Λα[κεδαιμόνι]οι καὶ Μεσσήνιοι συνωμολογήσαντο. 428, 5 ὁμολογησάντων Μαλίων καὶ Κιμωλίων. Formulam ἐξ ὁμολόγων Feldm. sagaciter restituit in titulo C. I. G. II Add. p. 1100 n. 2561 *b*, 25, singularem ἐξ ὁμολόγου apud Polybium I, 87, 9 et alibi legi monuit Uss. 6 Terminantur agri, quia optio datur hoc arbitrio Perensibus, utrum in sympolitia cum Melitensibus permanere an ab eis secedere (ἀποπολιτεύειν v. 16) velint, ne si hoc praetulerint statim nova lis de finibus oriatur. Ceterum hos terminos, cum fere nullum ex locis commemoratis aliunde noverimus, definire post infelicissimum Rangabéi conatum, qui ne perspexit quidem hic

5 Εὐρωπόν, καὶ ἀπὸ τοῦ ‖ Ἀκμέος ἐν τὰν παγὰν τοῦ Γαλαίου, καὶ ἀπὸ τοῦ Γαλαίου ἐν τὰν Κολώ|ναν, καὶ ἀπὸ τᾶς Κολώνας ἐπὶ τὸ Ἑρμαῖον ἐπὶ τὰ Εὐρύνια, καὶ ἀπὸ τῶν Ε[ὐ]|ρυνίων κατὰ τῶν ἄκρων, ὡς ὕδωρ ῥεῖ ἐν τὸν Εὐρωπόν[7], ἐκ τοῦ Εὐρω|ποῦ ἐν τὸν Ἐλιπῆ[8], ἐκ τοῦ Ἐλιπέος ἐν τὸ νέμος[9] τὸ ἄγον ἐν τὰν Ἄμ[πε]|λον, ἀπὸ τᾶς Ἀμπέλου κατὰ τῶν ἄκρων ἐπὶ τὸ Ὕπατον,
10 ἀπ[ὸ] ‖ τοῦ Ὑπάτου ἐν τὸν Κερκινῆ, ἀπὸ τοῦ Κερκινέος ἐν | τὰν Μύνιν, ἀπὸ τᾶς Μύνιος ἐν τὸν Εὐρωπόν, τοῦ Σκαπεταίο[υ] | καὶ τοῦ Εὐρωποῦ ἐν τὰν συμβολάν. τὰν δὲ δαμοσίαν χώ|ραν[10], τούς τε Καράνδας καὶ τὰν Φυλιαδόνα, μὴ ἀποδόσθων Μ[ε]|λιταεῖς, ὥστε πατρώιαν ἔχειν τὸν πριάμενον[11], πολιτευόντω[ν] ‖
15 Πηρέων μετὰ Μελιταιέων, ἀλλὰ κατ' ἄνπαλον[12] μισθούντω κ[α]|θὼς καὶ τὸ πρότερον. εἰ δέ κα ἀποπολιτεύωντι[13] Πηρεῖς ἀπὸ Με[λι]|ταέων, περὶ μὲν τᾶς χώρας ὅροις χρήσθων τοῖς γεγραμμένοις, καὶ ἔ|χοντες ἀποπορευέσθων βουλευτὰν ἕνα[14], καὶ

---

non integrum orbem quo ager cingeretur sed eam modo partem finium qua Perensium territorium Melitaeense attingeret describi, nemo ausus est. 7 Europum maximum esse illius regionis fluvium in quem reliqui influerent ex ipsa finium descriptione collegit Uss. ideoque, dubitanter sane, eundem qui alibi Apidanus vocaretur esse coniecit. 8 Hanc nominis formam habet Hesychius Ἐλιπεύς· ὁ Ἐνιπεὺς ποταμός, cum reliqui scriptores inde ab Homero λ, 238. 240 Ἐνιπεύς scribant. Strabo VIII, 3, 32 p. 356 Cas. manifesto aliam nominis formam affert; sed utrum Ἐνισέα retinendum cum Kramero, an (ut videbatur Bursiano Geogr. v. Griechenl. I p. 76 not. 3) Ἐλιπέα emendandum sit, difficile est diiudicatu. 9 I. e. τόπος δασύς, ἐπιτήδειος εἰς νομήν, ut interpretatur Eustathius ad Hom. Λ, 480 allatus ab Uss. 10 Ager qui ante coniunctam utramque civitatem publicus populi Perensium fuerat. Hic sane sympolitia totius civitatis factus erat, ac populus Melitaeensis tum de eo venumdando cogitasse videtur. At obloquebantur Perenses, ne si quando suam rempublicam rursus ab illis divisissent agro illo sibi carendum esset. In summa rei hac quidem de controversia, quae omnium gravissima fuisse videtur, secundum Perenses iudicaverunt arbitri ab Aetolis dati. F. 11 Cf. n. 178, 12. 19 ἐμ πατρικοῖς et decretum Pharsaliorum illic a me allatum. 12 ἄνπαλος substantivum ab ἀνὰ et πάλλω derivatum, vicissitudinem designans, a Boeckhii (ad Pindari Ol. VII, 110) vituperatione feliciter vindicavit F. monuitque, manifesto hac formula a venditione, qua in omnem aetatem dimitteretur dominium agri, distingui locationem qua ad tempus modo huic modo illi fruendus permitteretur. 13 Arbitrorum demum sententia hoc concessum est Perensibus, ut si vellent discederent ex civitatis communione quam cum Melitaeensibus fecerant. Nam per se haec communio non poterat dissolvi nisi consentientibus utrisque. 14 Aetolorum consilium commune ita compositum fuisse, ut singulae civitates senatores

τὰ δάνεια συναπο|τινόντω, ὅσα κα ἁ πόλις ὀφείλῃ, κατὰ τὸ
20 ἐπιβάλλον μέρος ‖ [τ]οῦ βουλευτᾶ[15], καὶ ἐμφερόντω τὰ ἐ[ν] τοὺς
Αἰτωλοὺς γινόμε|να κατὰ τὸν βουλευτάν[16]. ἀποδόντω δὲ οἱ
Πηρεῖς τὰς δεκάτας | τὰς γινομένας τοῖς δανειστᾶς[17], ἃς ὀφεί-
λοντι ἐτέων τριῶν, ἀ|ναβολὰν λαβόντες ἔτη τρία. ὅσα δὲ καὶ
πρότερον ἐλάμβανον[18] ο[ἱ] | Πηρεῖς πὰρ τᾶς πόλιος κατ' ἐνι-
25 αυτόν, τοῖς τε ἀρχόντοις ἀργυρίου ‖ μνᾶς τρεῖς[19] καὶ κάρυκι

---

mitterent, atque exiguae quidem, ut Perenses, singulos, ampliores, ut Melitaeenses, plures, ex hoc titulo cognitum est. Quod et hic et v. 32. 33 et frequenter apud scriptores totum quidem consilium συνέδριον vocatur, singuli vero senatores βουλευταί, id nihil habet miri, siquidem etiam de singularum civitatium senatu (βουλῇ) vocis συνέδριον usus inferiore aetate perfrequens est. At iure meritoque Feldmannus negavit, ad idem consilium Aetolorum etiam ἀποκλήτων appellationem referendam esse. Etenim longe aliud monstrare non modo Livii verba XXXV, 34, 2 *per apocletos autem — ita vocant sanctius consilium: ex delectis constat viris — id agitabant*, sed etiam rei naturam. Etenim illum quidem conventum, cui ex unoquoque foederis Aetolici oppidulo singuli, ex modicis urbibus qualis Melitea fuit adeo plures interessent, multo numerosiorem fuisse, quam ut continenter de omnibus rebus deliberare posset, immo longe minore corpore opus fuisse quod medio inter illius maioris senatus sessiones tempore quotidiana Aetolorum negotia expediret; hos fuisse apocletos, delectos, ut Livius l. l. et XXXVI, 28, 8 dicit, nempe ex toto senatu. 15 Ea proportione numerorum quae inter unum senatorem Perensem et plures Melitaeenses intercedebat, omne aes alienum civitatis coniunctae dividendum erat. 16 Idem quod de aere alieno (not. 15) etiam de tributo Aetolis pendendo praecipitur. Sed ex voce ἐμφερόντω (εἰσφερόντων) merito collegeris nulla ordinaria vectigalia Aetolos singulis civitatibus imposuisse, sed per belli modo tempora εἰσφοράν decerni solitam esse. 17 Suum aerarium pagum Perensium habuisse recte hinc collegit F., nam hoc aes alienum iam contractum fuisse quo tempore sympolitia fieret minime credibile est, quia sic cum reliquis civitatis rebus in coniunctam Melitaeensium et Perensium rempublicam transire debuerat. Ceterum cur δεκάται, non τόκοι hic appellentur usurae non perspicio. 18 Iam ante hanc sententiam Melitaeensium civitas Perensium pago, qui suum aerarium habebat (not. 17) has quae statim enumerabuntur pecunias quotannis pependerat. Quas quod hic constituitur ab arbitris ut etiam in reliquum tempus pendant, id indicio est, Melitaeenses id ne facerent recusasse, sed apud arbitros causa cecidisse. 19 Ne nimis mirum videretur, archontes salarium accepisse, F. monuit Perensium archontes quamdiu sympolitia manebat, non summum civitatis magistratum, sed pagi magistros fuisse. At cf. Aristot. Ἀθ. πολ. 29, 5 τὰς δ' ἀρχὰς ἀμίσθους ἄρχειν ἁπάσας ἕως ἂν ὁ πόλεμος ᾖ, πλὴν τῶν ἐννέα ἀρχόντων καὶ τῶν πρυτάνεων οἳ ἂν ὦσιν· τούτους δὲ φέρειν τρεῖς ὀβολοὺς ἕκαστον τῆς ἡμέρας.

στατῆρας δέκα καὶ εἰς τὸ ἔλαιον τοῖς νεανί|[α]ις στατῆρας δέκα[20]
καὶ εἰς τὰν θυσίαν τῶν Σωτηρίων[21] στατῆρας πέντε, | [κ]αὶ νῦν
λανβανόντω, καὶ τὰ λοιπὰ ἐπιμελέσθω ἁ πόλις τῶν Μελιτα|έων
τῶν κοινῶν ἐμ Πηρέοις καθὼς καὶ τὸ πρότερον. νόμοις δὲ
χρή|σθων Πηρεῖς τοῖς αὐτοῖς καὶ Μελιταεῖς, τὰς δὲ ἐν ἀγορα-
νόμοις[22] δίκας γινομέ||νας Πηρέοις ποτὶ Πηρεῖς κατὰ τετράμη-
νον[23] δικαζόντω ἐμ Πηρέοις[24] οἱ ἐγ Με|λιτείας ἀγορανόμοι.
ἀναγραφήτω δὲ ταῦτα ἐν στάλας ἔν τε Μελιτείαι | καὶ ἐν
Δελφοῖς καὶ ἐν Καλυδῶνι καὶ ἐν Θέρμωι. μάρτυρες· τὸ συν-
έδριον ἅ|παν τὸ ἐπὶ γραμματέος[25] Λύκου καὶ οἱ προσστάται[26]

---

20 Perexiguam esse hanc summam, siquidem olei χοῦς Aristotelis (immo eius qui alterum oeconomicon librum concinnavit) aetate Lampsaci tribus drachmis Atticis constitisset (Ar. Oec. II, 2, 7 p. 1347 a, 35. Boeckh Staatsh. I p. 140), observavit F. Nummorum vocabula quae hic legantur omnino de moneta Aeginaea intellegenda esse monet idem. 21 De sacrificio Pereae peragendo, non de victimis Delphos ad illa celeberrima Soteria (n. 205. 206. 691) mittendis recte haec intellegit F., monens etiam in aliis civitatibus variis de causis non modo Iovi Servatori, sed etiam aliis diis Soteria celebrata esse. Sed nescio an tamen conexus quidam huic sacrificio intercedat cum illis Soteriis quae Delphis peragebantur; quae cum eximiorum gentis Aetolicae de libertate Graeciae deque delubro Apollinis Pythii meritorum memoriam conservarent, non incredibile mihi videtur institutum fuisse ut, quo tempore illa sacra Delphis fiebant, in unaquaque civitate Aetolica sacrificium eodem nomine Diis offerretur. 22 Magistratus hic de levioribus rebus quae ad commercia fori spectarent, nullis adhibitis iudicibus ipse cognoscebat. F. 23 Eadem anni in tria quaternorum mensium spatia divisio Erythris usitata erat (n. 210, 3). 24 Cum Perenses partem civitatis Melitaeensium efficerent, omnia ordinaria iudicia Meliteae fieri debebant; sed ne illi propter minimi momenti res semper illuc migrare cogerentur, ter per annum ut aediles Melitaeensium Pereae conventus haberent institutum est. Eodem consilio Athenis constituti sunt οἱ κατὰ δήμους δικασταί (cf. Aristot. Ἀθ. πόλ. 53, 1). 25 Scribam publicum foederis Aetolorum, qui proximum post praetorem et hipparchum locum inter summos magistratus tenebat (Polyb. XXI, 32, 10 χωρὶς στρατηγοῦ καὶ ἱππάρχου καὶ δημοσίου γραμματέως) hic intellegunt U. et V., v. 34. 35 vero diversum ab illo senatus scribam agnoscunt. Vice versa F. hunc senatus, illum publicum totius societatis scribam esse vult. At cum iam appareat (not. 31) utrobique idem nomen fuisse, non est cur alium atque illum unum scribam, cuius memoria apud Polybium exstat, fuisse sumamus. Quod F. dicit alibi praetorem, non scribam, eponymum esse Aetolorum magistratum, id verum quidem est (cf. n. 485, 1. 845, 1. 846, 1), sed eandem plane inconstantiam, cuius causa sane latet, etiam apud Achaeos observamus; cf. n. 468[4]. 26 Praesides senatus sunt duo, nam perperam etiam duo magistratus et tres privati testes

τοῦ συνεδρίου[27] [Ὀρ]|θόλαος Σπάττιος[28], Δύσωπος[29] Ἀπολλω-
35 νιεύς[30], καὶ ὁ γραμματεὺς [Λύ]||κος[31] Ἐρυθραῖος[32], καὶ ὁ ἱππ-
άρχας Ἀλέξων Ἑρμάττιος[33], Πανταλέ[ων Πε]|τάλου[34] Πλευρώ-
νιος, Νικόστρατος Νικοστράτου Ναυπάκτιος[35], | Δαμόξενος
Θεοδώρου Ἡρακλεώτας[36].

---

qui hos duumviros excipiunt, ab Ussingio et Vischero inter προστάτας numerantur. Th. Bergk Zeitschr. f. Alterthumswissensch. 1847 p. 1095. Feldm. 27 Cf. not. 14. 28 Civitas ignota. 29 Hoc nomen inauditum errore pro Λύκωπος lectum coniecit Pomtow, sed A. Wilhelm Gött. gel. Anz. 1898 n. 3 p. 206 ectypo chartaceo usus nulla ex parte dubium esse affirmavit, quin Δύσωπος in lapide esset. 30 Non recte U. nobile Epiri oppidum intellegit, quod certe nunquam Aetolorum sympolitiae interfuit. Feldm. monet civem huius praesidis esse in titulo Delphico Wescher-Foucart 361, 8: Μένανδρος Τιμαίου Ἀπολλωνιεύς; patria utrum castellum Aetolorum prope Eupalium Locridis situm (Liv. XXVIII, 8, 9) an oppidum in insula aliqua ex Echinadum numero (Steph. Byz. s. v.) sit se dubitare indicat. Hoc praetulerim, nam civitatem, non castellum in originis significatione nominari oportet. 31 Supplevit Wi.; cum Uss. et Rang. primam litteram Χ esse putarent, [Ἀντίο]χος vel [Ἐπ]οχος suppleverunt, unde error ille de duobus scribis (not. 25) natus est. 32 Aut τῶν ἐπὶ Θερμοπύλαις (n. 251, 3. 12) aut oppidi de quo Livius XXVIII, 8, 8 dicat (*profectus ad Erythras Aetolorum, quae prope Eupalium sunt, escensionem fecit*) hunc civem esse statuit F. recte, nisi quod Erythras ad Thermopylas civitatem fuisse constat, illas prope Eupalium sitas non item, siquidem Livii verba aeque bene de castello intellegi licet. Cf. not. 30. 33 Cf. Wescher-Foucart Inscr. rec. à Delphes 178, 4 Λύκος Ἀρίστωνος Ἑρμάττιος. Situs oppidi ignoratur. 34 Supplevit Pomtow. Πέταλος nomen per illas Graeciae septentrionalis et occidentalis regiones non infrequens. Cf. I. G. Sept. III, 226, 14. 331, 8. 446, 6. Pantaleo Pleuronius praetor Aetolorum fuit primum 183 a. Chr., tertium 174 a. Chr. Eundem aliquanto ante primum magistratum testis vicibus in hoc arbitrio functum esse non improbabile est. Eius filius Phillis postea item ad summum foederis Aetolici magistratum pervenit (I. G. Sept. III, 411, 1). Ceterum editores recte monuerunt, privatis testibus hic paternae originis significationem ascribi, magistratibus non item, quia hi iam ipso officii vocabulo satis ab aliis cognominibus distinguerentur. 35 Naupactus Aetolorum facta est priore tertii a. Chr. saeculi parte ac ne restituta quidem Locrorum occidentalium societate ad eos rediit, sed etiam imperatorum Romanorum aetate civitas Aetolica fuit (I. G. Sept. III ad n. 357). 36 Heracleam ad Oetam anno 279 a. Chr. sibi adiunxerunt Aetoli (Paus. IX, 20, 9. 23, 14). Feldm. Mansit in eorum potestate usque ad bellum cum Romanis gestum pacemque ab eis Aetolis impositam (Hermae XXXII p. 163. XXXIII p. 327). Ceterum huius testis pater est Theodorus Damoxeni f. Heracleota proxenus Hestiaeensium circa annum 260 a. Chr. n. (n. 494, 23).

426 Tabula marmoris caerulei utrimque inscripta, inventa in monasterio S. Lucae prope vicum *Stiri* orientem versus a Delphis. Ed. Mondry Beaudouin Bull. de corr. Hell. V (1881) p. 42 (Syll.[1] 294. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 p. 157 n. 223. F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschr. II p. 75 n. 1539. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 30 n. 24). Lapide a Lollingio denuo collato repetivi I. Gr. Sept. III, 32. Cf. quae disputavit W. Feldmann Analecta epigraphica ad historiam synoecismorum et sympolitiarum, Argentorati 1885, p. 129 sqq. (Dissertationes Argentoratenses IX p. 225 sqq.).

a

[Θ]εὸς τύχαν ἀγα|[θ]άν. Στραταγέοντος | [τ]ῶν Φωκέων Ζευξίου[1], |
5 [μ]ηνὸς ἑβδόμου, ὁμολο[γ||ί]α τᾷ πόλει Στειρίων καὶ | [τᾷ] πόλει
Μεδεωνίων[2]· Συ[ν|ε]πολίτευσαν Στείριοι κα[ὶ | Μ]εδεώνιοι, ἔχον-
10 τες ἱερά, πό|[λι]ν, χώραν, λιμένας[3], πάντα ‖ [ἐ]λεύθερα[4], ἐπὶ

Litterae volgares praeter ΑΞΠΣ. 1 Annus ignoratur. Ex Thrasonis Lilaeensis et Thrasonis Elatensis nominibus (not. 13. 14) Beaud. collegit extremo tertio aut ineunte altero a. Chr. saeculo haec inter Stirios et Medeonios convenisse. Certe ante annum 190 a. Chr., quo Phocensium foedus restitutum est, cum antea eorum civitates Aetolorum fuissent (Hermae XXXII p. 179 sq.), haec incisa esse nequeunt. Accedit quod Medeonii homines in titulis Delphicis commemorantur archontibus Diodoro (195/4 a. Chr. Bull. de corr. Hell. V p. 412 n. 20), Cleodamo (192/1 a. Chr. Wescher-Foucart Inscr. de Delphes n. 402, 2), Damosthene (182/1 a. Chr. W.-F. n. 392, 2. 436, 14). Nam phratria quidem Medeoniorum etiam post synoecismum mansit (v. 77), sed in titulis Delphicis civitatis, non phratriae nomen addendum fuit. Quare post annum 181 a. Chr. demum Medeoniorum et Stiriorum respublicas coniunctas esse apparet. Feldmanni ratio, qui etiam de Acarnanico aut Boeotico oppido cognomini cogitari posse ideoque meam temporis definitionem incertam opinatur, praeter ea quae in Inscr. Gr. Sept. disputavi etiam propterea improbabilis est, quia Phocensium paene innumerae manumissiones incisae sunt lapidibus substructionum templi Delphici, hominis Boeoti una (Wescher-Foucart 207), Acarnanis nulla. Quicunque igitur hic Medeonii comparent, sine controversio Phocenses sunt. 2 Stirin prope monasterium S. Lucae ubi hic titulus inventus est sitam fuisse iampridem constabat (Bursian Geogr. v. Griechenland I p. 184), de Medeonis situ ambigebatur (cf. Bursian p. 182 not. 2). Nunc id certe apparet, eius agrum attigisse Stiriensem. 3 Cf. 300, 17 sqq. 4 ἐλεύθερα vocantur res quae non oppigneratae sunt. Tum haud raro accidisse, ut civitates in summa pecuniae inopia cogerentur agros, aedificia, publica pignori dare, satis constat. Cf. Appian. Mithr. 63: αἱ δὲ πόλεις ἀποροῦσαί τε καὶ δανειζόμεναι μεγάλων τόκων, αἳ μὲν τὰ θέατρα τοῖς δανείζουσιν, αἳ δὲ τὰ γυμνάσια ἢ τεῖχος ἢ λιμένας

τοῖσδε· εἶμεν | [τ]οὺς Μεδεωνίους πάντας | [Σ]τιρίους ἴσους καὶ
ὁμοίους, | [κ]αὶ συνεκ(κ)λησιάζειν καὶ συ|ναρχοστατεῖσθαι[5] μετὰ
15 τᾶς ‖ [πό]λιος τῶν Στιρίων, καὶ δικά|[ζε]ιν τὰς δίκας τὰς ἐπὶ πό-
λι|[ο]ς πάσας τοὺς ἐνικομένους | [τ]αῖς ἁλικίαις· ἱστάνθω δὲ κα[ὶ |
20 ἱ]εροταμίαν ἐκ τῶν Μεδεω‖[ν]ίων ἕνα τὸν θυσέοντα τὰς | θυσίας
τὰς πατρίους Μεδεων|[ί]οις ὅσαι ἐντὶ ἐν τῷ πολιτικῷ νόμ[ῳ[6], |
25 μ]ετὰ τῶν ἀρχόντων τῶν στα|[θ]έντων ἐν Στίρι. λανβανέτω ‖ [δ]ὲ
ὁ ἱεροταμίας ἀρέσμιον[7] δ [τοὶ | ἄ]ρχοντες[8] ἐλάμβανον, ἡμι|[μ]-
ναῖον καὶ τῶν χοῶν τὸ ἐπ[ι|β]αλὸν τῷ ἱεροταμίαι· συνδι|[κ]αξεῖ
30 δὲ ὁ ἱεροταμίας μετὰ ‖ [τ]ῶν ἀρχόντων τὰς δίκας ἃς | [τ]οὶ ἄρ-
χοντες δικάζοντι, καὶ | [κ]λαρωσ(ε)ῖ τὰ δικαστήρια ἅ κα | δέῃ
35 κλαρώειν[9] μετὰ τῶν ἀ[ρ]|χόντων· μὴ ἔστω δὲ ἐπάναγ‖[κ]ες
λειτουργεῖν τοὺς Μεδε|ωνίους ἐν Στίρι τὰς ἀρχάς, ὅσοι | γεγέ-
νηνται ἐν Μεδεῶνι ἄρ|χοντες, ξενοδίκαι, πρακτῆρες, | δαμιουργοί,
40 ἱερεῖς, ἱεράρχαι, καὶ ‖ τᾶν γυναικῶν ὅσαι ἱερητεύ|κα(ν)τι[10], εἰ
μή τις ἑκὼν ὑπομένοι· | ἱστάνθων[11] δὲ ἐκ τῶν ἀλειτου|ργήτων
45 τῶν Μεδεωνίων κ|αὶ ἐκ τῶν Στιρίων· δαμιουρ‖[γ]έοντων δὲ καὶ
τὰ ἐν Μεδε|[ῶνι ἱ]ερὰ καθὼς ὁ πολιτικὸς νό|μος κελεύει. καὶ

ἢ εἴ τι δημόσιον ἄλλο, σὺν ὕβρει στρατιωτῶν ἐπειγόντων, ὑπετίθεντο. Aliter Feldm. haec interpretatur, sed mihi certe non persuasit. 5 Verbum ἀρχοστατεῖν i. e. ἄρχοντα καθιστάναι alibi non legitur; sed memorabilis est Erinei Doriensium mensis Ἀρχοστάσιος (Wescher-Foucart n. 365, 3), etsi ambigi potest utrum is a comitiis magistratuum (ἀρχαιρεσίαι) an ab ipso introitu eorum qui creati erant nomen acceperit (v. Kubitschek ap. Pauly-Wissowa Realencykl. II p. 599). 6 I. e. quae hucusque publica populi Medeoniorum fuerunt. Ea sacra ut separata a Stiriorum in posterum religiose conserventur, quaestore rerum sacrarum creato prospicitur. 7 Mercedem quandam sacrificiorum a quaestore peragendorum, qualia sunt ἱερεώσυνα sacerdotum, indicari conexus sententiarum demonstrat, neque recte Beaud. ad Suid. Hesych. Etym. M. s. v. ἀρεστήρ provocavit, cuius vocis vis ab hoc loco alienissima est. 8 Magistratus publici Medeoniorum. 9 κλαρω(σ)εῖν Beaud. At neque futuro hic locus est, et tradita lectio rectissime se habet ex legibus dialecti, quae talia verba producta vocali et omissa contractione usurpare amat (δουλώῃ Wescher-Foucart Inscr. de Delphes 427, 10. στεφανωέτω 110, 21. 136, 5. βιώῃ 186, 7. 287, 4. 302, 11. ἀπολλοτριωοίη 53 [n. 860], 13. ἀπαλλοτριώουσα 19, 8). 10 Emendavi. Neque enim Hesychii glossa ἐθώκατι· εἰώθασι, ad quam provocat B., sufficere mihi videtur ad tuendam formam ceteroquin inauditam. 11 Aspirationis post ν in tertiis personis pluralis apud Boeotos frequentissimae (ἀποδεδόανθι, ἔχωνθι, ἀπεγράψανθο) mentionem fecit Beaud., qui iniuria tamen hac ratione reiecta ἱστάνθων medium (pro ἱστάσθων) interpretari mavolt. Ex ipsorum Stiriensium sermone θέλωνθι I. G. Sept. III, 34, 8 affert Becht.

τὰν χ[ώ|ραν] τὰν Μεδεωνίαν εἶμεν | [π]ᾶσαν Στιρίαν καὶ τὰν
50 Στι‖ρίαν Μεδεωνίαν κοινὰν π[ᾶ|σα]ν. κοινωνεόντω δὲ οἱ Μεδε|[ώ]-
νιοι τᾶν θυσιᾶν τᾶν ἐν Στί|[ρι] πασᾶν, καὶ τοὶ ⟨τοι⟩ Στίριοι τᾶν
55 ἐν Με|δεῶνι πασᾶν. μὴ ἐξέστω δ‖ὲ ἀποπολιτεύσασται[12] τοὺ[ς] |
Μεδεωνίους ἀπὸ τῶν Στιρί|[ων] μηδὲ τοὺς Στιρίους ἀπὸ | [τ]ῶν
60 Μεδε[ωνί]ων· ὁπότεροι | [δ]έ κα μὴ ἐμμείνωντι ἐν τοῖ‖[ς] γε-
γραμμένοις, ἀποτει|σάντων τοῖς ἐμμεινά[ν]|τοις ἀργυρίου τά-
λαν|τα δέκα.

b

65 [------π]οιεόντων· ‖ [γ]ραψάντων δὲ τὰν ὁμ[ο]|λογίαν ἐν στάλαν
καὶ ἀν[αθέ]|ντων ἐν τὸ ἱερὸν τᾶς Ἀ[θάν]|ας, θέστων δὲ τὰν ὁμο-
70 [λογί]|αν καὶ παρὰ ἰδιώταν ἐσ[φρα]‖γισμέναν. ἁ ὁμολογία π[αρὰ] |
Θράσωνα Λιλαιέα[13]. μάρ[τυ]|ρες· Θράσων Δαματρίου Ἐ|λατεύς[14],
75 Εὐπαλίδας Θρά|σωνος Λιλαιεύς, Τιμο‖κράτης Ἐπινίκου Τιθορ-
ρε|ύς. δόντων δὲ τοὶ Στίριοι | τᾷ φατρίᾳ τῶν Μεδεωνί|ων ἐν
80 ἐτέοις τεττάροις | ἀργυρίου μνᾶς πέντε κα[ὶ ‖ τ]όπον τὰν καλει-
μέναν | . α . . τρειαν.

---

12 Hunc tenuis pro aspirata usum multis linguae Graecae dialectis (Boeoticae, Locricae, Eliacae) communem esse monuit B. Cf. v. 68 θέστων. 13 Thrasonem Eupalidae f. Lilaeensem apud Wescher-Foucart 81, 7, archonte Cleodamo Mantiae f., initio saeculi a. Chr. alterius, inveniri monuit B. Sed idem nomen etiam W.-F. n. 283, 2 est, archonte Eudoro, paullo post a. 170 a. Chr. ut videtur (cf. 268, 309. 313). 14 Hic item est in titulo W.-F. 81, 12, omisso sane patris nomine.

---

427 Tabula lapidis arenacei leucophaei Cretensis, inscripta ab utraque parte, quam possidet Lambiri in vico Piscocefalo provinciae Sitia quae est in insula Creta. Ed. L. Mariani Monumenti antichi publicati per cura della reale Accademia dei Lincei VI (1895) p. 299 sqq. cum imagine photographica. (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 328 n. 440.) Cf. quae exposuit U. von Wilamowitz-Möllendorff Litter. Centralbl. 1896 n. 11 p. 1517.

Litteratura Ionica volgaris; quarto a. Chr. n. saeculo vindicat editor, tertio Wil. Qui si verum vidit, ut mihi quidem veri simile est, certe priori parti illius saeculi ascribendum est pactum, nam plerisque quae exstant eiusdem generis instrumentis Creticis (cf. not. 1) sine dubio antiquius est.

a [Τύ]χα ἀ[γ]αθά. | Ἔδο[ξε] τῶι κόσμωι[1] καὶ τᾶι πόλι τᾶι
Πραισίων[2] | ἐπὶ Ἀλιδίου[3] πρωτοκόσμου[4] καὶ τῶν ἄλλων συν-
5 κόσ|μων· ἐπὶ τοῖσδε ἔδωκαν[5] Πραίσιοι Σταλίταις[6] τά[ν] χ||[ώραν]

---

1 Perfrequens est in decretis Creticis tertii et secundi a. Chr. n. saeculorum formula ἔδοξε τοῖς κόσμοις καὶ τᾷ πόλει. Sed collectivus singularis numeri usus de collegio, quem hic habemus, redit n. 463, 73 τοῦ κόσμου τοῖς πλίασιν et v. 96. Mus. Ital. III p. 568 n. 2, 1 κόσμου γνώμα· ἔδο[ξεν Ἰτα]νίων τᾷ βουλᾶι καὶ τᾷ ἐ[κ]κλησίᾳ. p. 600 n. 30, 2 κόσμου γνώμα· ἀγαθᾶι τύχαι, ἔδοξεν Πραισίων τᾶι βουλᾶι καὶ τ[ῶ]ι κοινῶι. p. 636 n. 53, 12 ὁ δὲ κόσμος [π]ραξάντω[ν τᾶν δέκ' ἀ]μερᾶν τὸν ἐλούθερον. Haec videtur antiquior consuetudo esse, nam memorabile est, titulum n. 463 de singulis magistratibus non uti substantivo, sed participio, etiam v. 108 sqq. ἁ δὲ βωλὰ πραξάντων ἕκαστον τὸν κοσμίοντα, ubi multo proclivius erat substantivum ponere, si id tum ea significatione in usu fuisset. Verbum vero κοσμεῖν a collectivo κόσμος derivatum et de unoquoque collegii homine usurpatum esse videtur, ut apud Athenienses a βουλή descendit βουλεύειν et ab hoc demum βουλευτής, quod senatorem significat. Memorabile est, legem Gortyniam ignorare substantivum, sed bis uti verbo (I, 51. V, 5). Dicat quispiam, iam Aristoteli familiarem esse pluralem κόσμοι (Polit. II, 10 p. 1272*a*, 6 sqq.), cuius aetate tamen et Praesius titulus n. 427 et Drerius n. 463 videantur aliquanto recentiores esse. At non est cur in omnibus civitatibus eodem tempore antiquiorem usum recentiori cessisse statuamus. 2 Praesiorum oppidum (Bursian Geogr. v. Griechenland II p. 575), cuius parietinae nunc etiam antiquo nomine utuntur, in orientali parte insulae Cretae situm erat aequo fere intervallo a septentrionali et meridionali littore; ab oriente attingebat Itanios omnium Cretensium extremos, ab occidente Hierapytnios. Cum utrisque lites ac certamina de agrorum finibus eis intercesserunt (cf. arbitrium Magnetum quod edetur in appendice huius voluminis). 3 In Thespiensi anni 424 a. Chr. titulo Ϝαλίδιος est (I. G. Sept. I 1888 *d*, 11); origo nominis obscura. Nam ethnici Ϝαλεῖος hanc aliam formam esse (Fick-Bechtel Gr. Personennamen p. 335) nemo credet qui Stephani Byzantii in ethnicis fingendis levitatem perspexerit. 4 Praeterea in Romanae demum aetatis titulis Mus. Ital. III p. 669 n. 76, 5. n. 78, 2. n. 79, 5) hanc vocem occurrere monet Mar. 5 Stalitas a Praesiis armis subactos hinc iure mihi videor colligere. Nam ipsam urbem illis se concedere vix aliter dicere possunt ac postquam belli iure ea potiti sunt. Apparet quantum interfuerit civitatis mediterraneae (not. 2) utriusque maris usum sibi parare; quare oppidula Stalitarum (not. 6) et Setaëtarum (not. 13) subegerunt quidem, sed tum satis aequa condicione uti voluerunt ne defectionis consilium caperent. 6 Cf. Steph. Byz. Στῆλαι, πόλις Κρήτης πλησίον Πραισοῦ (codd. Παραισοῦ) καὶ Ῥιθύμνης· τὸ ἐθνικὸν Στηλαῖος, ὡς Λάμπη Λαμπαῖος· ἀλλὰ καὶ Στηλίτης. In meridionali insulae littore fuisse probabile est (cf. not. 12. 14). Prope Κάτω Ζάκρος rudera oppidi antiqui exstare, quae maxime propter insularum vicinarum (not. 7) mentionem haud improbabile esset Stalarum oppidi esse, adnotavit Mar.

καὶ τὰν πόλιν καὶ νάσους[7] τὰς καὶ νῦν ἔχον|[τι κ]αὶ ἐλλιμενίου
καὶ πορφύρας καὶ ἰχθύων δεκά|[τα]ς[8], τούτων πάντων τὸ ἥμισ-
σον, ἰχθύωμ μὲν καθάπε|[ρ κα]ὶ πρότερον[9]. ταῦτα δὲ ἔδωκαν
εἰς τὸν ἅπαντα χρό|[νον] ἀσ[φ]αλέως [νέμεσθαι] καὶ αὐτοῖς καὶ
10 ἐκγόνοις || ---σ--υ λεξ[----- ὁ] κόσμος[10] ὁ αἱρεθεὶς ὑπὸ τᾶς
πό|[λιο]ς τᾶς Πραισίω[ν· αἱ]ρεθέντος δὲ τοῦ κόσμο[υ | ὀμοσά]τω[11]
Σταλίταις ὁ κόσμος καὶ ἄλλοι δώδεκα | [πολῖτ]αι Πραισίων· ὁ
δὲ κόσμος ὁ Πραισίων ὀμ(ο)σά|[τω ἑκάστου] ἔτεος μηνὸς Διονυ-
15 σίου τόνδε τὸν ὅρ||[κον ὑπὲρ τᾶ]ς αὐτοῦ ἀρχᾶς Σταλίταις·
Ὀμνύω Δῆ|[να Δικταῖον, Ποτ]ειδῶνα, Ἀθάναν, Ἀπόλλωνα Πύ-
θι[ον, | καὶ θεοὺς πάντας] καὶ πάσας· εὐνοησῶ Σταλίταις, |
[καὶ τὰν χώραν καὶ τ]ὰν πόλιν καὶ τὰν θάλασσα[ν | καὶ τὰς
20 νάσους Στα]λίταις ἐάσομεν ἔχειν ἀ[σ||φαλέως εἰς τὸν ἅπαντ]α
χρόνον, καὶ οὔτε αὐτοῖς | [ἀφαιρησόμεθα αἴ τέ κα ἄλ]λος τις
ἀφαιρῆται | [---------- οὐκ ἐπι]τρέψομεν κατὰ δύνα|[μιν τὰν
ἁμάν. εἴη δὲ] εὐορκοῦσι μὲν [ἁμῖν, καὶ | αὐτοῖς καὶ ἐκγόνοις
καὶ χρήμασι τ]οῖς ἁμοῖς [καλῶς | ----------
b ---------- βοη[θησῶ ---------- | -----]αν καὶ ------
25 ---νδ------- | ---- ταχθῶ, πᾶσαν προθυ[μίαν παρεχό]μεν[ος·
κα[ὶ τ]ὸν [ὅρ|κο]ν τόνδε, ὥσπερ ἐγὼ σ[υνώμοσα,] καὶ τ[οὺς |
30 ἄλλο]υς πολίτας ἐξορκιῶ, τοὺ[ς μὲν ἐνδάμους αὐτίκα μά||λα,]
τοὺς δ' ἀποδάμους αἴ κα ἔλθωντι, [ὡ]ς ἄ[ν δύνωμαι τάχιστα· |

---

7 Meridiem versus a Praeso e regione Cretae non procul ab ipsius littore nonnullae exiguae insulae sunt, ex quibus maxima hodie *Kuphonisi* vocatur, antiquitus Λεύκη (Plin. Nat. hist. IV, 61. C. I. G. 2561 *b*, 38. K. Bursian Geogr. v. Gr. II p. 578). 8 A τὸ ἥμισσον pendet primum ἐλλιμενίου, deinde δεκάτας, cui rursus subiungitur ἰχθύων. Id unum ambigas, utrum πορφύρας cum ἰχθύων coniunctum ad δεκάτας referendum sit, an tertium membrum illis duobus ἐλλιμενίου et ἰχθύων δεκάτας interponatur. Sed illud quidem mihi praestare videtur. Ut igitur piscium a privatis captorum decima vectigalis nomine penderi debebat, quod aequaliter inter Praesiorum et Stalitarum civitates divideretur, sic idem de purpura usu venisse statuo. 9 Piscium decimae igitur iam antequam Stalitas subiungerent ex antiquiore pacto participes fuerant Praesii, portorium vero et purpurae decimam tunc integra in aerarium Stalitarum pervenisse probabile est. 10 Cf. not. 1. 11 Supplevi. παρερπέ]τω Mar. dubitanter. Sed mihi distingui videntur iusiurandum quo statim haec de quibus convenit sancienda sunt, et illud quod postea quotannis praestabitur. Illi primo sacramento praeter cosmos duodecim privati adhibentur, qui totius populi vices gerunt eumque religione obstringunt; at postea solos summos magistratus cuiusque anni iurare v. 13 sqq. dilucide enuntiatur.

εἴη δ' εὐορ]κοῦντι μέμ μοι καὶ αὐτῶι [κ]αὶ [ἐ]κ[γόνοις καὶ χρή|-
[μασ]ι τοῖς ἐμοῖς καλῶς· εἰ δὲ ἐπιο[ρκέο]ιμ[ι, ἀπ]ολέσ[θαι | καὶ
αὐ]τὸς καὶ γένος τὸ ἐμόν. ὑπηρε[τ]ε[ῖν] δὲ [Στα]λίτας [τᾶι |
35 πόλ]ι τᾶι Πραισίων κατὰ τάδε· ὅσα μὲν κατὰ Κρήταν, τ[ὰ‖ν
ν]οτίαν θάλασσαν πλεύσονται Σταλῖται[12], παρεχόμ[ε]|νοι τὰ ἐπι-
τάδεια ἑαυτοῖς· ἐὰν δὲ δεῖ ἔξω Κρήτας [π]|λεῖν, ὅσα μὲν εἰς
Δελφοὺς καὶ Ὀλυμπίαν, πλεύσοντ[αι | Σ]ηταῆται[13] μετὰ Σταλι-
τᾶν παρεχόμενοι τὰ ἐπιτάδ[ει]|α καὶ μισθοὺς παρ' αὐτοὶ αὐτῶμ·
40 πλεῖν δὲ τὰ ἔξω [Κρή]‖τας κατὰ τὰ μέρη τᾶν χωρᾶν[14] Σηταή-
τας καὶ Στα|λίτας· ἐὰν δὲ που ἄλλαι[15] προστάξηι ὁ κόσμος ὁ
Πρα[ι]|σίων ὅποτέραι (ὦ)ν[16] τ(ᾶ)μ[17] πόλεων, οὗτοι πλεόντ[ω, |
λισ]σωθέντων[18] δὲ ὁ κόσμος ὁ Πραισίων πράξαν|τες τοὺς μισθοὺς

---

12 Hinc apparet, Stalas in meridionali insulae littore fuisse. 13 Etiamnunc Σητεία vocatur promunturium, quod ab occidente terminat sinum qui in septentrionali littore proximus est angulo orientali (Bursian Geogr. II p. 575), septentrionem versus a Praesiorum oppido. Antiquum nomen Ἥτεια (Diog. Laert. I, 9, 107) vel Ἥτις (Steph. Byz. s. v.) plerique, ut Bursian et Mariani, ad eundem locum referunt, sed id neutiquam certum esse monuit Wil. 14 Pro situ eorum locorum, quo navigandum est. Meridiem versus igitur Stalitae, ad septentrionem Setaëtae navibus suis Praesiorum missu vehi debent. 15 Alio ac Delphos aut Olympiam. Ordo sententiarum non ab omni parte recte se habet. Tria distingui genera navigationis prout aut in alias Cretae insulae partes, aut Delphos vel Olympiam, aut in quemlibet alium locum extra Cretam dirigantur, apparet. Sed mirum est illud ἐὰν δέ που ἄλλαι post enuntiatum πλεῖν δὲ — κατὰ τὰ μέρη τᾶν χωρᾶν demum inferri; nam id ad tertium, non ad secundum genus spectare debet, quia Olympiam et Delphos non alterutri, sed utrique navigare iubentur. 16 AN. Emendavit Wil. 17 ΤΩΜ. Emendavi. Manifesto in ΩΝΤΑΜ lapicida errore vocalium sedes permutavit. 18 Supplevi; σωθέντων integram vocem esse sumpsit Wil. At tres litteras initio intercidisse ex imagine photographica apparet, neque verbum aptum est. Quod quoniam λισσός, cuius propria vis ad adiectivorum λεῖος et ψιλός notionem proxime accedit, apud Cretenses metaphora aptissima de eo usurpatum esse qui solvendo non esset ex n. 463, 115 apparet, vix nimiae audaciae sit verbum inde derivatum hic reponere. In duobus prioribus generibus sine exceptione praeceptum erat, ut suis impensis Stalitae et Setaëtae navigationem facerent. In tertio cavetur, ut si quando propter egestatem ei qui navigare iuberentur sumptum tolerare non possent, Praesii ab eis qui non navigassent pecunias exigerent ex quibus illis stipendium penderetur. Id unum ambigas utrum τῶν μὴ πλευσάντων — τοῖς πλεύσασι ad distinctionem duarum civitatium spectet, ita ut si Stalitae navigarent a Setaëtis pecunia exigeretur et vice versa, an ad homines singillatim, ut nautis remigibusque stipendium daretur ex pecuniis quas hunc in usum ab ipsorum civibus exegissent

45 πα[ρὰ] τῶν μὴ πλευσάντων ‖ [ἀ]ποδόντω τοῖς πλεύσασι δραχμὰν
ἑκάστωι τ[ὰ|ν] ἁμέραν. κατὰ τὰ μέρη τᾶν χωρᾶν, ἐφ' ἑκατερ|
[--------- ὑ]πηρετήσοντι δὲ Σταλῖται καὶ [--|---------- ἕξ]ω
Κρῆτας κ[αὶ ἐ]ὰν δεῖ κατίμεν[19] α[--|--------, παρ]έξον[τι]
τὰ ἐπιτάδε[ια ------].

Praesiorum magistratus. Sed hoc mihi probabilius videtur. 19 Supplevit Wilamowitz.

428 Stela lapidis qui a Graecis vocatur ἀμυγδαλοπέτρα, Smyrnam delata, ubi post varias loci mutationes nunc est in horto scholae puellarum quae vocatur Ὁμήρειον, infixa muro. Edd. Lebas Rev. arch. XI (1856/57) p. 577 sqq. Inscr. III, 1. Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγ. σχολῆς 1873 p. 101 n. 103 (P. Cauer Delectus inscr. Gr. ed. 2 p. 43 n. 58. W. Prellwitz ap. Collitz Gr. Dialektinschr. III p. 127 n. 3277. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 9 n. 14). Imaginem ex ectypo accuratissime delineatam proposuit F. Hiller von Gaertringen Inscr. mar. Aeg. II p. 228 n. 1259. Cf. quae de titulo exposuerunt A. Kirchhoff Studien zur Gesch. des gr. Alphabets ed. 4 p. 100 sq. E. Sonne de arbitris externis p. 34 n. LIV. W. Feldmann Analecta epigraphica ad historiam synoecismorum et sympolitiarum Graecorum, Argentorati 1885 p. 113 (Dissertationes Argentoratenses IX p. 209). J. Kaerst Mus. Rhen. LII p. 526 not. 1.

Θεός. | Ἔκρινε ὁ δᾶμος ὁ τῶν | Ἀργείων κατὰ τὸ δόκη|μα τοῦ
5 συνεδρίου τῶν ‖ Ἑλλάνων[1], ὁμολογη|σάντων Μαλίων καὶ |

Litterae volgares Ionicae non dispositae στοιχηδόν. Quae litteratura, ut recte monuit K. contra Lebasii titulum anno 416 a. Chr. vindicantis opinionem, dubitari non sinit quin Meliis post finem belli Peloponnesiaci in patriam restitutis demum haec sententia pronuntiata sit. 1 Foedus Graecorum belli Persici aetate factum hic non tangi sponte patet Lebasii de tempore tituli sententia explosa. Sed utrum Amphictiones Delphici an concilium a Philippo Amyntae f. anno 338 a. Chr. institutum significetur ambigunt homines docti. Qui illud probant Kirchhoff et Feldmann usu oratorum Atticorum nituntur. Sed cum H. Bürgel die pylaeisch-delphische Amphiktyonie p. 198 sqq. et E. Sonne negassent, scriptorum consuetudinem quicquam probare de actorum sollemnium sermone, in quo nunquam Amphictionum concilium κοινὸν συνέδριον τῶν Ἑλλήνων vocaretur, Kaerst adeo demonstratum ivit vel apud illos ipsos (Aesch. III, 161. 254. Hyperid. III, 20)

Κιμωλίων ἐμμενὲν | ἄι κα[2] δικάσσαιεν τοὶ | Ἀργεῖοι περὶ τᾶν ‖
10 [ν]άσων, Κιμωλίων | ἦμεν Πολύαιγαν[3], Ἐτήμ|ρειαν, Λίβειαν[4].
15 ἐδί|κασσαν νικῆν Κιμωλί|[ο]υς. ἀρήτευε[5] Λέων[6] ‖ [β]ωλᾶς (δ)ευ-
τέρας[7], Ποσιδά|ων γρο[φ]εὺς βωλᾶς, Πέριλ|λος πεδιών[8].

---

perperam de Amphictionibus accipi quae re vera ad illam ipsam synodum Corinthiacam spectarent, de qua alibi eadem verba sollemniter usurpantur (Diodor. XVI, 89, 3. XVII, 4, 9. 48, 6. 73, 5. Curtius IV, 5, 11. VI, 1, 19). Cuius rationes sane probabiles sunt, neque eis obstat locus Demosthenis ab illo non commemoratus XVIII, 22: ὡς ἄρ' ἐγὼ — κεκωλυκὼς εἴην τὴν πόλιν μετὰ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων ταύτην (τὴν εἰρήνην) ποιήσασθαι. Nam illic non de ullo, quod fuerit, synedrio dici, sed de eo quod ne fieret impeditum erat, articulus omissus docet. Sed etiamsi apud oratores Amphictiones sic dictos esse constaret, utique in actis publicis id inauditum est. Quare proximo post 338 a. Chr. n. tempori titulus tribuendus est, etsi [β]ωλᾶς scripturam in monumento Argivo illius aetatis mireris. 2 Sic Lebas, αἴ κα Μουσεῖον. 3 Insula exigua meridiem et orientem versus a Cimolo sita, quae hodie *Polybos* vocatur (C. Bursian Geogr. von Griechenland II p. 503 sqq.). In terminatione fluctuatur, hic Πολύαιγα est, apud Ptolemaeum Geogr. III, 14, 23 Πολύαιγος, apud Plinium N. h. IV, 70 *Polyaegas* (i. e. -άς, -άδος). 4 Occidentem versus a Polyaego duae sunt insulae minimae, hodie Ἅγιος Στάθις et Ἅγιος Γεώργιος, quas Bursianus l. l. Eteream et Libeam esse statuit admodum probabiliter. 5 Verbum obscurum; nam quod P. statuit id cum ἀρητήρ, ἀρήτειρα cohaerere, abiciendum est post erutum titulum antiquum Argivum (Papers of the American school VI p. 283 n. XII, 4), qui ἀϝρήτευε habet. 6 Sic Lebas, Λεώνηξ Μουσεῖον. 7 ΣΕΥΤΕΡΑΣ, quod P. defendere conatur Epidaurio Θιόσοτος (Fouilles d'Epidaure I p. 80 n. 241, 92), num recte incisum sit, merito dubitatur. Nam illius nominis aliam esse rationem nemo negabit qui formarum Θεόσδοτος, Θεόζοτος, Θεόσζοτος meminerit. Itaque aut errasse lapicidam sumendum est, aut assimilatione propter vicinum -ς nominis βουλᾶς initialem consonam δ in ς abiisse. At vice versa finale elementum initio insequentis vocis accommodari solet. Cf. Leg. Gortyn. I, 49. XI, 51 τᾶδ δίκας. IV, 25 τᾶδ δαίσιος. IV, 41 τὰδ δέ. V, 2 πατρὸδ δώοντος. V, 7 ταῖδ δέ. V, 51 δατιομένοιδ δέ. VII, 22 υἱέεδ δέ. VII, 29 πλίαδ δέ. XI, 15 ἐδ δικαστήριον. XI, 19 τοῖδδε, ut ea modo afferam exempla quae easdem consonas σ et δ concurrentes habent. Quinam esset ille secundus senatus, cum editores ambigui haesissent, R. Heberdey et A. Wilhelm Reisen in Kilikien (Denkschriften der K. Akademie der Wissensch. in Wien XLIV 1896) p. 112 docuerunt, Argis annum in duo semenstria divisum fuisse, quorum utrumque suum haberet senatum. Eundem ordinem fuisse Rhodi et Tarsi, quae civitates origines suas ab Argivis repetebant. Cf. Dio Chrys. XXXIV, 35 (I p. 325, 23 Arnim) τοιγαροῦν πρὸς ἓξ μῆνας εἰσὶν ὑμῖν ἀνδρεῖοι, πολλάκις οὐδὲ ἐπὶ τῷ συμφέροντι τῆς πόλεως. 36 (p. 326, 1) ἐχρῆν μέντοι τὸν πρυτανεύοντα τῆς ἀρχῆς τοὺς ἓξ μῆνας ἡγεῖσθαι μέτρον. 8 I. e. μετ-εών, qui adest, assessor, adiutor, secundum interpretationem

O. Hoffmann de mixtis linguae Gr. dialectis p. 51, quam probat P. Ceterum in Hilleri delineatione paenultimae litterae relliquiae ad O potius quam ad Ω referendae videntur.

---

429 Tabula marmoris Hymettii inventa in arce Athenarum. Edd. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 1057. Rangabé Ant. Hell. 476. Koehler C. I. Att. II 564 (Syll.[1] 295. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 149 n. 139).

---ς ---- | -----να ορο---------- | ----------
5 ---σῆμα κα---------- | ------τον ἅπαντα------‖-------
---ς σώιζωνται [---------- συμ]‖φέ[ροντ.
τῆι] φυλῆι. ἔγραψε δὲ καὶ ψήφισμα ὅπως ἂν [Ἐρεχ]θεῖ|δαι
εἰδῶ[σιν ἅπ]αντες τὰ ἑαυτῶν κτήματα, καὶ οἱ ἐπιμεληταὶ[1] | οἱ
αἰεὶ καθιστάμενοι κατ' ἐνιαυτὸν βαδίζοντες ἐπὶ τὰ κτήμ|ατα δὶς
10 τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐπισκοπῶνται τά τε χωρία εἰ γεωργεῖτ‖αι κατὰ
τὰς συνθήκας καὶ τοὺς ὅρους εἰ ἐφεστήκασιν κατὰ τ|ὰ αὐτά·
καὶ ταῦτα πεποίηκεν οὔτε χάριν οὐδὲ πρὸς ἕνα περὶ πλ|είονος
ποιούμενος τῶν συμφερόντων τῆι φυλῆι οὔτε δω|ροδοκούμενος
οὐδ' ὑφ' ἑνός, ἀλλὰ λέγων αἰεὶ καὶ πράττων δια|τετέλεκεν τὰ
15 βέλτιστα τῆι φυλῆι, ἀνένκλητον ἑαυτὸν παρεσ‖χηκὼς πρὸς πάν-
τας τοὺς φυλέτας, ἀγαθεῖ τύχει, δεδόχθαι τῆι | Ἐρεχθηῖδι
φυλῆι, ἐπαινέσαι Ἀντισθένην Νικάνδρου Λαμπτρ|έα καὶ στεφα-
νῶσαι αὐτὸν χρυσῶι στεφάνωι κατὰ τὸν νόμον ἀ|ρετῆς ἕνεκα
καὶ δικαιοσύνης ἧς ἔχων διατελεῖ περὶ τὴν Ἐρ|εχθηῖδα φυλήν·
20 ἐπειδὴ δὲ συμβαίνει Ἀντισθένει θυγατέρα ε‖ἶναι ἐπίκληρον ἐκ
τῶν νόμων γεγενημένην, τοὺς ἐπιμελητὰ|ς τοὺς (ἀ)εὶ[2] καθισταμένους κατ' ἐνιαυτὸν ἐπιμελεῖσθαι Ἀριστομ|άχης τῆς Ἀντισθένου θυγατρὸς ἐάν τινος δέηται, ἐ[μ]φανίζοντ|ας τεῖ φυλεῖ ὅταν ἀγορὰν ποιῶσιν, ὅπως ἂν μη[δ' ὑφ' ἑ]νὸ[ς ἀδικῆτ]‖αι· τὴν δ' εὔνοιαν
25 τὴν παρ' ἑκά[σ]τ[ου τῶν φυλετῶν καὶ ἰδίαι καὶ κ]‖οινῆι ὑπάρχειν τῆι θυγατ[ρὶ τῆι Ἀντισθένους Ἀριστομάχηι δ]‖ιὰ τὴν τοῦ

Litterae volgares non dispositae στοιχηδόν; decretum tribus Erechtheïdis est. Antisthenes Lamptrensis non videtur magistratu aliquo tribus functus esse, sed sua sponte tribules consilio et opera iuvisse. 1 Curatores fuisse singularum tribuum non singulos, sed plures, etiam alii tituli (Cf. n. 712, 8. 13. C. I. Att. II 554, 8. 556, 7. 559, 15) docent. De numero non constat, sed ex titulo C. I. Att. II 558, 4—7, quem Koehlerus probabiliter ad curatores Pandionidis rettulit, ternos fuisse conicias. 2 ΔΕΙ.

πατρὸς ἀ[νδραγαθίαν καὶ φιλοτιμίαν ἣν ἔχει περὶ[3] τ]|ὴν Ἐρεχ-
θ[ῆιδα φυλὴν -------]|θον---

3 Supplevi.

---

430 Tabula marmoris albi inventa in Piraeeo, exstat in museo Britannico. Edd. Chandler Inscr. II 108 p. 72 (Boeckh C. I. G. 101). Hicks Inscr. Gr. Mus. Br. I n. XI (Koehler C. I. Att. II 589. Syll.[1] 296. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 152 n. 145).

Διόδωρος Πειραιεὺς εἶπεν· ἐπειδὴ Καλλ|ιδάμας Καλλιμέδοντος
Χολλείδης ἀνὴρ | ἀγαθός ἐστιμ περί τε τὸν δῆμον τὸν Ἀθη-
5 ν|αίων καὶ τὸν δῆμον τὸμ Πειραιέων, καὶ πο||εῖ ἀγαθὸν ὅτι
δύναται καὶ τὴν εὔνοιαν ἐ|νδέδεικται ἐπὶ τῶγ καιρῶν, δεδόχθαι
Πε|ιραιεῦσιν, ἐπαινέσαι Καλλιδάμαντα κα|ὶ στεφανῶσαι θαλλοῦ
10 στεφάνωι ἀρετῆς ἕ|νεκα καὶ δικαιοσύνης τῆς εἰς τὸν δῆμον || τὸν
Ἀθηναίων καὶ τὸν δῆμον τὸν Πειραιῶ|ν. καὶ ὅταν θύωσι Πει-
ραιεῖς ἐν τοῖς κοιν|οῖς ἱεροῖς, νέμειν καὶ Καλλιδάμαντι με|ρίδα,
καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις[1] Πειραιεῦ|σιν, καὶ συνεστιᾶσθαι Καλλι-
15 δάμαντα με||τὰ Πειραιέων ἐν ἅπασι τοῖς ἱεροῖς, πλὴν | εἴ που
αὐτοῖς Πειραιεῦσιν νόμιμόν ἐστ|ιν εἰσιέναι, ἄλλωι δὲ μή· κατα-
νεῖμαι δὲ α|ὐτὸν καὶ εἰς τριακάδα[2] ἣν ἂν αὐτὸς βούλη|ται. εἶναι
20 δὲ αὐτῶι καὶ προεδρίαν ἐν τῶι || θεάτρωι ὅταμ ποιῶσι Πειραιεῖς
τὰ Διον|ύσια, οὗ καὶ αὐτοῖς Πειραιεῦσι κατανέμ|εται, καὶ εἰσ-
αγέτω αὐτὸν ὁ δήμαρχος εἰς | τὸ θέατρον[3] καθάπε(ρ)[4] τοὺς
25 ἱερεῖς καὶ τοὺ|ς ἄλλους, οἷς δέδοται ἡ προεδρία παρὰ Πε||ι-

---

Litterae volgares dispositae στοιχηδόν. Ex scripturae genere Hicksius collegit, priore parte tertii a. Chr. saeculi haec incisa esse, cui assentitur K. sic, ut etiam aliquot annis antiquiorem esse posse dicat. 1 Ex his cave colligas, Callidamanta ipsum Piraeensem factum esse hoc decreto. Neque enim quisquam duorum simul pagorum esse poterat, et v. 15 sqq. Callidamas a Piraeensibus distinguitur. Quare οἱ ἄλλοι Πειραιεῖς minus accurate dictum est ex nota sermonis Graeci consuetudine. Cf. n. 185, 17 καὶ εἶναι αὐτοῖς γῆς καὶ οἰκίας ἔνκτησιν καὶ ἀτέλειαν εἰσάγουσιν καὶ ἐξάγουσιν, καθάπερ τοῖς ἄλλοις Ἐρετριεῦσιν. 2 In epulis sacris paganorum certae societates tricenorum hominum constitutae fuerunt, qui una cenarent. Ut igitur Callidamas suam portionem accipere posset, eiusmodi societati ascribendus fuit. 3 A magistratu pagi ei quibus proedria decreta est, in theatrum introducuntur, ut 169, 50 singuli nominatim invitantur. 4 ΚΑΘΑΠΕΙ.

(ρ)αιέων[5]. τελεῖν δὲ αὐτὸν τὰ αὐτὰ τέλη ἐν | τῶι δήμωι, ἅπερ ἄγ καὶ Πειραιεῖς, καὶ μὴ ἐ|γλέγειμ παρ' αὐτοῦ τὸν δήμαρχον τὸ ἐγκτ|ητικόν[6]. ἀνειπεῖν δ' ἐν τῶι θεάτρωι τὸν κή|ρυκα τραγωι-
30 δῶν τῶι ἀγῶνι, ὅτι στεφανοῦ||σι Πειραιεῖς Καλλιδάμαντα Καλλι-μέδο|ντος Χολλείδην ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοί|ας τῆς εἰς τὸν δῆ-μον τὸν Ἀθηναίων καὶ τὸ|ν δῆμον τὸμ Πειραιέων, ὅπως ἂν
35 εἰδῶσι πά|ντες, ὅτι ἐπίσταται Πειρ(α)ιεῖς[7] χάριτα||ς ἀξίας ἀπο-διδόναι τοῖς φιλοτιμουμέν|οις εἰς αὐτούς. ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψή|φισμα ἐν στήληι λιθίνηι καὶ στῆσαι ἐν τ|ῶι ἱερῶι τῆς Ἑστίας.

---

5 ΠΑΙΕΩΝ. 6 Vectigal quod pendendum erat eis civibus qui in alio ac cuius ipsi erant pago fundos habebant. Cf. Thumser de civium Atheniensium muneribus p. 106. 7 ΠΕΙΡΑΙΕΙΣ.

---

431 Tabula marmorea inventa Sunii septentrionem versus a templo. Edd. Kordellas Mittheilungen des arch. Instituts in Athen XIX (1894) p. 241. Ex ectypo chartaceo, quod miserat P. Wolters, Koehler C. I. A. IV, 2 p. 297 n. 572*e* (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 150 n. 142).

Θεοί. | Θεόδηλος εἶπεν· ἐψηφί|σθαι Σουνιεῦσιν· τύχη|ι ἀγαθῆι·
5 ἐπειδὴ Λεύκιο||ς[1] δίδωσιν ἀγορὰν τοῖς δ|ημόταις ποιήσασθαι, ἑλ|έσθαι αὐτίκα μάλα τρε|ῖς ἄνδρας, οἵτινες ὁριο|ῦσιν τὴν ἀγο-
10 ρὰν μετὰ || Λευκίο μὴ ἐλάττω ἢ τῆ|ι μὲν δυοῖν πλέθροιν, | τῆι δὲ πλέθρου, ὅπως ἂ|ν ἦι εὐρυχωρία Σουνι|εῦσιν ἀγοράζεν καὶ
15 ἄλ||λωι τῶι βουλομένωι, | ἐπειδὴ ἡ νῦν οὖσα συν|ωικοδόμηται.
20 ἐνοικοδ|ομεῖν δὲ μὴ ἐξεῖναι μή|τε δημάρχωι μήτε ἄλ||λωι μηδενὶ ἐντὸς τῶν | ὅρων. ἀναγράψαι δὲ τό|δε τὸ ψήφισμα ἐν στήλ|ει
25 λιθίνει τὸν δήμαρχ|ον μετὰ Λευκίο καὶ στῆ||σαι ἐν τῆι ἀγορᾶι.

Litterae volgares Ionicae non dispositae στοιχηδόν. Orthographiam medii saeculi a. Chr. quarti esse recte adnotat Kordellas. 1 Cf. C. I. Att. II, 172, 16: Λεύκιος Θεοκλέους [Σου]νιεύς, quem titulum complura nomina in tabulis navalibus recurrentia Demostheneae aetatis esse arguunt. Koe. Tunc hominem Graecum nomine Latino uti non posse sponte patet; antiquum igitur et Graecum nomen tenemus, quod sine dubio postea ansam praebuit praenominis quod est *Lucius* Graece per diphthongum ευ scribendi.

---

432 Fragmenta duo tabulae marmoris Pentelici inscriptae in fronte (*a*) et in latere dextro (*b*), inventa e regione pagi Τράχωνες in terra Attica. Ed. Lolling Mittheilungen des arch. Instituts in Athen IV (1879) p. 199 (W. Hoffmann de iurandi apud Athenienses formulis p. 47 sqq. Koehler C. I. A. IV, 2 p. 146 n. 584 *c*).

a

[---------- | ..... ο]ὁντω[ν] α . α . . οι . . .
..... | ..... δικαστηρίωι, τὰς . . ἐπ .
ε....., | ..... αζει . . στασ..... ν
αλι..... | .....ο καὶ
5 τὸν δήμαρχον[1] Δωρ[όθεον[2] ..... ‖ .....
ἱερ]οποιοῖς[3], ὅτι [. . . . κ]αλῶς ε . . ο..... |
..... δικάζεσθαι δὲ τὸν δήμαρ[χον[4] τοῖς .....
..... | ..... οὐκ] ἀποδεδωκόσιν[5] καὶ τῶι τοῦ

Litterae Ionicae volgares. De aetate v. not. 2. 1 Aexonensium, quorum pagum illic situm fuisse, ubi haec tabula reperta est, ex aliis monumentis ibidem erutis didicimus. 2 Cf. C. Att. II 579, 13 sqq. δοῦναι δὲ αὐταῖς καὶ εἰς θυ[σ]ίαν τὸν δήμαρχον Δωρό[θε]ον καὶ τοὺς ταμίας Δ δραχμὰς ἀπὸ τῆς προσόδου τῶν δημοτῶν. ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα τὸν δήμαρχον Δωρόθεον εἰς στήλην [λ]ιθίνην καὶ στῆσαι εἰς τὸ θέατρον. Illud Aexonensium decretum Chremete archonte (326/5 a. Chr.) factum esse, neque credibile videri summum pagi magistratum bis ab eodem homine gestum esse, ita ut hoc quoque monumentum eidem anno vindicandum esset, adnotavit L., non improbabiliter, etsi quae lex de plerisque universi populi magistratibus valebat, utrum eadem etiam ad pagos, ex quibus minores certe non nimium hominum ad eiusmodi officium idoneorum numerum habebant, pertinuerit non iniuria dubitaveris. 3 Ex horum mentione L. non inepte collegit, pascua quorum de scriptura (ἐννόμιον v. 7. ἐννόμια v. 33), hic diceretur, sacrorum fundorum potius quam profanorum fuisse. 4 Eos qui non pependerant, demarchus pagi nomine, cui illa debentur, in ius vocat ad magistratum populi Atheniensium, cuius de ea re iurisdictio est; nam de his ut de qualibet alia pecunia debita iudicare heliastarum est. Sed ut in litibus inter privatos arbitri ex compromisso constitui possunt, quorum decreto se staturos neque litem ad iudicium delaturos litigantes spondent, sic hic ut eadem condicione arbitrium paganorum implorare liceat constituitur. 5 Duo genera hominum hic distingui apparet verbis [τοῖς — οὐκ] ἀποδεδωκόσιν et τῷ — οὐκ ἀπο[δεδωκότι]. Manifesto scripturam ab eis, qui pascua conduxerant, non ipse pagus exigebat, sed uni publicano eam exigendam locaverat. Verum huic pagus praestare debebat, ut recte penderetur scriptura, quare qui id neglegunt, non ab illo publicano, sed a demarcho in ius vocantur; huc prius membrum enuntiati spectat. Neque vero minus etiam ipse publicanus, si pretium quo scripturam redemit (τοῦ ἐννομίου τὴν τιμήν) non pendit, a demarcho conveniendus est.

ἐννο[μ]ίου τὴν τι[μὴν] οὐκ ἀπο[δε|δωκότι· ἐὰν δέ τινε]ς τῶν
ὀφειλόντων βούλωντα[ι] ἐπιτρέπειν τοῖς δημό[τ|αις περὶ ὧν ὀφεί]-
10 λουσιν, ὀμόσασιν[6] πρὶν εἰσάγεσθαι εἰς τὸ δικαστήριον [π|οιήσε-
σθαι τὴν] ἐπιτροπὴν καθ' ὅτι ἂν μέλλει ἔσ[ε]σθαι ὡς δικαιοτάτη
τὰς | [πράξεις[7] ἀναβεβλ]ῆσθαι[8] αὐτοῖς ἕως ἂν δικάζωσιν οἱ
δημόται. ὀμόσαι δὲ καὶ | [ὅταν ἐπιτρέπωσιν[9]] ἐμμενεῖν οἷς ἂν
ψηφίσωνται οἱ δημόται καὶ ἀποδώσε[ι|ν .....] ι[.ω]ν
τῶ[ν ἑ]αυτῶν[10], ἢ τὰ βέβαια ποή[σ]ειν τοῖς δημόταις[11]· ὅσοι |
[δὲ ἂν αὐτῶν μήτε ἐμμένωσιν μή]τ[ε] ἀποδιδῶσιν ἃ ὀ[φ]είλουσιν
15 [μ]ήτε τὰ ἐνέχ||[υρα[12] τὰ αὐτῶν ἀπολαβόντες ἄλλα τοια]ῦ[τα]
ἀνέπ[α]φα ἀνθυποτιθῶσιν, μηδ[ὲ | .....
.....] περὶ το[ύ]των ἐπιτρέπειν ἐθέλω[σ|ι .....
.....]ον καὶ οἱ σύνδικοι[13] καὶ [.|...
..... ὁ] δήμαρχος μετὰ

6 Hoc ad τοῖς δημόταις refert H., ut hic de paganorum qui arbitri futuri sunt, v. 11 sqq. de debitorum qui in ius vocati sunt iureiurando dicatur. At etsi v. 11 pagani δικάζειν dicuntur, tamen verba εἰσάγεσθαι εἰς τὸ δικαστήριον nullo modo de illorum arbitrio intellegi possunt, sed utique ad iudicium heliastarum spectant. Adde quod τὴν ἐπιτροπὴν ποιεῖσθαι non discrepat significatione ab ἐπιτρέπειν, ut id de reis, non de arbitris dici appareat. Scilicet ne arbitrio paganorum implorando iudicium heliasticum eludant ac deinde illos adire recusent, hoc priore iureiurando cavetur, quod similem vim habet atque ὑπωμοσίαι quibus comitiorum deliberationes ab eis qui γραφὴν παρανόμων instituturi sunt interpellantur. Contra alterum iusiurandum ab eisdem postea in consessu arbitrorum datur, quo se illorum decreto staturos pollicentur. Apparet igitur ὀμόσασιν ad αὐτοῖς (v. 11) potius spectare: Si hoc iuraverint debitores, exactio eorum qua debent differetur dum pagani iudicaverint. 7 Supplevi. Sane ut numerus litterarum conveniat, aut EI unum locum tenuisse aut ΓΡΑΞΕΣ incisum fuisse sumendum est, scriptura illa aetate perrara quidem, sed non inaudita (K. Meisterhans Grammatik der att. Inschriften ed. 2 p. 16, 14 not. 92). 8 Supplevi. 9 Sic supplere malui quam cum K. οἳ ἂν ἐπιτρέπωσιν. Neque enim hic demum hi homines iurare iubentur, sed iam priora ad eorundem iusiurandum spectant (not. 6). At tempora recte discernuntur; illic enim iurant se causam paganorum arbitrio commissuros, hic praecipitur quid iurandum sit cum iam ad arbitros res perveniat. 10 L. vocem αὐτώνητα hic deprehendere sibi visus erat; sed sine dubio rectius K. tria vocabula distinxit. 11 Aut soluturos se quae deberi arbitri cognovissent aut praedibus praediisve satisdaturos pago iurant. 12 Versus 15 partem priorem supplere conatus sum. 13 Quae sequuntur iam ad iudicium heliasticum spectare videntur, in quo demarchus actoris vice fungitur sed in eo negotio a syndicis adiuvatur; quos non statuendum est ordinarios pagi magistratus esse, sed ad hanc unam litem orandam a paganis electos.

τῶν συν|[δίκων .....
20 τοῖ]ς δημόταις ὅσου ‖ .....
..... ἐὰν δέ τι τούτω|[ν .....
....., εἰσαγόν]των [εἰ]ς δι[κ|αστήριον .....
..... τῶι] δημάρχω[ι | .....
.....] ε..
ετ. | ---------

b

25 ..ι .....‖. ἐπὶ [..... π|α]ρακα[ταθ[14] .....
δι]|αγνῶν[αι[15] .....] | καὶ λύ[σομαι[16] οὐδὲν][17] | τούτω[ν
30 οὔτ' ἐγὼ[18] οὔτ]‖ε τῶν ἐμῶ[ν[19] οὐδεὶς[20] εἰ]|δότος ἐμ[οῦ[18], ἐὰν]
μὴ ψη|φίσωνται οἱ [δ]ημότ|αι ἀποδόσθαι τὰ ἐν|νόμια. καὶ εἰς
35 τὸν λοι‖πὸν χρόνον ἀποφανῶ | τοῖς δημόταις, ἐάν | τινά τι
40 εἰδῶ ποιοῦ|ντα τούτων ἐν τοῖς | [ἀ]γροῖς. ἀληθῆ ταῦτα ‖ [νὴ]
τὸν Δία, νὴ τὸν Πο|[σε]ιδῶ, νὴ τὴν Δήμητ|[ρα]. εὐορκοῦντι μέμ |
45 [μοι] εἶναι πολλὰ καὶ | [ἀγαθά,] εἰ δ' ἐπιορκοῖ‖[ην, τὰ ἐν]αντία.
τοὺς | [δὲ .....]ητ[ὰς ----------]

14 Cum L. hic Heraclidas commemoratos fuisse, dubitans ipse, coniecisset, multo accommodatius ad persuadendum K. nominis παρακαταθήκη aut verbi παρακατατιθέναι formam aliquam agnovit. 15 Supplevit K. Lollingius etiam hic nomen proprium, Ἄγνων aut Ἀγνωνίδης fuisse opinatur, fortasse propinqui Hagnothei Aexonensis (n. 535, 47). Sed iure K. monuit, totum tenorem non eum fuisse videri, in quo nomina hominum locum haberent. Ceterum cuius hic habeatur iusiurandum ambigitur; H. demarchi, K. probabilius scripturarii esse iudicat. 16 Supplevi; de pignoribus aliisve rebus depositis hic dici versus 26 relliquiae arguunt. Lysistratum Aexonensem, Hegesiae patrem (C. I. Att. II, 579, 5), commemoratum fuisse statuit L. At cf. not. 15. 17 Supplevi. 18 Supplevi. 19 Supplevit R. Schoell apud H. 20 Supplevit Schoell ibid. Cf. n. 512, 8 cum adnotatione.

---

433 Tabula marmoris albi, in museo Britannico. Edd. Chandler Inscr. II 109 p. 74 (Boeckh C. I. G. 102). Hicks Inscr. Gr. mus. Brit. I n. XII (Koehler C. I. Att. II 573. Syll.[1] 297. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 151 n. 143).

Litterae volgares. Propter inconstantem diphthongi ου scripturam titulus medio saeculo a. Chr. quarto vix multo recentior esse videtur. Vs. 1—14 pactum inter pagum Piraeensium et quattuor homines privatos continent, quibus theatrum locatur, vs. 15—23 decretum pagi de Theaei et conductorum

--------αν [κα]ὶ πα[ρ|έχειν --------]αις ἡδ[ω]λιασμένην τὴν θέαν [κ|ατὰ τ]ὰ πάτρια· ἐὰν δὲ μὴ ποήσωσιν κατὰ τὰς συνθ[ή]|-
5 κας τὰς περὶ τὸ θέατρον, οἰκοδομῆσαι μὲν Πειρα||έας τὰ δεόμενα, τὰ δ' ἀναλώματα τοῖς πριαμένοις | εἶναι. ἐπιτιμητὰς δὲ αἱρεῖσθαι Πειραέας ὅταν πα|ραδιδῶσι τὸ θέατρον τρεῖς ἄνδρας ἐκ Πειραέων. | ἀναγράψαι δὲ τὸν δήμαρχον καὶ τοὺς ταμίας
10 ἀντί|γραφα τῶν συνθηκῶν εἰς στήλην λιθίνην καὶ στῆσα||ι ἐν τῆι ἀγορᾶι τῶν δημοτῶν· παραγράψαι δὲ καὶ τὸ | ὄνομα παρ' ὧι ἂν κείωνται αἱ συνθῆκαι. ὠνηταὶ Ἀρι|στοφάνης Σμικύθο: ΓΗΗ: Μελησίας Ἀριστοκράτο: ΧΗ | Ἀρεθούσιος Ἀριστόλεω Πήληξ: ΓΗ: Οἰνοφῶν Εὐφι|λήτου Πειραιεύς: ΧΗ
15 Καλλιάδης εἶπεν· ἐψηφίσθαι Πειραεῦσι, ἐπειδὴ Θεαῖος[1] | φιλοτιμεῖται πρὸς τοὺς δημότας καὶ νῦν καὶ ἐν τῶι | ἔμπροσθε χρόνωι, καὶ πεπόηκεν τριακοσίαις δρα|χμαῖς πλέον εὑρεῖν τὸ θέατρον, στεφανῶσαι αὐτ|ὸν θαλλῶ στεφάνωι ἀρετῆς ἕνεκα καὶ
20 δικαιο||σύνης τῆς εἰς τοὺς δημότας, στεφανῶσαι δὲ | καὶ τοὺς πριαμένους τὸ θέατρον, Ἀριστοφάνην | Πειραέα, Μελησίαν Λαμπτρέα, Οἰνοφῶντα | Πειραιέα, Ἀρεθούσιον Πήληκα.

---

laudibus. 1 Huius opera inter Piraeenses et conductores theatri pactum convenisse coniecit Boeckh. Ceterum eum Piraeensem fuisse ex v. 16. 20 τοὺς δημότας apparet; nam si ex alio pago fuisset, sine dubio Πειραιέας aut τὸν δῆμον scriberetur.

---

434 Fragmentum tabulae lapidis Hymettii inventum Athenis prope Dipylum. Ed. Kumanudis Ἀθηναίου VIII p. 234 n. 1 (Syll.[1] 298). Koehler C. I. Att. IV, 2 p. 145 n. 583*b* (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 158 n. 155).

Ἔδοξεν τοῖς δημόταις[1]· Πυθό|δωρος Φιλοκλέους Ἐπικηφί|σιος
5 εἶπεν· ἐπειδὴ οἱ αἱρεθ|έντες ὑπὸ τῶν δημοτῶν κατή||γοροι Νεοκλέους[2] καλῶς καὶ | δικαίως ἐπεμελήθησαν τοῦ | ἀγῶνος καὶ

Litterae volgares dispositae στοιχηδόν. 1 Epicephisiorum pagi decretum esse ex v. 2 apparet. Ea re simul huius pagi situs definitur, nam tabulam cum decreto intra ipsius pagi terminos propositam esse cum per se consentaneum est tum reliquis eiusmodi decretis, in quibus quidem de loco ubi inventa sunt constat (n. 430. C. I. Att. II 574. 575. 579. 580. 587), confirmatur. 2 Quodnam litis genus fuerit, obscurum est. Conieceris Neoclem civitate paganorum suffragio abiudicata ad iudicium confugisse.

εἷλον αὐτὸν ἐν τ|[ῷ]ι δικαστηρίωι, δεδόχθαι τ|[οῖς δημό]ταις,
10 ἐπαινέσαι αὐ||[τοὺς ἀρετῆς] ἕνεκα καὶ δικα|[ιοσύνης ----------]

sed damnatum esse. At ea res nescio an non tanti momenti fuerit, ut propterea accusatoribus praemia decernerentur.

435 Cippus e lapide poro factus; inferior pars non laevigata. Ex Koehleri apographo ed. Kirchhoff C. I. Att. I 517, ex G. Hirschfeldii idem IV, 1, 1 p. 52 (Syll.[1] 299).

[Δεῦρ' Ἐλε]|υσινίον[1] [τρ]|ιττὺς τελ[ε]|υτᾶι, Περαι|ὸν δὲ τριττ|ὺς ἄρχεται[2].

Litteratura Attica antiqua. Litterae ϛ forma aetatem medio saeculo a. Chr. quinto non recentiorem indicat. 1 Hae duae sunt tribus Hippothontidis trittyes. Tertiae nomen adhuc ignoratur. 2 Collato Demosthenis loco XIV, 22 sqq. iam Kirchhoffius coniecerat hos terminos ad rem navalem spectasse. Accuratius eam rem persecutus est C. Schaefer Mitth. des arch. Inst. in Athen V (1880) p. 86, qui docuit nautas et epibatas pagatim conscriptos (Dem. L, 6) certa die in navalia convenisse ibique secundum trittyas, quarum loca his lapidibus designabantur, dispositos esse.

436 Cippus lapidis quem πῶρον vocant, inventus in Piraeeo in angulo viarum Artemidis et Leosthenis. Edd. C. Schaefer Mitth. des arch. Inst. in Athen V (1880) p. 85. Kumanudis Ἀθηναίου VIII p. 528 n. 1 (Syll.[1] 300). Ex Milchhoeferi apographo Kirchhoff C. I. Att. IV, 1, 2 p. 121 n. 517*b*. Cf. Hermae XVI p. 184 n. 4.

5 [Δ]ε[ῦρ'] Ἐπ[ακ|ρ]έον[1] τριτ|τὺς τελευ|τᾶι, Θριασ||ίον[2] δὲ ἄρχ|εται τριτ|τύς.

1 Supplevi ex C. I. Att. II, 1053, 8. [Δ]ε[ῦρ]ε Π[αιανι]έων aut Π[ρασι]έων Schaefer. At Prasiensium trittys nulla fuit (cf. 437[1]), Paeaniensium nomini cum spatium non sufficere videtur, tum genetivus non contractus offensionem habet. Epacrenses, una ex iis quae adhuc notae sunt trittys quae non pagi nomen habeat, cuius tribus fuerint, non constat. Nam Plothenses quidem, pagum Aegeïdis, Epacrensium sacris interfuisse ex C. I. Att. II 570, 30 scimus; at illi Epacrenses pagorum aliquot coniunctionem sacrorum causa efficiebant similem Tetrapolensium (n. 448), quae non confundenda est cum trittye cognomine; neque etsi haec trittys ab illo antiquiore conventu nomen accepit, utriusque pagi omnes eidem fuerint necesse est. Quare fieri potest

ut alii atque Aegeïdi tribui ascripta fuerit Epacrensium trittys. 2 Oeneidis tribus. Alteram eiusdem novimus trittyn Laciadarum (C. I. Att. I 502), tertia adhuc ignota est.

---

437 Cippus lapidis quem πῶρον vocant, inventus in Piraeeo, ʽκατὰ τὴν ὁδὸν πρὸς τὸ νοσοκομεῖον τοῦ Τζάννε ἄγουσανʾ, exstat in Museo societatis archaeologicae. Ed. Kumanudis Ἀθηναίου VIII p. 291 n. 2 (Syll.[1] 301. Kirchhoff C. I. Att. IV, 1, 2 p. 120 n. 517*a*).

5 [Δ]εῦρε Πα[ι]|ανιῶν[1] τρι|ττὺς τελ[ε]|υτᾶι, ἄρχε||ται δὲ Μυ|ρρι-νοσί||[ον] τριτ|[τύς].

Litteratura eadem ac n. 435. 436. 1 Duae sunt Pandionidis tribus trittyes. Tertiae nomen ab littera K incipere indicat C. I. Att. II, 871, 6, ubi K[υδαθηναιῶν] probabiliter supplevit Koehler.

---

438 Cippus quadrangulus lapidis calcarii densi supra fractus, ab omnibus partibus scriptura coopertus, inventus Delphis, inaedificatus in muro recentioris aetatis ante porticum Atheniensium. Ed. Th. Homolle Bulletin de correspondance Hellénique XIX (1895) p. 5 sqq. Cf. quae de titulo exposuerunt St. Dragumis ibid. p. 295 sqq. H. Pomtow Jahrbücher für Philologie CLIII (1896) p. 553 sq. B. Keil Hermae XXXI p. 508 sqq. C. Türk ibid. p. 647 sq. F. Bechtel Beitr. zur Kunde der indog. Sprachen XXII p. 279 sqq.

a [------ʽο δὲ ʽόρκος] | ἔστω[1]· ταγε[υ]σέω[2] δι[καίως κ]|ατὰ

Litterae Ionicae volgares praeter H spiritus asperi notam (cum H vocalem productam significet) et F, dispositae στοιχηδόν. Ex hoc scripturae genere editor recte collegit, monumentum anno 400 a. Chr. n. utique non recentius, sed fortasse etiam aliquot annis antiquius esse. Continet leges phratriae (not. 3) Delphicae Labyadarum. Cum ex partibus quattuor una *d* infra enuntiato integro finiatur et post id vacuum spatium habeat, apparet hunc totius inscriptionis finem esse. Incipit titulus in latiore planicie antica (*a*), inde transgreditur in contiguum a dextra latus angustius (*b*), tum in partem posticam (*c*), denique in latus sinistrum (*d*). 1 Formula est iurisiurandi quo obstringuntur curatores (ταγοί not. 2) phratriae cum ineunt officium. 2 ταγοὶ Labyadarum commemorantur v. 11. 23. 34. 40. 43. 81. 88. 94. 110. 113. 126, verbum ταγεύειν ut hic est v. 90. 92. Adhuc vox, quae apud poëtas sane ducem vel imperatorem in universum significat, in sollemni sermone non reperta est nisi apud Thessalos, ubi aut singulorum populorum

τοὺν νόμους τᾶς [π]ό[λ]ι|ος καὶ τοὺς τῶν Λαβυαδ[ᾶν][3] | πὲρ τῶν
5 ἀπελλαίων[4] καὶ τᾶ||ν δαρατᾶν[5]· καὶ τὰ χρήματα | συμπραξέω[6]
κἀποδειξέω[7] [δ|ι]καίως Λαβυάδαις, [κ]|οὔτε[8] κλεψέω οὔτε

summos magistratus (n. 238[2]) aut communem omnium Thessalorum ducem significat. 3 Labyadae praeter hanc inscriptionem etiam in titulo I. G. Ant. 319, 2 sunt, ubi sane leni errore Λαδυαδᾶν aut incisum aut lectum est. Ceterum non gentem esse, ut voluit Pomtow, sed phratriam, luculentissime inde apparet, quod v. 26. 61 sqq. manifesto commune Labyadarum distinguitur a gentibus (πατρίαις), quae plures sint in illo uno; ea vero ubique apud Graecos est phratriae vis ac natura. Neque Διὸς πατρῴου sacra (v. 14. 73. 211) ei sententiae obstant; etenim hoc cognomen non gentium potissimum proprium est, sed cuiusquemodi communionem quae sanguinis et agnationis necessitudine contineatur indicat. Cf. n. 442[1]. 571[7]. Demosth. XVIII, 141: τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον, ὃς πατρῷός ἐστι τῇ πόλει. Quod contra Ποτειδὰν φράτριος (v. 72) gentis esse nequit. 4 Victimas significari ex verbo ἄγειν (not. 21) apparet. Iniuria nomini aliquid cognationis intercedere cum glossa Hesychiana ἀπάλιον· θῦμα, δελφάκιον statuit Drag. Immo manifesto a feriis (Ἀπέλλαι), per quas immolabantur, nomen habebant. Quas ferias, utut de nominis origine iudicatur, recte Hom. Apaturiorum Atticorum similes fuisse statuit. Tum igitur in recipiendis pueris illae victimae offerebantur a parentibus. Discrimen quod Athenis inter μεῖον et κούρειον (n. 439, 5. 6) intercedebat, a Delphorum lege alienum fuit; ea unum modo noverat sacrificii genus; nam quae praeter ἀπελλαῖα commemorantur oblationes, non victimae sunt, sed panes vel placentae (not. 5). Ἀπέλλαι primo mense anni Delphici a solstitio aestivo incipientis, cui ab eis ipsis nomen Ἀπελλαῖος inditum erat, agebantur (not. 53). 5 Cf. Athen. III p. 110 d Νίκανδρος δ' ὁ Κολοφώνιος ἐν ταῖς Γλώσσαις τὸν ἄζυμον ἄρτον καλεῖ δάρατον. 114 b καὶ οἱ γλωσσογράφοι δὲ ἄρτων ὀνόματα καταλέγουσιν, Σέλευκος μὲν δράμιν ὑπὸ Μακεδόνων οὕτως καλούμενον, δάρατον δ' ὑπὸ Θεσσαλῶν. Etiam apud Hesychium huius glossae, corruptae sane, vestigia exstare (δαραιθυμῷ, ubi M. Schmidt δαράτῳ· ἀζύμῳ emendavit, et δαρόν· μακρὸν χρόνον καὶ ἐπιπολὺ καὶ ἑορτὴν καὶ ἄρτον τινὲς τὸν ἄζυμον) monuit Hom. Ceterum πὲρ τῶν ἀπελλαίων καὶ τᾶν δαρατᾶν a τοὺ(ς) νόμους potius quam a ταγευσέω pendere recte statuit idem, monens articulo non iterato ante πὲρ non tantum tribuendum esse, quantum sententiae quae sic multo aptior evaderet. 6 Aut stipendia quae a communi Labyadarum imponerentur una cum reliquis pendendi, aut eas quae phratriae deberentur pecunias exigendi notionem inesse existimat Hom., et collato C. I. Att. II, 545, 5 [κα]ὶ τὰ καταδικασθέντα ἐκπραξέω hanc interpretationem illi alteri praefert; sed illa omnino cum usu sermonis pugnat, ut de hac nullus dubitandi locus relinquatur. 7 Cf. I. G. Ant. 319, 1 sqq.: οἱ πεντεκαίδεκα (cf. vs. 187) τῶν Λα[β]υαδᾶν — ἀπέδειξαν μνᾶς δεκατέτορες καὶ ἡμιμναῖον καὶ δραχμὰς πεντή[κ]οντα καὶ ϝέξ. Promittunt curatores se accurate phrateribus indicaturos esse pecunias communes aliasque res phratriae quas in manibus habeant; Attice sic ἀποφαίνειν usurpatur. Hom. 8 Supplevit Be., cum Hom. nudum οὔτε tolerasset, quod tamen manifesto non

10 [β]λα[ψ]έω[9] | οὔτε τέχναι οὔτε μαχαν[ᾶ‖ι] τῶν τῶλ Λαβυαδᾶν
χρημ[ά]|των· καὶ τὸς ταγοὺ[ς ἐπ]αξέ|ω τὸν ʿόρκον τοὺ[ς ἐν
νέ]ω[τ]|α[10] κὰτ τὰ γεγραμμένα. Ὅρκ|ος[11]· ʿυπίσχομαι ποὶ τοῦ
15 Δι‖ὸς[18] τοῦ πατρώιου[13]· εὐορκέο|ντι μέμ μοι πόλλ' ἀγάθ', αἰ δ' |
ἐφιορκέοιμι, [εἶμεν] τὰ κα|κὰ ἀντὶ τῶν ἀγαθῶν.
20 Ἔδοξε Λαβυάδαις Βουκατ‖ίου[14] μηνὸς δεκάται, ἐπὶ Κ[ά|ρ-
π]ου[15], ἐν τᾶι ἁλίαι, σὺμ ψάφ|οις ʿεκατὸν ὀγδοήκοντα | δυοῖν[16]·
25 τοὺς ταγοὺς μὴ δέκ|εσθαι μήτε δαράταν γάμε‖λα[17] μήτε

potest simul et adiungere hoc enuntiatum priori (id esset οὐδέ) et respondere eis quae proxime sequuntur. 9 Iusiurandum hieromnemonum in titulo item Delphico paucis decenniis recentiore C. I. Att. II, 545, 6 sqq. οὐδὲ τῶν χρημάτων τῶν ἀμφικτιονικῶν ὑπο[βαλέομαι οὐδὲν - - - αὐτῷ] | ἐμί[νγ]α οὐδ' ἄλλῳ δώσ[ω] τῶγ κοινῶν χρημάτων contulit Hom. 10 Supplevit Keil. Qui nunc ineunt officium curatores, se exacto anno successores suos eodem iureiurando adacturos iurant. Atticis familiarem esse locutionem εἰς νέωτα ʿin annum proximum' nemo ignorat. 11 Formulae iurisiurandi quo se obstringunt curatores, aliam inseri eius quod a successoribus suis exacturi sint, sumpsit Hom. At primum quidem hos plane eodem sacramento atque illos adigi rerum naturae accommodatum est, deinde vero illud prius iusiurandum in Homollii interpretatione plane careret deorum invocatione et poenarum periurii mentione, id quod fieri nullo modo potest. Etiam articulus τὸν ὅρκον v. 12 argumento est, unam hic esse formulam, cuius in verba curatores et nunc ipsi iurent et ad annum proximum curatores iurare cogant. Nomen ὅρκος praeter morem interpositum est neque vero inepte, siquidem proprie ὅρκος hanc ipsam sanctionem et confirmationem indicat. 12 Verbi formam eandem esse C. I. Att. II, 545, 11 οὔτ[ω]ς ὑπισχόμ[ενος ὀμνύω] aut ὑπίσχομ[αι] (utique ι post praepositionem certum est, vide var. lect.), structura cum πρὸς et genetivo vero infra n. 439, 16 ὑποσχόμενος πρὸς τοῦ Διὸς τοῦ Φρατρίου monuit Hom. 13 Cf. not. 3. 14 Alter anni Delphici mensis, respondens fere Augusto fastorum Iulianorum. 15 Κ.|..ου Hom., sed Κ.|ΡΓΟΥ in photographia agnoscit Drag., qua re confirmatum est Pomtowii supplementum, qui monuerat unum nomen aliorum titulorum Delphicorum, quod illis reliquiis accommodatum esset, Κάρπος esse. Id enim non modo duobus libertinis esse (Wescher-Foucart Inscr. rec. à Delphes 353, 9. 418, 3), sed etiam duobus civibus Delphis (Wescher-Foucart 54, 18. Lebas Inscr. II, 960). 16 Cf. n. 306, 6: [ἔδο]ξε τᾷ πόλει τᾷ Δελφῶν ἐν ἀγορᾷ τελείᾳ σὺν ψάφοις ταῖς ἐννόμοις. Ut igitur civitatis comitiis, sic etiam Labyadarum conventui certus numerus suffragiorum praefinitus erat, sine quo irrita essent decreta; ex v. 68 videmus, in Labyadarum phratria eum numerum centum et unius fuisse. 17 Cum etiam in voce ἡμιρρήνια v. 198 prius η per litteram E scriptum sit, Hom. haud improbabiliter γάμηλα legendum esse statuit, quo maior sit similitudo Atticorum γαμηλίας. Haec offerri nuptiarum causa, παιδήϊα vero pro puero recens nato qui in phratriam recipiatur. Denique haec duo esse δαρατᾶν genera; hoc quoque mihi

παιδήϊα[18] μήτ' ἀπελ|λαῖα, αἰ μὴ τᾶς πατρίας[19] ἐπ|αινεούσας
καὶ[20] πληθυούσα|ς, ἁς κα ἧι. αἰ δέ τί κα πὰρ νό|μον κελεύσωντι,
30 τῶν κελε||υσάντων ὁ κίνδυνος ἔστω. | τὰ δὲ ἀπελλαῖα ἄγεν[21]
Ἀπέλ|λαις[22], καὶ μὴ ἄλλαι ἀμέραι | μήτε ἄγεν τοὺς ἄγοντας
35 μ|ήτε τοὺς ταγοὺς δέκεσθα||ι· αἰ δέ κα [δέ]ξ[ω]ν[τ]αι ἄλλαι |
ἀμέραι ἢ Ἀπέλλαις, ἀποτε|ισάτω ϝέκαστος δέκα δρα|χμάς· ὁ
40 δὲ χρήζων καταγορ|εῖν τῶν δεξαμένων ἐπὶ τῶ||ν ʿυστέρων ταγῶν[23]
καταγο|ρείτω ἐν τᾶι ἁλίαι τᾶι με|τὰ Βουκάτια[24], αἴ κ' ἀμφιλ-
45 λέ|γωντι[25] τοὶ ταγοὶ τοὶ δεξά|μενοι. ἄγεν δὲ τἀπελλαῖα || ἀντὶ
ϝέτεος[26] καὶ τὰς δαρά|τας φέρεν[27]. ʿόστις δέ κα μὴ | ἄγηι
τἀπελλαῖα ἢ τὰν δαρ|άταν μὴ φέρηι, ἀμμόνιον[28] κ|ατθέτω στα-
50 τῆρα ἐπὶ ϝεκα||τέρωι, τῶι δὲ ʿυστέρωι ϝέ|τει ἀγέτω τἀπελλαῖα

---

persuasit, praesertim quia alibi (v. 4. 5. 44. 45. 47. 51. 52. 54. 58. 65. 67. 105) δαρατᾶν et ἀπελλαίων nominibus omnes phraterum oblationes comprehenduntur nulla γαμήλων et παιδηΐων adiuncta mentione. At sane concedendum est, si ea sit mens eius qui titulum composuerit, particula μήτε eum paullo neglegentius usum esse. 18 Cf. not. 17. 19 Plures igitur fuerunt gentes (πατρίαι), quae coniunctae phratriam Labyadarum efficerent. Cf. not. 3. 20 Genti non licet de hac re decernere nisi πληθυούσα, i. e. σὺν ψάφοις ταῖς ἐννόμοις (not. 16). Vides rationem quae inter participia ἐπαινεούσας et πληθυούσας intercedit, non accurate particula καὶ exprimi. 21 Non recte Hom. vim peragendi, celebrandi (cf. ἑορτὴν ἄγειν, Διονύσια ἄγειν) huic verbo tribuit; nam ipsi caerimoniae Ἀπέλλαι nomen est, ἀπελλαῖα sunt quae in eius usum phrateres singuli praebere debent; adde quod verbum δέκεσθαι illi ἄγειν respondet v. 34. 35. 39. 43, id quod in Homollii interpretatione sensu cassum esset. Verum vidit Drag. 'adducere' intellegens, ut appareat haec esse animalia, cum de panibus (δαράται) ubique φέρειν usurpetur. 22 Cf. not. 4. 23 Dum in magistratu sunt, in ius vocari non licet curatores. ἐπὶ c. gen. etsi proprie temporis modo indicandi vim habet, tamen sine dubio hic etiam ad ipsos successores nomina superiorum curatorum deferri ntellegendum est. 24 Nescio an hic idem sit conventus, in quo haec decreta sunt, decimo mensis Bucatii (not. 14) die, ut Bucatia aliquo ex postremis primae decadis diebus acta appareat. Nam Labyadas plus semel in mense convenisse nequaquam probabile est. 25 Si se accepisse negabunt; sane ἀντιλέγειν huic notioni accommodatius esset. Sed etiam v. 188 ἀμφιλλέγηι legitur. Consona duplicata in hac voce non infrequens; cf. n. 314[8] et exempla ex variis Graeciae regionibus congesta a B. Keil Mitth. des arch. Inst. XX p. 438. 26 Cf. n. 617, 42: καὶ προ[αγ|ορευ]έτω ἁγνεύεσθαι γυναικὸς καὶ ἄ[ρσεν]ος ἀντὶ νυκτός i. e. hac ipsa nocte. Hesych. ἀντέτους· τοῦ αὐτοῦ ἔτους. Lebas Foucart Inscr. II 352 *i h* ἀντ' ἐνιαυτοῦ. Hom. Keil. Prott Leges Gr. sacrae p. 23. 27 Cf. not. 21. 28 Ab ἀναμένω descendens vox pecuniam notat quae propter moram vel dilationem illarum oblationum pendenda est. Hom.

καὶ | τὰν δαράταν φερέτω· αἰ δέ | κα μὴ ἄγηι, μηκέτι δε-
55 κέσθ|ων ἀμμόνια, ἀλλ' ἢ ἀγέτω ἀπ‖ελλαῖα ἢ ἀποτεισάτω ϝίκ|ατι
δραχμάς, ἢ ʿυπογραφό|μενος[29] τόκιομ[30] φερέτω· καὶ | τὰν δα-
ράταν τῶι ʿυστέρω|ι ϝέτει φερέτω, ἢ ἀποτεισ|[άτω ----------]
b ------‖. ϑ.....|.μα η[..... πα|-
60 τ]ρίας, ἀγ[ερόντων τοὺς | π]ατριώτα[ς· πάντες[31] δὲ τ|ο]ὶ Λαβυά-
65 δα[ι Εὐκλείοι]‖ς[32] περὶ τᾶν δα[ρατᾶν ἐπι]|κρινόντων[33] καὶ
[Ἀπέλλα]|ις περὶ τῶν ἀπελ[λαίων, | π]αρεόντες μὴ μείο[ς ʿε|ν]ὸς
70 καὶ εκατόν[34]· τὰ[ν δὲ] ‖ ψᾶφον φερόντων ἀνδ[εξ]|ἀμενοι[35] ποὶ
τὸ Ἀπόλλω[ν]|ος καὶ τοῦ Ποτειδᾶνος | τοῦ φρατρίου[36] καὶ τοῦ
75 Δ|ιὸς πατρώιου[37] δικαίως ‖ οἰσεῖν κὰτ τὸν νόμους | τῶν Δελφῶν·
κἠπευχέσθ|ω δικαίως τὰν ψᾶφον φέ|ροντι πόλλ' ἀγαϑὰ τοὺ[ς |
80 ϑ]εοὺς διδόμεν, αἰ δὲ ἀ[δ]‖ίκως, τὰ κακά. τοῦτα δὲ τ|οὶ ταγοὶ
ἐπιτελεόντω|ν καὶ τῶι δεομένωι συν|αγόντων τοὺς Λαβυάδα|ς·
85 αἰ δέ κα μὴ ποῖωντι κὰ‖[τ] τὰ γεγραμμένα ἢ μὴ το|[ὺ]ς ταγοὺς
τὸν ʿόρκον ἐ|παγάγωντι, ἀποτεισάτ|[ω] ϝέκαστος ἐπὶ ϝεκατέ|[ρ]ωι
90 δέκα δραχμάς. ʿόστ‖[ι]ς δέ κα μὴ ὀμόσηι, μὴ τα|[γ]εύετω. αἰ δέ
κ' ἀνώμοτο|ς ταγεύηι, πεντήκοντα | δραχμὰς ἀποτεισάτω. | αἰ
95 δέ κα δέξωνται τοὶ [τ]‖αγοὶ ἢ γάμελα ἢ παιδήϊ|α πὰρ τὰ γράμ-
ματα, ἀποτ|εισάτω πεντήκοντα ὀρ|αχμὰς ϝέκαστος τῶν δε|ξαμέ-
100 νων· αἰ δέ κα μὴ ἀπο‖τείσηι, ἄτιμος ἔστω ἐγ | Λαβυαδᾶν καὶ
ἐπὶ τούτ|ωι καὶ ἐπὶ ταῖς ἄλλαις | ζαμίαις[38] ʿέντε κ' ἀποτε|ίσηι·

---

29 Scripto profitetur se illas viginti drachmas phratriae debere. 30 Singulare hoc est usitati τόκος loco; sed cf. ὅρος et ὅριον. Hom. 31 Hac voce, quam Hom. supplevit, totius phratriae conventus distinguitur a singulis eius gentibus, ut n. 439, 81 sqq. identidem inter se opponuntur οἱ ϑιασῶται et οἱ ἅπαντες φράτερες, ut Athenis qui non creantur κατὰ φυλὰς magistratus ἐξ Ἀϑηναίων ἁπάντων constitui dicuntur aut Rhodi ὁ σύμπας δᾶμος (n. 270, 30. 491, 32 cum not. 9) opponitur populis Lindiorum, Ialysiorum, Camirensium aliisque corporibus, ex quibus civitas composita est. Omnes adesse debere neutiquam his verbis enuntiatur, ut discrepantia inter ea et v. 68 sq. [π]αρεόντες μὴ μείου[ς ἑν]ὸς καὶ ἑκατόν, quam Hom. expedire conatus est, omnino nulla sit. 32 Supplevit H. ex v. 172, observans unum hoc feriarum Delphicarum nomen spatii rationibus convenire. 3 Primum iudicaverunt gentiles, quorum sententia deinde phraterum suffragiis subicitur. 34 Cf. not. 16. 35 Cf. n. 227, 13 ἀνεδέξατο (ἡ Λαμιέων πόλις) καϑιεῖ[ν τὸ δικαστ]ήριον. 241, 18 ἀναδέχεται δὲ τὴν πᾶσαν ἐπιμέλειαν ποιήσεσϑαι τοῦ διαμένειν τὰ φιλάνϑρωπα τῷ δήμῳ. Idem igitur sibi vult verbum atque ὑπισχνεῖσϑαι (Delphice ὑπίσχεσϑαι) ideoque ut illud cum ποὶ (πρὸς) et genetivo (cf. not. 12) coniungitur. 36 Cf. not. 3. 37 Cf. not 3. 38 Parataxin antiquo more pro hypotaxi hic usurpari monuit Keil. Sicuti de

105 καὶ ʿὃ κα δέξωνταιι ἢ δαράταν ἢ ἀπελλαῖα | πὰρ τὰ γράμματα,
μὴ ἔστ|ω Λαβυάδας μηδὲ κοινα|νείτω τῶν κοινῶν χρημ|άτων
110 μηδὲ τῶν θεμάτων[39]. || αἰ δέ τίς κα τῶν ταγῶν κ|αταγορῆι ποιῆ-
σαί τι π|ὰρ τὰ γράμματα, ʿο δὲ ἀν|τι[φ]ᾶι, τοὶ ταγοὶ ἐν τᾶι |
---

c [---------- ποὶ τοῦ Ἀπόλλωνος κ|αὶ Ποτειδᾶνος τοῦ φρ]α-
115 τ[ρ||ίου[40] καὶ Διός, καὶ δικ]άζο[ν|τι μὲν δικαίως ἐπ]ευχέσ[θ|ω
πόλλ' ἀγαθὰ τ]οὺς θεοὺς [δ|ιδόμεν, αἰ δ' ἐ]φιορκέοι, κα|[κά· αἰ
120 δέ κα μ]ὴ δικάζηι ʿαι||[ρεθείς, ἀπ]οτεισάτω πέντ|[ε δραχμάς,]
ἄλλον δ' ἀνθελό||[μενοι τ]ὰν δίκαν τελεόντ|[ων. ʿόσ]τις δέ κα πὰρ
125 νόμον | [τι] ποιέοντα τᾶι δίκαι ʿέ||λληι, τὸ ʿἡμισσον ἐχέτω. το|ὶ
δὲ ταγοὶ τῶι καταγορέο|ντι τὰν δίκαν ἐπιτελεόν|των· αἰ δὲ μή,
130 τὸ διπλοῦν ϝέκ|αστος ἀποτεισάτω. ʿόστι||[ς] δέ κα ζαμίαν ὀφείλη-
ι, ἄτ|[ι]μος ἔστω ʿέντε κ' ἀποτεί|σηι. — ʿὈδ' ο τεθμὸς πὲρ
τῶ|ν ἐντοφηΐων[41]· Μὴ πλέον πέν|τε καὶ τριάκοντα δραχ-
135 μ[ᾶ]||ν ἐνθέμεν, μήτε πριάμενο|[ν] μήτε ϝοίκω· τὰν δὲ παχεῖ[α]ν

---

reliquis multis pridem lege sanctum est, ut debitores capitis deminutione afficiantur, sic idem nunc de hac statuitur. 39 Inter omnes vocis θέμα notiones duas modo hic in censum venire, pecuniarum in mensa argentaria depositarum (cf. n. 329, 58 sqq.) et carnium victimarum quae deis offeruntur aliarumve id genus rerum dedicatarum dicit Hom. At illud quidem recte minus probabile iudicavit; quo enim consilio haec separatim a reliquis pecuniis (τῶν κοινῶν χρημάτων) commemorari credibile est? Alteram vero notionem, quam praefert, et ipse concedit non niti nisi Veteris Testamenti interpretatione Graeca, et huius loci sententiae vel minus quam illam convenire iudicandum est; nam quae ex communibus Labyadarum rebus deis offeruntur, eorum utrum singuli phrateres participes sint necne quomodo in quaestionem venire potest? Aliter res se haberet, si de ipsa caerimonia offerendi diceretur, sed hoc rursus in voce θεμάτων inesse non potest. Quare nescio an tertia praeferenda sit significatio, de qua Hom. omnino non cogitavit, ut praemia certaminum per ludorum sacrorum sollemnia proposita (cf. n. 675, 21 sqq.) intellegantur. De quibus si, ut Athenis tributim, sic Delphis secundum phratrias certabatur, et is quem Labyadam non esse iudicatum est non inepte huius phratriae praemium petere vetatur, et recte hoc separatur a mentione τῶν κοινῶν χρημάτων, quia illa non a phratria, sed a toto populo proponuntur. 40 Supplevit Hom. ex v. 72. 73. 41 ΕΝΤΟΘΗΚΩΝ legerat Hom., quod non uno nomine contra leges sermonis peccare perspexit Becht.; ΕΝΤΟΦΗΙΩΝ potius in lapide esse vidit Drag. quod probante Bechtelio recte se habere demonstravit provocans ad Hesychii glossam ταφήϊα, ἐντάφια, εἰς ταφὴν ἔνθετα ἱμάτια. Vocalium ο et ᾰ vicissitudinem ad nasalem quae evanuerit refert Be. ut in καθαρὸς et κοθαρός, ϝίκατι et εἴκοσι, διακάτιοι et διακόσιοι.

χλαῖναν φαωτὰν[42] εἶμεν. | αἴ δέ τι τούτων παρβάλλο|ιτο[43],
140 ἀποτεισάτω πεντήκο||ντα δραχμάς, αἴ κα μὴ ἐξομ|όσηι ἐπὶ τῶι
σάματι μὴ πλ|έον ἐνθέμεν. στρῶμα δὲ ʽὲ|ν ʽυποβαλέτω καὶ
145 ποικεφ|άλαιον ʽἐν ποτθέτω[44]· τὸν δ||ὲ νεκρὸν κεκαλυμμένον φ|ε-
ρέτω σιγᾶι, κὴν ταῖς στρ|οφαῖς[45] μὴ καττιθέντων μη|[δ]αμεῖ,
150 μηδ᾽ ὀτοτυζόντων ἐ|[χ]θὸς τᾶς ϝοικίας πρίγ κ᾽ ἐ||πὶ τὸ σᾶμα
ʽίκωντι, τηνεῖ | δ⟨ὲ μηδ⟩ὲν ἄγος[46] ἔστω ʽέντε κα ʽα | ...άνα
ποτθεθῆι[47]. τῶν δὲ π|ρόστα[48] τεθνακότων ἐν τοῖς | σαμάτεσσι
155 μὴ θρηνεῖν μη||δ᾽ ὀτοτύζεν, ἀλλ᾽ ἀπίμεν ϝο|ίκαδε ἑκαστον ἔχθω
ʽομε|στίων[49] καὶ πατραδελφεῶν | καὶ πενθερῶν κηγγόνων[50] [κ]|αὶ

42 I. e. φαιωτάν, leucophaeo colore tinctam. Quam frequenter diphthongorum ι ante vocales evanescat in omnibus dialectis et omni aetate, in volgus notum est. 43 παρβάλλεσθαι manifesto et hic et v. 163. 182 vim usitati παραβαίνειν habet. 44 Cf. n. 877, 2 sqq. 45 Cum cantu sepeliendum corpus defuncti intellegit Hom. At neque στροφαί cantum significare potest, neque ἐν praepositio apta est, et omnium quidem maxime in hac sententia offendit articulus ταῖς. Immo in flexibus et angulis viae non deponere, sed continuo itinere usque ad sepulcrum portare iubentur qui efferunt corpus defuncti. Keil. 46 Supplevit F. Blass apud Becht. errorem lapicidae subesse sumens, quandoquidem neque ἔναγος (Hom.) neque ἔνατος (Drag.) ullam habet probabilem interpretationem. 47 ἔντε κα ʽα [σ]ιγὰ (ἀ)ναποτθεθῆι ʽdum silentium rursus imperetur' Bechtel, cum Hom. [σ]ῖγ᾽ ἀναποτθεθῆι scripsisset contra usum sermonis elisa vocali longa. At neque ἀναπροστιθέναι neque omnino ullum verbum cum his duabus praepositionibus hoc ordine compositum (cum vice versa προσανατιθέναι aliaque id genus neutiquam rara sint) usquam in litteris Graecis legitur, et ipsum σιγὴν προστιθέναι ʽsilentium imponere, tacere iubere' sine exemplo est. B. Keil ἔντε κα ʽα ⟨θήκα ἐ⟩[π]ὶ γᾶν ἀποθεθῆι, at ut de violentiore medela taceam, ἀποτθεθῆι pro ἀποθεθῆι aut ἀποτεθῆι scriptum esse non credo. Mea quidem sententia προστιθέναι hic ut alibi de imponendo eo quo claudatur sepulcrum intellegendum est. Cf. Herodot. III, 78 θέλων αὐτοῦ (sc. τοῦ θαλάμου) προσθεῖναι τὰς θύρας. Thuc. IV, 67, 4 βουλόμενοι φθάσαι πρὶν ξυγκλησθῆναι πάλιν τὰς πύλας καὶ ἕως ἔτι ἡ ἅμαξα ἐν αὐταῖς ἦν, κώλυμα οὖσα προσθεῖναι. Lysias I, 13 ἐκείνη δὲ ἀναστᾶσα καὶ ἀπιοῦσα προστίθησι τὴν θύραν. Ante verbum nomen ceteroqui ignotum in -άνα (Attice -ήνη) cadens et operculum significans fuisse puto. 48 Perfrequens est in dialectis Graeciae continentis occidentalibus στ pro σθ; cf. I. G. Sept. III, 333, 7. 8 χρήστω. 9 θωιήστω. 10 ἑλέστω. 16 ἑλέσται. 334, 19. 24. 26. 28 χρῆσται. 33 ἀρέσται. 41. 44 παματοφαγεῖσται. 49 Proximorum necessariorum, qui in eadem domo una habitant. 50 Sic potius quam κηκγόνων (Hom.) in lapide exaratum videri adnotat Drag. Sententia non mutatur, nam utique ἐκ, non ἐν praepositio agnoscenda est; de assimilatione γγ ex κγ, frequentissima illa quidem ut γβ γδ pro κβ κδ, vide indicem grammaticum. De vocis ἔκγονος notione cf. n. 373[6].

160 γαμβρῶν. μηδὲ τᾶι ʿυσ[τ]‖ερaία(ι) μηδ᾽ ἐν ταῖς δεκάτ[α]|ις,
μηδ᾽ ἐν τοῖς ἐνιαυτοῖ[ς[51], | μ]ήτ᾽ οἰμώζεν μήτ᾽ ὀτοτύ[ζε|ν·]
165 αἱ δέ τι τούτων παρβ|άλλοιτο τῶν γεγραμ‖μένων, -------
----

d -------- | ..... αχα ... δ ... | ..... θοῖναι δὲ
[τ]αίδ|[ε νόμιμ]οι[52]· Ἀπέλλαι[53] καὶ Β‖[ουκά]τια[54], Ἡραῖα[55],

---

51 Non annum, sed diem qui idem redeat anni orbe circumacto (ʿ*Jahrestag*ʾ) innui eamque esse antiquissimam vocis ex locutione adverbiali ἐνὶ αὐτῷ (i. e. ἐν τῷ αὐτῷ, ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ) natae significationem observavit Tü. 52 Hoc enuntiatum Hom. videtur sic interpretari, ut per eas occasiones, quae deinde enumerentur, epulas sollemnes phratriae aut unius per se aut una cum reliquis omnibus civibus Delphis haberi indicetur. At ut id primo aspectu de feriis publicis v. 168—176 enumeratis probabile videri potest, sic de sacris privatis quae postea commemorantur omnium maxime incredibile est. An quandocunque aliquis ex Labyadarum numero victimam caedebat (v. 177 καΐκ᾽ αὐτὸς θύηι ἱαρήϊον) aut hospites domi suae recipiebat unaque cum iis sacrificabat (v. 179 sqq. [κ]αΐ κα ξένοι ϝοι παρέωντι ἱαρήϊα θύοντες), ei necesse fuisse statuemus epulis invitare totam phratriam, in qua plus quam centum octoginta duos virilis sexus adulta aetate fuisse ex v. 21. 22 discimus? Immo in lacuna intercidisse manifestum est enuntiatum quo praecipiebatur ut unusquisque Labyada ex unaquaque θοίνᾳ νομίμῳ, quam privatim habebat, portionem aliquam aut stipendium phratriae daret. Quae lex quam late pateat, ut clarius perspiciatur, deinde θοῖναι νόμιμοι singillatim enumerantur. Voce θοίνα non epulas in universum, sed eas quae cum sacrificio coniunctae sint atque adeo ipsum sacrificium (n. 622, 4. 5 ὅς τέλεος θοινῆται) indicari notum est. Neque huic sententiae, θοίνας νομίμους ad privata singulorum phraterum sacrificia spectare, obstat longus feriarum publicarum ordo. Nam moris fuisse ut cives pro se quisque per eiusmodi sollemnium tempora in ara publica victimas suis impensis paratas caederent, quarum carnibus deinde una cum suis vescerentur, cum aliunde notum est tum luculentissime apparet ex lege de sacris Amphiarai Oropiis n. 589, 27 sqq. 53 Cf. not. 4. Festos dies ex ordine temporis enumerari inde apparet, quod inter eos septem sunt, quorum ex nominibus appellati sunt menses Delphici Ἀπελλαῖος (primus, Iulius fastorum Iulianorum), Βουκάτιος (alter, Augustus), Ἡραῖος (quartus, October), Δαδαφόριος (quintus, November), Ποιτρόπιος (sextus, December), Θεοξένιος (nonus, Martius), Ἡράκλειος (undecimus, Maius). Vides ordinem fastorum et huius tabulae non modo in his feriis eundem esse, sed etiam Bysium mensem (v. 170), qui est octavus (Februarius), suo loco inter Ποιτροπίων et Θεοξενίων sacra comparere. Quo certiorem coniecturam de earum feriarum, quarum nomina non ad menses translata sunt, tempore ex loco ubi hic recensentur capere licet (not. 61. 65). 54 Ante diem decimum mensis Bucatii haec sacra acta videntur. Cf. not. 24. 53. 55 Cf. not. 53.

170 Δαιδαφ‖[όρια[56],] Ποιτρόπια[57], Βυσίου | [μην]ὸς[58] τὰν ʿεβδέμαν καὶ | [τ]ὰν ʿενάταν, κηὔκλει[α[59] κ]‖ἀρταμίτια[60] καὶ Λάφρι[α[61]
175 κ]‖αὶ Θεοξένια[62] καὶ Τραχίν‖ια[63] καὶ Διοσκουρήϊα[64], Μεγ|αλάρτια[65] καὶ ʿΗράκλεια[66], | καῖ κ᾽ αὐτὸς θύηι ʿιαρήϊ|ον καῖ κα

---

56 Ad Bacchi sacra hoc nomen referendum esse docuit Hom. allato Plut. de Is. et Osir. 35 p. 364 E; nam in nocturnis illius diei caerimoniis quas scriptor cum Osiridis cultu compararet, sine dubio taedas a Delphis gestatas esse. 57 Neptuno haec sacra vindicat Hom., quia mensis idem sit ac Ποσειδεών Atheniensium aliorumque populorum Ionicorum. Sed utut hoc est, Ποτειδᾶνος φρατρίου sacra, quorum ille mentionem facit, hic designari nequeunt, si vera sunt quae not. 53 de huius indicis natura et consilio demonstravi. Ex eis enim necessario colligitur, nullum ipsius phratriae sacrificium hic recenseri. 58 Cf. not. 53. 59 Εὔκλεια Dianae feriae sunt ut ea quae sequuntur ᾽Αρταμίτια, nam ᾽Αρτεμις Εὔκλεια cum alibi, tum apud Boeotos Delphorum vicinos (Soph. Oed. reg. 161. Pausan. IX, 17, 1. K. Wernicke ap. Pauly-Wissowa Realencykl. II, 1 p. 1385) colebatur. 60 Cf. not. 59. 61 Haec quoque Dianae sacra sunt, quam per occidentalem Graeciae continentis partem compluribus locis cognomine Λαφρία sacra habuisse praeter nonnulla testimonia (veluti de Calydone Aetoliae Strabo X, 2, 21 p. 459 Cas. Paus. IV, 31, 7. VII, 18, 8. 10) etiam mensis Λαφρίου vel Λαφριαίου nomine, quod in fastis Doriensium et Aetolorum est, probatur. Cf. K. Wernicke l. l. p. 1391. Haec tria Dianae festa aut mense Bysio (Februario) post nonum diem, aut proximi mensis Theoxenii (Martii) ea parte, quae Theoxeniorum ferias antecedebat, haberi solita esse ex ordine quo sacra sollemnia hic recensentur (not. 53) apparet. 62 Cf. not. 53. 63 Inter hoc nomen et Τελχίνια ambiguam esse lectionem, sed tamen illud praeferendum esse propter arctissimam necessitudinem, quae Delphis cum regione Oetaea intercederet, adnotavit Hom. 64 Dioscurorum sacra Delphica ceteroqui ignota sunt. Hom. 65 Particulam copulativam ante hoc nomen omissam ad meram neglegentiam redire neque Διοσκουρήια Μεγαλάρτια unius eiusdemque festi nomen esse inde merito colligitur, quod Μεγάλαρτος cognomen Cereris est, usitatum in Thessalia, id quod praeter titulum Pheraeum editum a Pridikio Inscr. Thess. Odessae 1896 p. 5 n. 4 ᾽Αντιπάτρα ᾽Επι[κρ]άτο[υς Δάμα]τρι Μεγαλ[άρ]τῳ ἱε[ρατεύσ]ασα probant fasti illarum regionum mensem Μεγαλάρτιον exhibentes (E. Bischoff de fastis Gr. ant. p. 327 cum not. 2) et in Boeotia (Athenaeus III 109 b. X 416 c) et Deli, ubi ut Delphis Μεγαλάρτια feriarum nomen fuisse discimus ex Athenaeo III p. 109 f: ἀχαΐνας· τούτου τοῦ ἄρτου μνημονεύει Σῆμος ἐν η΄ Δηλιάδος λέγων ταῖς θεσμοφόροις γίνεσθαι, εἰσὶ δὲ ἄρτοι μεγάλοι, καὶ ἑορτὴ καλεῖται Μεγαλάρτια ἐπιλεγόντων τῶν φερόντων· ἀχαΐνην στέατος ἔμπλεων τράγον. Ceterum Trachiniorum, Dioscuriorum, Megalartiorum sacra aut mense Theoxenio (Martio) post Theoxenia, aut mense Endyspoetropio (Aprili), aut Heracleo (Maio) ante Heraclea acta esse apparet ex eis quae disputavi not. 53. 66 Heraclea Delphorum commemorantur etiam apud Wescher-Foucart Inscr. rec. à Delphes

180 λεκχοῖ[67] παρῆι, [κ]|αἴ κα ξένοι ϝοι παρέωντ||ι ʿιαρήϊα θύοντες,
καἴ κ|α πενταμαριτεύων[68] τύχη|ι· αἰ δέ τι τούτων παρβάλ|-
185 λοιτο τῶν γεγραμμένων, | θωεόντων[69] τοί τε δαμιορ||γοὶ καὶ τοὶ

n. 8, 4: ἀντὶ δὲ τοῦ χειροτεχνίου τὸ προσκάνιον ἱστάτω Ἡρακλείοις. Hom. Acta sunt paenultimo anni Delphici mense (not. 53) Heracleo (Maio). 67 καἴ κα λέκχ' οἶ παρῆι Hom.; at neque vocalis finalis vocabuli λεκχώ elidi potuit, neque οἶ hic digammo carere, cum in proxima vicinia (v. 179) recte ϝοι scribatur. Keilius καἴ κ' ἀλεκχοῖ (de quo etiam Hom. cogitaverat) παρῇ (a παρίημι, non a πάρειμι) ʿsi vir uxori sacrificium peragendum mandaveritʾ. At cum vox λεχώ nota sit, non licet aliam quae sine exemplo est (ἀλεκχώ) fingere. Illa vero neque mulierem neque uxorem, ut Hom. opinatur, usquam significat in litteris Graecis, sed puerperam. Sic igitur res se habuit: mulier puerum aut puellam enixa ut primum ex puerperio convaluerat sacra faciebat quibus deis gratiam referret; qua in re coniux eam adiuvare debebat, sed si is defunctus erat aut peregre versabatur, alius vir, fortasse proximus mulieris agnatus, eo negotio fungebatur. Haec mihi causa esse videtur cur hic non τᾷ (ἑαυτοῦ) γυναικὶ τεκούσᾳ dicatur, sed sic indefinite λεκχοῖ sine articulo. De κχ pro simplici χ scripto cf. 328[23]. Sane hoc exemplum et propter aetatem et propter regionem memorabile est; nam reliqua fere inferiorum temporum et Graecorum Asianorum sunt. 68 A πέντε et ἀμάρα (non ἄμαρ, cuius genetivus ἄματ-ος est) derivatum vocabulum eandem vocalis ε ante ρ in α conversionem habet, quam in hac ipsa voce vicinorum Locrorum monumenta antiqua (I. G. Sept. III, 333, 5. 334, 33. 42), in cognomine Διὸς Ἀμαρίου titulus Achaicus n. 229, 8 exhibet. Quod in sollemni magistratus titulo haec antiquitas retinetur, cum nomen appellativum hic iam volgari more ἀμέρα sit (v. 32. 36) nihil habet miri. Aliud eiusdem dialecti proprietatis exemplum est δάρματα (not. 81). Keil. De significatione Hom. sic statuit: aut officium quod quisque per quinque dies gerat (cf. n. 510, 9: κληρούτωσαν — καθ' ἑκάστην πενθήμερον ἄνδρας πέντε διαιρετὰς τῶν κτημάτων), aut caerimoniam quae aut per quinque dies aut quinto quoque die aut quinto post aliam nescio quam rem die peragerétur indicare. Priorem interpretationem iure meritoque praefert Keil, etsi argumento non ab omni parte tuto utitur. Nam verbum denominativum a πενταμαρίτας descendens nihil posse significare nisi officium aut honorem aliquem gerere, manifesto verum est si ad originem vocis spectes; sed usum sermonis in hac re non nimis severum fuisse intelleges ex eis quae n. 379[2] de verborum ἐπιμελεῖσθαι et ἐπιμελητεύειν confusione observavi. 69 Huius verbi duplicem fuisse antiquitus formam, θωᾶν sine iota (C. I. Att. IV, 1, 3 p. 139 n. 19 II, 12. Infra n. 568, 14) et θωιᾶν (I. G. Sept. III, 333, 9) monuit Keil. Sed cur propter θωιάσιος v. 188 tertium θφάζειν fuisse statuat non video. Etenim θωεόντων neutiquam impedit quominus θώιᾱσις fuisse sumamus in dialecto Delphica, quandoquidem etiam alias nonnunquam in praesenti tempore formas ad similitudinem verborum in -έω fingi in dialectis Doricis (ὁρέω, συλέω, τιμέω sim. cf. Kühner-Blass ausf. Gramm. der gr. Spr. I, 2 p. 141 not. 1), cum tamen reliqua tempora itemque nomina derivata

ἄλλοι πάντε|ς Λαβυάδαι, πρασσόντων | δὲ τοὶ πεντεκαίδεκα[70].
190 αἰ | δέ κα ἀμφιλλέγηι[71] τᾶς θω|ιάσιος[72], ἐξομόσας τὸν νό‖[μι-
μ]ον ʿόρκον λελύσθω. α|[ἰ δ' ἀ]λίαν ποϊόντων ἄρχω|[ν[73] ἀ]πείη,
ἀποτεισάτω ὀδε|λόν, καὶ συγχέοι, ἀποτει|σάτω ὀδελόν. τὄτα[74]
195 δὲ κὴν ‖ Φανατεῖ[75] γέγραπται ἐν [τ]|ᾶι πέτραι ἔνδω·
[τ]άδε[76] [Φ]ά[ν]|οτος ἐπέδωκε τᾶι θυγατ|ρὶ Βουζύγαι[77], τὰ
200 ʿεμιρρ[ή]|νια[78] κὴκ τᾶς δυωδεκαΐδο‖ς[79] χίμαιραν καὶ τὴμιρ[η]-
ν|αιᾶν[80] δάρματα[81], καὶ τὰ τῶι | Λυκείωι[82] δάρματα καὶ τὰ|ν

constanter ᾱ habeant, plane constat. 70 Cf. not. 7. 71 Cf. not. 25. 72 Cf. not. 69. 73 Non genetivum pluralis (τῶν ἀρχῶν ab ὁ ἀρχός, ut voluit Hom.), sed nominativum singularis hunc esse vidit Keil. ʿSi quis phratriae magistratus afuerit, cum Labyadae conventum habebunt'. 74 τὄτα δὲ Hom. τοιάδε Drag. Neutrum satisfacere recte monet Keil. Cogitavi aliquando de lectione τότα, quam formam reconditiorem pronominis demonstrativi τόσα (τόσσα), hic pro relativo usurpati sumebam. Ita haec esset protasis cui responderet apodosis πάντων — τὸμ προθύοντα — παρέχειν τὰ γεγραμμένα Λαβυάδαις, ita ut participio γεγραμμένα post longiorem interpellationem in mentem revocaretur illud quod in enuntiato relativo est ὅσα γέγραπται. Sed nescio an nimis audax sit formam pronominis ceteroquin inauditam hic agnoscere. 75 Cf. n. 236[3]. Quam illic notavi inter vocales α et ο mediae syllabae fluctuationem, ea hic paucorum versum intervallo in oppidi et herois eponymi (v. 196) nomine cernitur. Ceterum Φάνοτος quod sciam novum est, cum apud Sophoclem El. 45. 670 heros eodem atque oppidum nomine Φανοτεύς vocetur; nam is arbitrio poëtae insertus quidem est Orestis rebus, sed neutiquam ipsum nomen ab eo fictum. 76 Si coniectura quam not. 74 protuli recte se haberet, hic [τ]ὰ δὲ aut [ʿ]ὰ δὲ scribendum esset, ut δὲ alterum enuntiatum relativum alteri annecteret: ʿquae Phanotei scripta sunt in rupe et quae Phanotus filiae dedit'. 77 Cf. Schol. Apollon. Rhod. I, 185: Ἀγκαῖος υἱὸς Ἀστυπαλαίας τῆς Φοίνικος καὶ Ποσειδῶνος, Ἐργῖνος δὲ Κλυμένου τοῦ Πρέσβωνος καὶ Βουζύγης τῆς Λύκου. Hic aliam vides originem ei tribui, sed tamen eandem heroinam designari inde colligas, quod Λυκείωι v. 202 indicio est ei cum Lyco, etsi ex Delphorum opinione non filia eius erat, tamen nescio quid necessitudinis intercedere. 78 A ῥήν (agnus) eadem ratione fictum atque ἡμίονος ab ὄνος vidit Hom., sed quid potissimum significet se ignorare fatetur. Mihi mediam aetatem inter agnos et oves adultas (τελείας) indicare videtur. 79 Cf. n. 281[7]. 80 Haec vox feminas modo oves mediae inter ἄρνας et τελείας aetatis significare debet, cum neutro ἡμιρρήνια (not. 78) uterque sexus comprehendatur. Sine dubio ad hanc quoque partem trahendum est illud ἐκ τᾶς δυωδεκαΐδος, nam aliter importune praeter tota animalia (τὰ ἡμιρρήνια) eorundem pelles separatim recenserentur. 81 Eadem haec est ante ρ vocalis ε mutatio, de qua dixi not. 68. 82 Λύκειον eundem ac Λύκον heroa (not. 77) esse statuit Hom., sumens eorum quae Buzygae data essent recensui interponi haec quae non illi, sed Lyco deberentur. Sed hoc vetat verborum collocatio, neque enim

205 ἀγαίαν[83] μόσχομ, πάντων | καὶ ϝιδίων καὶ δαμοσίω‖ν[84] τὸμ
προθύοντα[85] καὶ προ|μαντευόμενον[86] παρέχεν | τὰ γεγραμμένα
Λαβυάδα|ις· τᾶι δὲ θυσίαι Λαβυαδ|ᾶν τὼπελλαίου μηνὸς[87] τῶ‖ι
210 Διονύσωι, Βουκατίοις[88] | τῶι Δὶ πατρώιωι[89] καὶ τὼπ|όλλωνι
τὰν ἀκρόθινα[90], κα|ὶ συμπρηΐσκεν[91] ʿαμεῖ[92] το|ὺς Λαβυάδας·
215 τὰς δ' ἄλλας ‖ θοίνας κά[τ] τὰν ʿώραν ἀγ|αγέσθαι[93].

---

dativus τῷ Λυκείῳ medius inter τὰ δάρματα interpositus ab ἐπέδωκε pendere potest, sed utique accuratiorem huius nominis definitionem continet. Significatio obscura; nam si Λύκειον sacrificium intellegas et pelles victimarum per eam occasionem caesarum interpreteris, sententia commoda existet, sed singularis numerus cum sermonis usu pugnabit; vice versa Λύκειον Lyci herois sacellum rectissime appellatur, sed quid tum sibi vult merus dativus nomini τὰ δάρματα subiunctus, qui loci significationem habere utique nequit? 83 Sic Hom., ἀγατάν (i. e. ἀγαστάν) Dragumis. Utrumque obscurum; ne id quidem constare, utrum τὰν ἀγαίαν separatim an ταναγαίαν coniunctim legendum sit, recte observat Keil. 84 Hom. haec masculina esse vult, cum moneat δαμοσίους substantive plerumque quidem servos publicos significare, hic vero homines qui in republica aliquem magistratum aut officium gerant intellegendos. At quoniam privati Graece non ἴδιοι sunt, sed ἰδιῶται, apparet neutra haec esse et de sacrificiis interpretanda; cf. δημόρια n. 589, 28. 35. 85 I. e. eum qui alius (peregrini) vice victimam consecrat, quia alii ac civi id facere non licet. Cf. n. 484, 11 ἐπειδὴ ἀξιοῖ Ματροφάνης ἀποδε[ἴξαι] τὸ[ν] προθύσοντα διὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν πρόξενον Σαρδιανοῖς, οὐ δυνατ(ῶν) ὄντων [αὐ]τῶν πλείον[ο]ς χρόνου παραγενέσται εἰς τὸ μαντεῖον — προθύειν αὐτῷ τὰν πόλιν. Idem sibi volunt προϊερᾶσθαι n. 627, 6 et προκατάρχεσθαι Thuc. I, 25, 4. 86 I. e. qui alius causa oraculum adit, ei aditum ad id parat. Hom. Quem ad finem utrum praeter sacrificium (not. 85) etiam alia nescio qua opera opus fuerit, an προθύοντα καὶ προμαντευόμενον eandem rem significent, in medio relinquendum est. 87 Cf. not. 4. 53. 88 Cf. not. 24. 89 Cf. not. 3. 90 ἁ ἀκρόθις (quo pacto ἀκροθίνα scribendum esse dicat Keil, cum tamen iota nominis θίς produci notum sit, non perspicio) idem est ac τὸ ἀκροθίνιον. 91 Hoc verbum idem ac συμπράσσειν significare, nempe exigere quae debeantur, Hom. existimat. Contra quem Keilius recte monet, sic vocalem η cum dialecti legibus pugnare. Immo comburendi vim habere verbum, quandoquidem πίμπρημι non Ionicum ex ᾱ natum sed genuinum habere η aliis titulis Doricis probetur (cf. infra n. 803, 123 ἐπέπρητο), derivatio vero simillima sit illi ἐνδ(ι)δ(υ)σκόμενος pro ἐνδυόμενος, quod in manumissime item Delphica n. 857, 13 est. Dragumis inventum σῦμ [ʿ]ρηΐσκειν, quod ille interpretatur ʿsuém immolare', profecto non opus est refutare. 92 I. e. ἅμα; adverbium locativi forma, sed ad temporis significationem translatum, ut frequenter fit. De terminatione -ει in hoc genere adverbiorum praecipue a Doriensibus conservata, cum Iones et Attici -οι habeant, cf. Ahrens de dialectis II p. 361 sqq. 93 ἀπ|άγεσθαι Drag., qui Γ in photographia dispicere sibi

visus est. Recte negat aoristum hic solito more usurpari, sed ἀπάγεσθαι aut ἀπάγειν θοίναν quid signficare possit non assequor.

---

439 Tabula marmoris Pentelici, fracta infra, inscripta ab utraque parte, inventa ad villam regiam *Tatoï*, ubi fuit Decelea. Partis anticae inscriptionem (*a*) ex Lollingii ectypo chartaceo ed. Koehler C. I. Att. II 841 *b*, ex suo St. Kumanudis Ἐφ. ἀρχ. 1883 p. 69 sqq.; partis aversae titulum (*b*) separatim publici iuris fecit Lolling Δελτίον ἀρχαιαλογικόν, 1888 p. 159 sqq., deinde ex eiusdem apographo Koehler C. I. Att. IV, 2 p. 205. Utrumque exhibuerunt J. L. Ussing Vidensk. Selsk. Skrifter, 6te Raekke, hist. og philos. Afd. 2, IV, Havniae 1889 p. 307 sqq. J. Pantazidis Ἐφ. ἀρχ. 1888 p. 1 sqq. Tarbell Papers of the American school at Athens 1892 p. 170 sqq. (H. Sauppe, de phratriis Atticis, Gottingae 1886). Cf. quae de titulo disputaverunt E. Szanto Mus. Rhen. XL p. 510 sqq. G. Gilbert Jahrb. f. Philol. CXXXXV (1887) p. 23 sqq. H. Buermann Berliner phil. Wochenschrift 1889 Febr. 16 et 29. R. Schoell Sitzungsber. der philos.-philol. u. hist. Cl. der K. bayer. Ak. d. W. 1889 II, 1 p. 1 sqq. J. B. Tarbell the American journal of archaeology V (1889) p. 135 sqq. W. R. Paton ibid. VI (1890) p. 314. Tarbell ibid. p. 318. G. Busolt Handbuch d. cl. Alterthumsw. IV, 1 ed. 2 p. 207 sqq. W. R. Paton Classical Review V (1891) p. 221. U. von Wilamowitz-Möllendorff Aristoteles und Athen II p. 259 sqq.

a Διὸς Φρατρίο[1].

I Ἱερεὺς[2] Θεόδωρος Εὐφαντίδο[3] ἀν|έγραψε καὶ ἔστησε τὴν στήλην. |

Litterae Ionicae volgares dispositae στοιχηδόν. Maximam partem tituli (I II III v. 1—113) uno fere tempore atque ab eodem lapicida incisam testatur Lolling, quarti a. Chr. n. saeculi initio (not. 9). Postremum decretum (IV v. 114—126) aliquot decenniis recentius est. Nam hic iam constanter (τοὺς v. 117. κούρεον v. 118. δήμου v. 119. 120. Λητοῦς v. 125) ου scribitur vocalis simplex producta quae illic etiamtum ο est; quae constantia hanc partem vix anno 360 a. Chr. antiquiorem haberi patitur. Cf. K. Meisterhans Grammatik der att. Inschriften ed. 2 p. 5 not. 21. p. 21 not. 121. 1 Ante Iovis Phratrii aram tabulam erigendam esse indicatur v. 66 sq., qua re ipsa deo consecratur, id quod indicat genetivus possessivus; cf. n. 612, 1 Διὸς ἱερὰ (sc. στήλη). 728, 1 ἱερὰ Διονύσου. 2 Sacerdos est Iovis Phratrii, ut apparet ex v. 25, ubi multas huic deo debitas cogere iubetur. Neque vero ab hoc qui passim per totum titulum nude ἱερεὺς dicitur (v. 2. 4. 19. 25. 35. 50. 56. 59. 66. 107) discrepat ὁ ἱερεὺς τοῦ Δεκελειῶν οἴκου v. 41, quippe cui

5 ἱερεώσυνα τῶι ἱερεῖ διδόναι τ‖άδε[4]· ἀπὸ τῶ μείο[5] κωλῆν, πλεῦρον, ὃ|ς, ἀργυρίο III. ἀπὸ τῶ κορείο[6] κωλῆ|ν, πλεῦρον, ὃς, ἐλατῆρα[7] χοινικια|ῖον, οἶνο ἡμίχον, ἀργυρίο F.

II Τάδε ἔδοξεν τοῖς φράτερσι[8] ἐπὶ ‖ Φορμίωνος ἄρχοντος
10 Ἀθηναίοι|ς[9], φρατριαρχῶντος δὲ Παντακλέ|ος ἐξ Οἴο[10].

---

idem negotium multas phraterum in dei aerarium redigendi mandetur. Cum ara Iovis Phratrii, in qua Demotionidae rem divinam faciebant, Deceleae sita fuerit (v. 53. 67) et illius corporis quod Δεκελειῶν οἶκος nuncupabatur summa auctoritas fuerit in rebus totius phratriae (not. 26), ex eo Iovis sacerdotem fuisse non mirabimur. 3 Pago Decelensis, si vera sunt quae de domus Decelensium vi et natura not. 26 exponuntur. 4 Cf. v. 65. 5 Tertio Apaturiorum die, qui Κουρεῶτις vocabatur (v. 28), phrateres pro filiis suis duplex sacrorum genus faciebant, quae distinguebantur appellationibus μεῖον et κούρειον; nam scholiastae ad Arist. Ran. 798 observatio τοῦτο δὲ (sc. τὸ μεῖον) κέκληται κούρειον ἀπὸ τῶν κούρων ὑπὲρ ὧν ἐθύετο et aliis nominibus improbabilis est et hoc titulo redarguitur (cf. etiam Pollux III, 53). Iam cum de κουρείου vi ac ratione nulla sit dubitatio (not. 6) restat ut μεῖον a patribus qui infantes proximo anno natos phrateribus ostenderent immolatum statuamus. Sch. Wil. Cum μείων aliquo modo cohaerere nomen et a comparatione maioris sacrificii (κουρείου) tractum esse probabile est, sed simpliciter, ut nonnulli voluerunt, neutrum comparativi substantive usurpatum τὸ μεῖον (sc. ἱερεῖον) agnoscere non licet, quoniam genitivus μείου est, non μείονος. 6 Cf. Polluc. VIII, 107 φράτορες· εἰς τούτους τούς τε κόρους καὶ τὰς κόρας εἰσῆγον, καὶ εἰς ἡλικίαν προελθόντων ἐν τῇ καλουμένῃ κουρεωτιδι ἡμέρᾳ ὑπὲρ μὲν τῶν ἀρρένων τὸ κούρειον ἔθυον, ὑπὲρ δὲ τῶν θηλειῶν τὴν γαμηλίαν. Nomen sacrorum a detonsis crinibus, non ut scholiasta Aristophanis (v. not. 5) vult a κοῦρος repetendum recte iudicant Sch. et Wil. Hoc sacrificio oblato, non cum infantes phrateribus monstrati erant, filii in phratriam paternam recipiebantur et eius tabulis inscribebantur (v. 117 sqq.). 7 Cf. Arist. Acharn. 246 ἵν' ἔτνος καταχέω τοὐλατῆρος τουτουί cum scholio ἐλατήρ ἐστι πλακουντῶδες πέμμα πλατύ. Eq. 1181. 2: ἡ Γοργολόφα σ' ἐκέλευε τουτουὶ φαγεῖν ἐλατῆρος, ἵνα τὰς ναῦς ἐλαύνωμεν καλῶς cum scholio: ἐλατὴρ δὲ πέμματος εἶδος. τινὲς μὲν ἄζυμα (quae interpretatio nescio an commendetur δαρατᾶν, quae apud Delphos per eandem occasionem offerebantur, similitudine, cf. 438[5]), τινὲς δὲ πεπτά, ὧν εἷς καὶ Εὐριπίδης. Callias ap. Athen. II p. 57a: ἔτνος, πῦρ, γογγυλίδες, ῥάφανοι, δρυπεπεῖς, ἐλατῆρες. Hesych. ἐλατήρ· τὸ πλατὺ πόπανον, ἀπὸ τοῦ ἐληλάσθαι εἰς μέγεθος. ἢ πέμμα. Similiter Suidas. 8 Hic incipit primum decretum phratriae Demotionidarum (II v. 9—68). Qui quod perlumque quidem se nomine appellativo φράτερας vocant, sed tamen nonnunquam proprio Δημοτιωνιδῶν nomine utuntur, id etsi nonnullos interpretes movit ut Demotionidas a phrateribus discernerent (not. 13), tamen nullam habere offensionem recte monuerunt Sch. et Wil. Neque enim aliter res se habet de appellationibus ὁ δῆμος et Ἀθηναῖοι in populiscitis Atticis. 9 Ol. 96, 1, anno 396/5 a. Chr. n. 10 Oeum Deceleicum recte intellegunt interpretes. Ac Szanto

Ἱεροκλῆς εἶπε· ὁπόσοι μήπω διεδικάσ|θησαν[11] κατὰ τὸν
15 νόμον[12] τὸν Δημοτιωνιδ||ῶν[13], διαδικάσαι περὶ αὐτῶν τὸς φράτερ|ας αὐτίκα μάλα, ὑποσχομένος πρὸς τὸ Δ|ιὸς τὸ Φρατρίο[14], φέροντας τὴν ψῆφον ἀπ|ὸ τὸ βωμὸ[15]. ὃς δ' ἂν δόξηι μὴ ὢν

---

quidem ex hoc demotico collegit, omnes phrateras eius pagi fuisse, quia persuasum habebat, omnino unaquaque phratria non plus quam unius pagi homines contineri. Quod luculentissime refutatur praecepto v. 117 sqq.: ἀπογράφεσθαι τῷ πρώτῳ ἔτει ἢ ᾧ ἂν τὸ κούρεον ἄγει τὸ ὄνομα πατρόθεν καὶ τοῦ δήμου. Quid enim attinebat id ascribere, si phrateres ad unum omnes ἐξ Οἴου erant? Adde quod Decelenses in eadem phratria fuisse apparet ex v. 64. 122. 11 De διαδικασίᾳ litium privatarum genere hic non dici sponte patet. Immo διαδικάζειν idem est atque in pagorum rebus διαψηφίζεσθαι, i. e. ius eorum qui pro phrateribus se gerunt singillatim examinare et suffragiis de eo decernere. Ipsum διαψηφίζεσθαι semel occurrit v. 83. Vice versa de eis qui per hanc occasionem eiciuntur hic plerumque ut in pagis ἀποψηφίζεσθαι usurpatur (v. 31. 38. 90. 95. 98. 100), sed semel v. 22 τὸν ἀποδικασθέντα est. Ceterum ipsa verba ὁπόσοι μήπω διεδικάσθησαν monstrant, tum non primum institutam esse διαδικασίαν, sed pridem fuisse in lege (not. 12), sed proximis ante hoc decretum temporibus, sine dubio propter belli Peloponnesiaci mala quorum phratriae quae Deceleae sedem haberet praecipuam sortem obtigisse consentaneum est, id multifariam neglectum esse. Quare primum quidem (v. 14—26) ut in praesentia eorum qui iam phratriae intersunt iura accuratae examinentur praecipitur, deinde (v. 26—68) in reliquum tempus quid quotannis fieri debeat constituitur. 12 Ut aliis corporibus et sodalitatibus, sic gentibus quoque ac phratriis licebat sibi leges scribere, dummodo non violarent legem totius reipublicae. Cf. legem Solonis in Iustiniani Digestis XLVII, 22, 4. Eiusmodi leges commemorantur ap. Andoc. I, 127 ἐψηφίσαντο δὲ οἱ Κήρυκες κατὰ τὸν νόμον ὅς ἐστιν αὐτοῖς, τὸν πατέρα εἰσάγειν, ὀμόσαντα ἢ μὴν υἱὸν ὄντα ἑαυτοῦ εἰσάγειν. Isaeus VII, 15. 16 καὶ ἐπειδὴ Θαργήλια ἦν, ἤγαγέ με ἐπὶ τοὺς βωμοὺς εἰς τοὺς γεννήτας τε καὶ φράτερας. ἔστι δ' αὐτοῖς νόμος ὁ αὐτός, ἐάν τέ τινα φύσει γεγονότα εἰσάγῃ τις ἐάν τε ποιητόν, ἐπιτιθέναι πίστιν κτλ. Schöll. 13 Demotionidas gentem intellegunt Paton et Sza., quae Deceleae potissimum sedem habuerit cuiusque pars fuerit phratria cuius hoc est decretum. At φρατέρων et Δημοτιονιδῶν nomina promiscue usurpata nihil habere offensionis vidimus (not. 8), ac cum phraterum διαδικασίαν ex legibus Demotionidarum fieri (v. 14), phratriarchum vero nomina in tabulis Demotionidarum delere (v. 19 sqq.) videamus, fieri non potest quin Demotionidas ipsam phratriam esse fateamur. Tarb. Sch. Wil. Heroa eponymum Demotiona Wilamowitzius sagacissime indagavit in scholio ad Verg. Aen. VI, 21, ubi *demolion cydani* leni corruptela ex Δημοτίων Κύδαντος (qui est pagi Cydantidarum eponymus) natum probavit. 14 De structura verbi cf. quae adnotavi 438[12]. 15 Morem suffragia in ara deponendi aut ex ea tollendi, quo sanctiore religione ei qui decernunt obstringantur, scriptores haud raro commemorant. E. Reisch in Pauly-

20 φράτηρ ἐσα|χθῆναι, ἐξαλειψάτω τὸ ὄνομα αὐτῶ ὁ ἱερ||εὺς καὶ ὁ φρατρίαρχος ἐκ τῶ γραμματεί|ο[16] τῶ ἐν Δημοτιωνιδῶν καὶ τῶ ἀντιγράφ|ο[17]· ὁ δὲ ἐσαγαγὼν τὸν ἀποδικασθέντα[18] ὀφε|ιλέτω ἑκατὸν δραχμὰς ἱερὰς τῶι Διὶ τ|ῶι Φρατρίωι· ἐσπράττεν δὲ τὸ 25 ἀργύριο||ν τοῦτο τὸν ἱερέα[19] καὶ τὸν φρατρίαρχο|ν, ἢ αὐτὸς ὀφείλεν. τὴν δε διαδικασίαν | τὸ λοιπὸν[20] ἔναι τῶι ὑστέρωι ἔτει ἢ ὦι ἄ|ν τὸ κόρεον θύσηι[21], τῆι Κορεώτιδι Ἀπατ|ορίων[22]· 30 φέρεν δὲ τὴν ψῆφον ἀπὸ τῶ βωμῶ[23]. ἐ||ὰν δέ τις βόληται

Wissowa Realencyklopaedie I, 2 p. 1690 affert Herod. VIII, 123. Plat. Legg. VI 753 C. Demosth. XVIII, 134. Plut. Them. 17. Per. 32. 16 Cf. Dem. XLIV, 41: οὐκ εἰσηγμένου δ' εἰς τοὺς φράτερᾶς πω τοὺς Ἀρχιάδου, ἀλλ ἐπειδὴ ἐνεγράφη, τηνικαῦτα πείσας ἕνα τινὰ τῶν φρατέρων ἐνέγραψεν εἰς τὸ φρατερικὸν γραμματεῖον. Infra v. 97 sq. est ἐνγραφέσθω εἰς τὰ κοινὰ γραμματεῖα, ubi pluralis de duplici exemplari (not. 17) intellegendus videtur, adiectivum vero redit apud Isaeum VII, 16: ποιήσαντος δὲ τοῦ εἰσάγοντος ταῦτα, μηδὲν ἧττον διαψηφίζεσθαι καὶ τοὺς ἄλλους, κἂν δόξῃ, τότ' εἰς τὸ κοινὸν γραμματεῖον ἐγγράφειν, πρότερον δὲ μή. § 17 ἐγγράφουσί με εἰς τὸ κοινὸν γραμματεῖον ψηφισάμενοι πάντες. Sed illic utrum gentis an phratriae tabulae indicentur, ex narratione non satis dilucide apparet. 17 Ne fraude magistratus tabulae corrumperentur, hoc altero exemplo confecto cavebatur. Quod ubinam aut apud quem asservatum sit, hic propterea non indicari observat Wil., quia Demotionidae id probe cognitum habuerint. Vix recte inde, quod sacerdos et curator phratriae iubentur nomina delere, alterum apud hunc alterum apud illum fuisse collegerant Sauppe de phratriis Atticis p. 13 et Schöll p. 8 not. 1. 18 Cf. not. 11. 19 Cf. not. 2. 20 Hinc (non a v. 44, cf. not. 29) incipiunt leges perpetuae et ordinariae de phrateribus examinandis, quae inde ab anno 396 a. Chr. valiturae sunt. 21 Videmus non infantes proximo anno natos, sed adulescentulos qui iam comam deposuerunt (not. 6) examinari et inscribi. Annuum spatium intercedit inter sacrificium propter crines detonsos Apaturiis oblatum et receptionem; neque enim hoc ita intellegendum esse, ut post κούρεον statim receptos et inscriptos, sed annuo demum spatio interiecto examinatos et phraterum suffragiis probatos statuamus adulescentes, elucet ex v. 94 ἐὰν δὲ ἀποψηφίσωνται οἱ θιασῶται, ὁ δὲ εἰσάγων ἐφῆι εἰς τοὺς ἅπαντας, τοῖς δὲ ἅπασι δόξει εἶναι φράτηρ, ἐνγραφέσθω εἰς τὰ κοινὰ γραμματεῖσ. At aliarum phratriarum diversam fuisse legem, ut statim post κούρειον oblatum reciperentur, observavit Schoell provocans ad Isae. VI, 22. VII, 15. Dem. XLIII, 13. 82. 22 Cf. not. 5. 23 Cf. not. 15. Ceterum subiectum huius infinitivi non Demotionidas esse, sed domum Decelensium, ex eis quae not. 24 de provocatione disputabuntur apparebit. Id taceri sane mireris, sed si reputaveris non de integro hic ordinem probationis et receptionis constitui, sed antiquarum legum (not. 12) praecepta partim instaurari, partim augeri aut emendari, non incredibile videbitur silentio transmissum esse id quod omnes phrateres probe scirent.

ἐφεῖναι[24] ἐς Δημοτιων|ίδας ὧν ἂν ἀποψηφίσωνται[25], ἐξεῖναι αὐ|τῶι· ἑλέσθαι δὲ ἐπ' αὐτοῖς συνηγόρος τ|ὸν Δεκελειῶν οἶκον[26]

24 De verbi significatione cf. n. 17[21]. Sed de hac provocatione magnopere dissentiunt homines docti; ac Szantonis et Patonis quidem sententia, a phratria provocari ad gentem Demotionidarum, cuius illa pars sit, propter ea quae not. 13 disputata sunt ferri nequit. Schoellius vero, qui ipsorum Demotionidarum priorem sententiam iteratis eorundem suffragiis subici statuit, ne ipse quidem verum vidit. Quo pacto enim de eis qui iam a Demotionidis neque a quoquam alio iudicati sunt, ἐφεῖναι εἰς Δημοτιονίδας dici licet, tamquam si nunc demum causa ad hos perveniat? Quare cum Wil. distinguendum est prius domus Decelensium iudicium, quae est praecipua pars phratriae (not. 26) ab iterata universae phratriae examinatione; eadem in altero Nicodemi decreto intercedit ratio inter eius qui introducitur thiasum et totum phraterum commune. 25 Cf. not. 11. 26 Partem hanc esse phratriae apparet, sed non aequo cum reliquis partibus iure uti, immo principem locum tenere cum inde cognoscitur, quod sacerdos sacrorum phratriacorum (not. 2) ex ea capitur, tum quod in omnium phraterum probatione et receptione, etiam eorum qui ipsi non sunt domus Decelensium, gravissimae sunt horum partes. Cum pago Decelensium huic domui non fortuitam nominis et loci communionem intercedere inde colligas, quod paganorum maxime interesse doceri de Demotionidarum rebus indicant v. 64. 122, qui non possunt non de civibus illius pagi intellegi. Commodissime igitur cum Sch. et Wil. Δεκελειῶν οἶκον interpreteris eorum phraterum qui pagi Decelensium essent corpus; quos quia Deceleae erat ara communis phratriae (ἐς Δεκέλειαν ἐπὶ τ[ὸν βωμὸν] v. 53. πρόσθεν τοῦ βωμοῦ Δεκελείασιν v. 67) solos per se quotidiana eius negotia curasse et gravioribus modo de causis reliquos phrateres undique ex Attica convocasse probabile est. Qui Δεκελειῶν οἶκον gentem interpretantur (ut Toepffer Att. Genealogie p. 289), solennem sermonis usum neglegunt, ex quo gens γένος est, familia οἰκία aut οἶκος, quod tamen plerumque rem familiarem significat. Atqui cum semper paucorum hominum qui arctissima necessitudine coniuncti eandem domum habitent (ὁμέστιοι n. 438, 156) communio ea voce indicetur, eam notionem ab hoc titulo alienissimam esse apparet. Quare ne illud quidem credo, quod Wil. proposuit, originem certe appellationis ὁ Δεκελειῶν οἶκος gentiliciam esse. Immo Schoellium verum vidisse iudico, qui οἶκον proprie domum in qua conventus fiant (ὁ Κηρύκων οἶκος Eleusine n. 587, 24. ὁ ἱερὸς οἶκος ὁ Κλυτιδῶν Chii n. 571, 24) deinde lenissima synecdocha ipsum eorum qui conveniant corpus significare vult. Cuius disputationi addere possum simillimum exemplum, quod τὸ Βακχεῖον, vox per se sine controversia delubrum Bacchi significans, ad collegium eorum qui deum colunt transfertur Athenis (n. 737, 7. 15. 26. 36), Megaris (I. G. Sept. I, 107, 7) Perinthi (Archives des missions scient. et litt. Ser. III T. III p. 149 n. 72 *c*, 11). Neque diversus est notissimus vocis θέατρον de multitudine spectantium usus. Ceterum quod haec Decelensium domus synegoros eligat, id certissimum esse indicium eam ipsam esse quae cum provocante litiget, i. e. quae in priore iudicio

35 πέντε ἄνδρας ὑπὲ|ρ τριάκοντα ἔτη γεγονότας, τούτος δὲ || ἐξ-
ορκωσάτω ὁ φρατρίαρχος καὶ ὁ ἱερε|ὺς συνηγορήσεν τὰ δικαίο-
τατα καὶ ὀκ[27] | ἐάσεν ὀδένα μὴ ὄντα φράτερα φρατρίζ|εν. ὅτο
δ' ἂν τῶν ἐφέντων ἀποψηφίσωνται|ι Δημοτιωνίδαι, ὀφειλέτω
40 χιλίας δρα||χμὰς ἱερὰς τῶι Διὶ τῶι Φρατρίωι, ἐσπρ|αττέτω δὲ
τὸ ἀργύριον τοῦτο ὁ ἱερεὺς | τὸ Δεκελειῶν οἶκο[28], ἢ αὐτὸς
ὀφειλέτω. ἐ|ξεῖναι δὲ καὶ ἄλλωι τῶι βολομένωι τῶ|ν φρατέρων
45 ἐσπράττεν τῶι κοινῶι. ταῦ||[τα] δ' ἔναι ἀπὸ Φορμίωνος ἄρχον-
τος[29]. ἐπι|ψηφίζεν δὲ τὸν φρατρίαρχον περὶ ὧν ἂ|ν διαδικάζεν
δέηι κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν | ἕκαστον· ἐὰν δὲ μὴ ἐπιψηφίσηι, ὀφε-
50 λέτ|ω πεντακοσίας δραχμὰς ἱερὰς τῶι Διὶ || [τ]ῶι Φρατρίω[ι·
ἐ]σπράττεν δὲ τὸν ἱερέα | [κ]αὶ ἄλλο[ν τὸν βο]λόμενον τὸ ἀργύριον |
[το]ῦτο [τῶι κοινῶι.] τὸ δὲ λοιπὸν ἄγεν τὰ | [μεῖα καὶ τὰ κόρε]α
ἐς Δεκέλειαν ἐπὶ τ[ὸν βωμόν[30], ἐὰν δὲ μὴ θ]ύσηι ἐπὶ τὸ βωμὸ,
55 ὀφ||[ειλέτω πεντήκοντ]α δραχμὰς ἱερὰς τῶ|[ι Διὶ τῶι Φρατρίωι,
ἐσ]πραττέτω δὲ ὁ ἱερ|[εὺς τὸ ἀργύριον τοῦτο[31] ἢ] αὐτὸς ὀφει-
b λέ|[τω, εἰ μὴ λοιμός τις ἔσται ἢ πόλεμος[32]·] | ἐὰν δέ τι τούτων
60 διακωλύηι, ὅποι ἂν ὁ ἱ||ερεὺς προγράφηι, ἐνθαῦθα ἄγεν τὰ μεῖ|α
καὶ τὰ κόρεια. προγράφεν δὲ πρόπεμπ|τα τῆς Δορπίας[33] ἐν

repudiaverit (not. 24) monet Wil. 27 Cf. n. 86[18]. 28 Cf. not. 2.
29 Hinc initium capere alteram huius decreti partem qua de futuro tempore provideretur (not. 20) sibi persuasit Sza. At sic pro ταῦτα dicendum erat τάδε (ut monuit Gilbert), neque pergi licebat ἐπιψηφίζειν δὲ τὸν φρατρίαρχον. Adde quod iam v. 27 scriptum est τὸ λοιπόν. Re vera hoc enuntiatum, quo sane careri poterat quoniam hic totus locus ad tempus post a. 396 a. Chr. futurum spectat, eo consilio hic inseri, ut inculcetur nulli phrateri qui illo anno iam esset provocare licere ex hoc praecepto, demonstravit Sch.
30 Si passim ubi quisque habitabat per totam Atticam sacrificia (κούρεια) fierent, sponte patet curatores et sacerdotem phratriae non facile cavere potuisse ne leges neglegeruntur. Quare praecipitur ne usquam alibi ac Deceleae in communi ara fiant; quo praecepto tum temporis potissimum opus fuisse, quia per multos annos in Lacedaemoniorum potestate Decelea fuisset, ut antiquus sacrorum ordo plane in desuetudinem veniret, observavit Sch. 31 Cum primi editores ἱερ[εὺς τὸ Δεκελειῶν οἶκο ἢ] αὐτὸς exhibuissent, certatim hoc supplementum proposuerunt Ussing, Tarbell, Th. Teusch apud Wil. Nusquam in hoc verbi εἰσπράττειν usu obiectum omitti monuit Wil. 32 Hic quoque recentem belli Peloponnesiaci memoriam legislatoris animo obversatam esse consentaneum est. 33 Primus Apaturiorum dies. Sane cum Κουρεῶτιν (v. 28) tertium esse constet inter scriptores, de primo et altero vacillat memoria cum alii (Schol. Platon. Tim. 21 B. Proclus ad Pl. Tim. ibid. Etym. M. p. 533, 47) Ἀνάρρυσιν primo, Δορπίαν altero loco ponant, alii (Hesych. Ἀπατούρια. Simplicius ad Ar. Phys. IX p. 708 Diels.

πινακίωι λελευκωμ|ένωι μὴ᾽ λαττον ἢ σπιθαμαίωι ὅπο ἂν Δ|εκε-
65 λειῆς προσφοιτῶσιν[34] ἐν ἄστει. τὸ δ||ὲ ψήφισμα τόδε[35] καὶ τὰ
ἱερεώσυνα[36] ἀναγ|ράψαι τὸν ἱερέα ἐν στήληι λιθίνηι πρ|όσθεν
III τοῦ βωμοῦ Δεκελείασιν τέλεσι το|ῖς ἑαυτοῦ. — Νικόδημος εἶπε[37]·
τὰ μὲν ἄλλα κατ|ὰ τὰ πρότερα ψηφίσματα[38], ἃ κεῖται
70 περὶ τ||ῆς εἰσαγωγῆς τῶν παίδων[39] καὶ τῆς διαδ|ικασίας· τὸς
δὲ μάρτυρας τρῆς, ὃς εἴρη|ται ἐπὶ τῆι ἀνακρίσει παρέ-
χεσθαι ἐκ τ|ῶν ἑαυτοῦ θιασωτῶν[40] μαρτυροῦντας τὰ ὑπερωτώ-

Pollux VI, 102. Suidas Ἀπατούρια. Schol. Arist. Acharn. 146) vice versa. Illorum opinionem probat A. Mommsen Feste der Stadt Athen im Alterthum p. 336. At hic titulus contrarium docet; nam si quis a feriis quibusdam retro numerat dies, facere non potest quin ab ipso earum initio proficiscatur. Quibus argutiis Mommsenus p. 337 hanc rationem eludere conatur, eae ne cuiquam probentur neutiquam vereor. 34 Cf. Lysias XXIII, 3: ἐλθὼν ἐπὶ τὸ κουρεῖον τὸ παρὰ τοὺς Ἑρμᾶς, ἵνα οἱ Δεκελεῖς προσφοιτῶσιν, ἠρώτων, οὕς τε ἐξευρίσκοιμι Δεκελέων ἐπυνθανόμην εἴ τινα γιγνώσκοιεν Δεκελειόθεν δημοτευόμενον Παγκλέωνα. Inde apparet in hac formula Δεκελειῆς nihil significare nisi cives qui sunt pagi Decelensium (not. 26). 35 Vs. 13—68. 36 Vs. 2—12. Ordine inverso haec incisa sunt, sine dubio quia sacerdotis intererat ἱερεωσύνων recensum loco maxime conspicuo ponere. 37 Hic incipit alterum decretum phratriae Demotionidarum (III v. 68—113), rogatum a Nicodemo, quem Decelensem esse probabiliter coniecit Wil., monens cognomines eius pagi homines commemorari C. I. Att. II 1982. 1983. 1984. 4213. Quo decreto permulta tolli ex eis quae Hierocles tulerat, praecipue omnia quae ad illam Decelensium domus ut ita dicam praerogativam spectent, manifestum est. Ac Wil. quidem in eodem etiamtum conventu Nicodemum rogationi Hieroclis hoc adiecisse additamentum maxime probabile existimat; cui opinioni id sane magnopere favet quod eadem manu haec incisa sunt. Sed recte Schoellius observat, formulam initialem neutiquam eiusmodi additamentum indicare. Neque mihi probatur, quod Wil. dicit, ne potuisse quidem Nicodemum scribere τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ Ἱεροκλῆς; immo si hoc additamentum esset in eodem conventu rogatum, necessario sic scribere debuit. In alio igitur conventu, sed utique non multo post Hieroclis rogationem, haec a Nicodemo lata est. 38 Etiam alia fuisse, eo quod Hierocles rogaverat antiquiora, confirmat v. 71 οὓς εἴρηται — παρέχεσθαι. Nam in illo de his tribus testibus nihil scriptum est. 39 Non infantes anno proxime superiore nati intellegendi sunt, sed adulescentuli qui comam deposuerunt et pro quibus κούρειον oblatum est (not. 21). 40 Sodalitates (θίασοι) sine dubio iam ante fuerant in phratria Demotionidarum, sed in negotio examinandi eos qui introducerentur nullae ad id tempus fuerant earum partes. Thiasotas (omnes) partem modo phraterum fuisse non recte J. Töpffer Attische Genealogie p. 14 not. ex hoc titulo collegit (Schoell p. 13). Immo cuiusque thiasi homines universae phratriae opponuntur hic, ut Delphis apud Labyadas universae phratriae singulae gentes. Cf. n. 438[31].

75 με(να)[41] | καὶ ἐπομνύντας τὸν Δία τὸν Φράτριον· ‖ μαρτυρῆν δὲ τὸς μάρτυρας καὶ ἐπομνύ|ναι ἐχομένος τῶ βωμῶ[42]· ἐὰν δὲ μὴ ὦσι ἐν τ|ῶ(ι) θιάσωι τότωι τοσῶται τὸν ἀριθμόν, ἐ|κ τῶν ἄλλων φρατέρων παρεχέσθω. ὅταν | δὲ ἦι ἡ διαδικασία, ὁ φρατρίαρ-
80 χος μὴ π‖ρότερον διδότω τὴ[ν] ψῆφον περὶ τῶν παί|δων τοῖς ἅπασι φράτερσι, πρὶν ἂν οἱ αὐ|τῶ τῶ εἰσαγομένο θιασῶται κρύβδην ἀ|πὸ τὸ βωμῶ φέροντες τὴν ψῆφον διαψηφ|ίσωνται.
85 καὶ τὰς ψήφος τὰς τότων ἐναν‖τίον τῶν ἁπάντων φρατέρων τῶν παρόν|των ἐν τῆι ἀγορᾶι ὁ φρατρίαρχος διαρ|ιθμησάτω καὶ ἀναγορευέτω ὁπότερ᾽ ἂν | ψηφίσωνται. ἐὰν δὲ ψηφισαμένων τῶν
90 θ|ιασωτῶν ἔναι αὐτοῖς φράτερα οἱ ἄλλο‖ι φράτερες ἀποψηφί-σωνται, ὀφειλόντ|ων ἑκατὸν δραχμὰς ἱερὰς τῶι Διὶ τῶι Φ|ρατρίωι οἱ θιασῶται, πλὴν ὅσοι ἂν τῶν | θιασωτῶν κατήγοροι ἦ
95 ἐναντιόμενοι | φαίνωνται ἐν τῆι διαδικασίαι[43]. ἐὰν δὲ ‖ ἀποψη-φίσωνται οἱ θιασῶται, ὁ δὲ εἰσά|γων ἐφῆι εἰς τὸς ἅπαντας, τοῖς δὲ ἅπασ|ι δόξει ἔναι φράτηρ, ἐνγραφέσθω εἰς τ|ὰ κοινὰ γραμματεῖα[44]. ἐὰν δὲ ἀποψηφίσω|νται οἱ ἅπαντες, ὀφειλέτω
100 ἑκατὸν δρα‖χμὰς ἱερὰς τῶι Διὶ τῶι Φρατρίωι. ἐὰν δὲ | ἀποψη-φισαμένων τῶν θιασωτῶν μὴ ἐφῆ|ι εἰς τὸς ἅπαντας, κυρία ἔστω ἡ ἀποψήφ|ισις ἡ τῶν θιασωτῶν. οἱ δὲ θιασῶται με|τὰ τῶν
105 ἄλλων φρατέρων μὴ φερόντων τὴν ‖ ψῆφον περὶ τῶν παίδων τῶν ἐκ τῶ θίασο | τῶ ἑαυτῶν. τὸ δὲ ψήφισμα τόδε προσανα-

---

41 ΥΓΕΡΩΤΩΜΕ. 42 Cf. E. Reisch ap. Pauly-Wissowa Realencyclopaedie I, 2 p. 1690, qui de hac aliisque similibus iurisiurandi caerimoniis provocat ad Demosth LIX, 78 ὅταν ἐξορκοῖ τὰς γεραρὰς — πρὸς τῷ βωμῷ. Aristot. Ἀθ. πόλ. 55, 5: πρὸς τὸν λίθον, ἐφ᾽ ο[ὗ] τὰ τόμι᾽ ἐστίν, — ἀναβάντες δ᾽ ἐπὶ τοῦτον ὀμνύουσιν. Mus. Ital. III, p. 571, 27 sqq. ἀναβάντες ἐπὶ τὸν βωμὸν — σφαγιασθέντος ἱερείου ὠμόσαμεν. 43 Vocem διαδικασία de omnibus quae de recipiendo aut repudiando phratere aguntur intellegendam esse apparet. Iam cum suffragia clandestina sint, de orationibus modo ante ipsam suffragationem habitis haec intellegenda esse recte observavit Wil. Sed quod idem dicit ante sententiam thiasotarum nullas habitas esse orationes, sed post eam priusquam universi in suffragium mitterentur, id unde collegerit non assequor. Nam cum v. 79 sqq. legatur ὁ φρατρίαρχος μὴ πρότερον διδότω τὴ[ν] ψῆφον πρὶν ἂν οἱ αὐτοῦ τοῦ εἰσαγομένου θιασῶται — διαψηφίσωναι, hinc de tempore quo in utramque partem disserere licebat nihil cognoscitur. Immo aequo iure statueris primum permissum fuisse unicuique phrateri ut pro receptione eius qui introducebatur aut contra eam verba faceret, deinde utrumque suffragium, thiasotarum et universorum, nulla interposita mora se excepisse. 44 Cf. not. 16.

γ|ραψάτω[45] ὁ ἱερεὺς εἰς τὴν στήλην τὴν λι|θίνην. ὅρκος μαρτύ-
110 ρων ἐπὶ τῆι εἰσαγω|γεῖ τῶν παίδων· μαρτυρῶ δν εἰσάγει ἑα||υτῶι
ὑὸν ἔναι τὸτον γνήσιον ἐγ γαμετ|ῆς· ἀληθῆ ταῦτα νὴ τὸν Δία
τὸν Φράτριο|ν· εὐορκὸ(ν)τι[46] μέν μοι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ ἔν|αι,
εἰ δ' ἐπιορκοίην, τἀναντία.

IV Μενέξενος εἶπεν[47]· δεδόχθαι τοῖς φράτερσι περὶ || τῆς
115 εἰσαγωγῆς τῶμ παίδων τὰ μὲν ἄλλα κα|τὰ τὰ πρότερα ψηφίσ-
ματα, ὅπως δ' ἂν εἰδῶσι οἱ | φράτερες τοὺς μέλλοντας εἰσά-
γεσθαι, ἀπο|γράφεσθαι τῶι πρώτωι[48] ἔτει ἢ ὧι ἂν τὸ κούρεο|ν
120 ἄγει τὸ ὄνομα πατρόθεγ καὶ τοῦ δήμου[49] καὶ τῆ||ς μητρὸς
πατρόθεν καὶ τοῦ δήμου πρὸς τὸν | φρατρίαρχον, τὸν δὲ φρα-
τρία[ρχον ἀπογραψ]||αμένων ἀναγράψαντα ἐκ[τιθέναι ὅπου ἂν
Δεκ]|ελέες προσφοιτῶσι[50], ἐκτιθ[έναι δὲ καὶ τὸν ἱερέα] | ἀναγρά-
125 ψαντα ἐν σανιδί[ωι λευκῶι ἐν τῶι ἱερ]||ῶι τῆς Λητοῦς[51]. τὸ δὲ
ψ[ήφισμα τόδε ἀναγράψαι | εἰς τὴν] στήλ[ην ----------].

---

45 Sc. πρὸς τὸ ψήφισμα τὸ Ἱεροκλέους. 46 ΕΥΟΡΚΟΤΙ. 47 Tertium phratriae Demotionidarum decretum (IV v. 113—126) anno 360 a. Chr. non antiquius esse orthographia prodit (v. supra). 48 Iure Schoellius p. 10 not. 2 mirum in tam antiquo titulo vocis πρῶτος pro πρότερος usum existimat, quippe qui praeterea non ante aerae Christianae initium inveniatur. Aliter sane res se habet in adverbio πρῶτον, quod nonnunquam apud optimum quemque scriptorem Atticum de eo usurpatur quod utique absolvi debet priusquam aliud quid fiat (*'erst, erst noch'*); cf. Thuc. VI, 3, 1: Ἀπόλλωνος Ἀρχηγέτου βωμὸν ἱδρύσαντο, ἐφ' ᾧ, ὅταν ἐκ Σικελίας θεωροὶ πλέωσι, πρῶτον θύουσι. Sed id vix sufficit ad illum adiectivi usum tam antiquae aetati vindicandum. Quare malo πρῶτον ἔτος non priorem annum intellegere sed proximum, collato τρίτῳ ἔτει μετὰ τὰ Μηδικά similibusque locutionibus. Sic sane ante ἢ desideratur adverbium comparativum. Sed ea breviloquentia neutiquam aliena est a Graecorum usu, ut etiam Latini sic nudum *quam* pro *postea quam* usurpant. Neque vero πρότερον ἢ, sed ὕστερον ἢ intellegendum est cum Buermanno, siquidem v. 27 dictum est, annuo demum post κούρειον oblatum spatio probationem et receptionem fieri. Quid igitur attinebat, integro biennio ante eam nomina publice proscribere? Similiter ἡ πρώτη ἐκκλησία dicitur de ea quae proxima habebitur, et τῷ πρώτω ἐνιαυτῷ 'anno proximo' est Leg. Gortyn. IV, 4. 49 Cf. not. 10. 50 Cf. not. 34. 51 In singulis phratriis et gentibus praeter deos quorum in tutela omnis gentilitatis necessitudo erat (Ζεὺς Φράτριος, Ἀπόλλων πατρῷος), peculiaria quaedam sacra fuerunt, veluti apud Zacyadas (n. 443) Τριτοπατρέων. Eaedem partes in Demotionidarum phratria fuisse videntur Latonae, cuius delubrum ubi situm fuerit ignoramus.

440 In insula Co in horto Anastasii Platanistae ubi fuit ecclesia S. Ioannis nunc diruta. Ed. Πανδώρα XIX p. 16 n. 11 (A. Hauvette-Besnault et M. Dubois Bull. de corr. Hell. V (1881) p. 224 n. 13. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 p. 107 n. 159. Paton et Hicks Inscriptions of Cos p. 161 n. 150. P. Müllensiefen et F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III p. 376 n. 3675. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 640 n. 797).

[Δ]ιὸς Φατρίο[1], | Ἀθαναίας[2] | Εὐρυανακτ[ι]|δᾶν[3].

Litterae volgares. 1 I. e. Φρατρίου (n. 439, 1). Iniuria H. et D. cum φατρία, quae est nominis φρατρία forma fastidio litterae ῥῶ repetitae orta, confuderunt Doricum πατρία (n. 438, 26. 61) vel πάτρα non phratriam, sed gentem significans. 2 Athenis quoque Iuppiter et Minerva θεοὶ φράτριοι erant. Cf. Platon. Euthydem. p. 302 D Ζεὺς δ' ἡμῖν πατρῷος μὲν οὐ καλεῖται, ἕρκειος δὲ καὶ φράτριος, καὶ Ἀθηναία φρατρία. 3 Idem nomen est in titulo Melio Inscr. Gr. ius. mar. Aeg. III p. 205 n. 1103. H. D. Illic fortasse gentem significat, hic vero sine dubio phratriam (cf. not. 1).

441 Ceratiae in Attica exscripsit Fourmont, cuius ex schedis ed. Boeckh C. I. G. 463 (Syll.[1] 302. Koehler C. I. Att. II 1653. C. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 634 n. 749). Cf. quae adnotavit U. von Wilamowitz-Möllendorff Aristoteles und Athen II p. 268 not. 10.

5 [Ἱ]ερὸν | [Ἀ]πόλλωνος | Ἑβδομείο[1] | φρατρίας ‖ Ἀχνιαδῶν[2].

1 Septimum Thargelionis mensis diem Apollinis natalem ideoque omnium mensium septimos dies ei sacros fuisse notum est. Qua de causa hic Ἑβδόμειος dicitur ut alibi Ἑβδομαγενής aut Ἑβδομαγέτης. 2 Cf. C. I. Att. IV, 2 p. 244 n. 1074 *f*: ὅρος φρατρίας Ἀχνιαδῶν.

442 Fragmentum marmoris Pentelici. Athenis in museo societatis archaeologicae exscriptum ed. Koehler Mitth. des arch. Inst. in Athen II (1877) p. 186. C. I. Att. II 1652. (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 634 n. 750). Cf. quae adnotaverunt H. Buermann Jahrb. f. Phil. Suppl. IX p. 646. U. von Wilamowitz-Möllendorff Aristoteles und Athen II p. 268 not. 9. R. Schöll Sitzungsber. der K. bayer. Ak. d. W. philos.-philol. u. hist. Cl. 1889 II p. 25 not. 1.

5 [Ἱ]ερὸ[ν Ἀπό|λ]λων[ος πατ|ρ]ώιου[1] φ[ρατρί|α]ς Θερρικ[λει||δ]ῶν[2].

Litterae volgares. 1 Cf. n. 438[3]. 571[7]. 2 Sic Wil., quod supplementum et Buermanniano Θερρικ[ιαδ]ῶν et ei quod mihi quondam in mentem venit Θερρικ[ωνιδ]ῶν sine dubio praeferendum est. Ceterum praeter eas quas hic n. 439. 441. 442. 443 habemus phratrias Atticas una etiam Δυαλέων nota est ex C. I. Att. II, 600.

443 Lapis infra fractus. Athenis exscripsit Koehler et edidit Mitth. des arch. Inst. in Athen IV (1879) p. 287. (Syll.[1] 303. Koehler C. I. Att. II, 1062. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 633 n. 741.) Cf. quae adnotavit U. von Wilamowitz-Möllendorff Aristoteles und Athen II p. 268 not. 11.

Ὅρος ἱε|ρῶ Τριτο|πατρέων[1] | Ζακυαδῶ[ν][2].

Litteratura Ionica volgaris; scribendi ratio priorem quarti a. Chr. saeculi partem indicat. Quartus versus directus a superiore parte deorsum scriptus est, ut suprema littera I infra P versus antecedentis locum teneat. 1 Cf. Suid. s. v. Τριτοπάτορες, unde apparet vere Atticam nominis formam, quam hic titulus exhibet, etiam apud Philochorum exstitisse, de natura vero eorum summam dissensionem inter scriptores antiquos fuisse. Huc potissimum spectat, quod Phanodemus eis ab Atheniensibus sacra facta narrat ὑπὲρ γενέσεως παίδων. K. 2 Aut gentem aut phratriam esse, sed hoc quidem maiorem probabilitatem habere, iure statuit K.

444 Cippus inventus prope Cephisiam Atticae. Ed. Buck Classical Review III (1889) p. 188 (Koehler C. I. A. IV, 2 p. 244 n. 1074 *e*. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 634 n. 746). Cf. quae adnotavit J. Töpffer Mus. Rhen. XLV p. 383 sq.

[Ὅ]ρος τεμένους | Ἀπόλλωνος | Πατρώιο Ἐλα|σιδῶν[1].

Litterae volgares non dispositae στοιχηδόν. Inconstantia scripturae quae cernitur in τεμένους et Πατρώιο medio fere saeculo a. Chr. quarto titulum vindicat. 1 Paus. X, 26, 4 κατ' εὐθὺ δὲ τοῦ ἵππου τοῦ παρὰ τῷ Νέστορι Νεοπτόλεμος ἀπεκτονώς ἐστιν Ἔλασον, ὅστις δὴ ὁ Ἔλασος attulit T. Illum Elasidarum heroa eponymum esse probabile est, cum Homeri locus II, 696 item a T. allatus ubi inter Troianos a Patroclo caesos est Elasus, vix hic in censum veniat. Nam in eiusmodi enumerationibus poëtam nomina pro arbitrio arrepta cumulasse mihi quidem persuasum est. Ceterum recte

gentem, non phratriam Elasidas interpretari videtur T., etsi Apollinis Patroi sacra utrique communionis generi accommodata sunt. (Cf. n. 438[3]. 442[1].)

---

445 Marmor inaedificatum in scalis domus privatae in vico *Seghedjik* prope Teon antiquam. Edd. E. Pottier et A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. IV (1880) p. 168.

Ἀπόλλωνος | Κουρέου[1] | Πολλιδῶν | καὶ [Φ]αινιαδῶν[2].

Litterae volgares praeter Π et C. 1 Appellatio dei derivata a sacrificio Apaturiorum quod vocabatur κούρειον (n. 439, 6. 28. 53. 61. 118). 2 Emendavi. ΟΑΙΝΙΑΔΩΝ lapis, id quod [Θ]αινιαδῶν esse sibi persuasit editor. At hoc nullam habet probabilem explicationem, cum Φαινιαδῶν denominatio a nomine quod est Φαῖνις legitime derivetur.

---

446 Tabula marmoris albi, Patmi in vestibulo ecclesiae S. Ioannis Prodromi. Ed. J. Sakkelion Ἐφ. ἀρχ. περ. II p. 262 n. 231.

Πασθεμι[α]δᾶν[1] | καὶ Νοστιδᾶν[2] | Ἀπόλλωνος Καρν[εί]ο[υ[3] | ---------].

Litterae volgares. Patmium non esse origine lapidem Dorica dialectus prodit; ex insula Co eum illuc delatum cum iam propter similitudinem titulorum 440 et 447 perquam probabile sit, confirmatur eorundem nominum manifestis reliquiis quas infra n. 617, 7 deprehendi. 1 Supplevi, hoc patronymicum a Πασίθεμις deductum ratus; syncope sane mira, neque tamen de lapicidae aut transscribentis lapsu cogitare licet propter duorum titulorum in hac scriptura consensum. 2 Καινοστιδᾶν S., qui confitetur se duos primos versus non intellegere. Sine dubio hic ut n. 445 duarum gentium coniuncta sacra tenemus, quae gentes fortasse una phratria continebantur, ut Deli Θυεστάδαι et Ὠκυνεῖδαι unum communem τριατύαρχον habebant (n. 588, 19 sqq.). 3 Apollinis Carnei sacra, ut apud plerosque Dorienses, sic etiam apud Coos fuisse docet 616, 11. 15. 22.

---

447 In insula Co in horto Anastasii Platanistae ubi fuit ecclesia S. Ioannis nunc diruta. Ed. Πανδώρα XIX p. 46 n. 13 (A. Hauvette-Besnault et M. Dubois Bull. de corr. Hell. V (1881) p. 224 n. 12. Paton et Hicks Inscriptions of Cos p. 161 n. 149. P. Müllensiefen et F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III p. 376 n. 3674. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 640 n. 796).

Διὸς Ἱκεσίου | Σιμωνιδᾶν[1].

Litterae volgares praeter Ω. 1 Cf. n. 440. 446.

448 Basis lapidis Pentelici inventa in loco *Diavolaki* inter Marathona pagum et mare. Edd. Sp. Lampros Παρνασσός II p. 727. Lolling Mitth. des arch. Inst. in Athen III (1878) p. 261 (Syll.[1] 304). Ex apographo Lollingii Koehler C. I. Att. II, 1324.

Τετραπολεῖς[1] τῶι Διο|νύσωι[2] ἀνέθεσαν· | Λυσανίας Καλλίου
Τρικ|ορύσιος ἦρχεν[3].
ἱεροποιοί
Φανόδωρος Μαραθώνιος
Μελά[ν]ωπος Τρικορύσιος
Φ[ρυ]νοκλῆς[4] Οἰναῖος
Ἀντικράτης Προβαλίσιος[5]

Litterae volgares, nisi quod v. 1—4, quorum litterae duplicem reliquarum magnitudinem habent, aliquot locis Ν pro Ν insculptum est. 1 ΠΟΛΕΕΣ Lampros, ΠΟΛΕΙΣ Lolling. (-é[ε]ς nescio qua de causa K.). Tetrapolin Marathoniam ante Thesei synoecismum unam ex duodecim Atticae civitatibus fuisse Strabo IX, 1, 20 p. 397 Cas. refert. Postea vero sacrorum modo communio mansit inter quattuor illos pagos. 2 Antiquissima in Tetrapoli sunt sacra Herculis et Apollinis. Sed Bacchi cultum etiam C. I. Att. II 601 testatur. L. 3 Archon est non Atheniensium, sed Tetrapolensium, qui sacrorum administrationi praeerat. Tales archontes etiam singuli pagi habebant, ut C. I. A. II 581, 25 est archon Aexonensium, probe distinguendus a demarcho, qui civilibus negotiis fungebatur. L. Nescio an ad hoc magistratuum genus spectet Lex. Cantabrig. p. 342, 4 Nauck ἐπιδήμιος ἄρχων· ὁ δήμου τινὸς τῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ ἄρχων. 4 Φ[α]νοκλῆς K., Φ[αι]νοκλῆς L., quod K. monet Atticum nomen non videri. Sed duarum litterarum defectum notat L. Quare supplevi nomen quod idem habes C. I. Att. II, 884. 5 Anticrates Lysaniae f. Probalisius, idem sine dubio, Cephisophonte archonte (Ol. 112, 4. 329/8 a. Chr.) thesmoteta fuit; cf. C. I. Att. II, 1186, 1. Sacrificuli Tetrapolensium munere fere viginti annis ante functus videtur, quandoquidem hunc titulum propter scripturam medio fere saeculo quarto vindicant Loll. et K.

449 Lapis inventus Camiri. Edd. C. T. Newton Transactions of the royal society of Literature XI p. 436 (J. Martha Bull. de corr. Hell. IV (1880) p. 144. Syll.[1] 305). C. T. Newton Greek Inscriptions

in the British Museum II p. 125 n. CCCLI. Ex ectypo a Murrayo accepto F. Hiller von Gaertringen Inscr. ins. mar. Aeg. I p. 100 n. 694. (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 323 n. 433.)

Ἔδοξε Καμιρεῦσι[1], τὰς κτοίνας[2] τὰς Καμιρέων τὰς | ἐν τᾶι νάσωι καὶ τὰς ἐν τᾶι ἀπείρωι ἀναγράψαι πάσας | καὶ ἐχθέμειν ἐς τὸ ἱερὸν τᾶς Ἀθαναίας ἐστάλαι | λιθίναι χωρὶς Χάλκης· ἐξήμειν δὲ καὶ Χαλκήταις ‖ ἀναγραφήμειν αἴ κα χρηΐζωντι. ἑλέσθαι δὲ ἄνδρας | τρεῖς αὐτίκα μάλα οἵτινες ἐπιμεληθησεῦντι ταύ|τας τᾶς πράξιος ὡς τάχιστα, καὶ ἀποδωσεῦνται | τῶι χρηΐζοντι ἐλαχίστου παρασχεῖν τὰν στάλαν | καὶ τὰς κτοίνας ἀναγράψαι καὶ ἐγκολάψαι ἐν τᾶι στά‖λαι καὶ στᾶσαι ἐν τῶι ἱερῶι τᾶς Ἀθάνας καὶ περιβολιβῶ|σαι[3], ὡς ἔχηι ὡς ἰσχυρότατα καὶ κάλλιστα. τὰ δὲ τε|λεύμενα ἐς ταῦτα πάντα τὸν ταμίαν παρέχειν. | ἐγ δὲ ταυτᾶν τᾶν κτοινᾶν ἀποδεικνύειν τοὺς | κτοινάτας μαστρὸν[4] ἐν τῶι ἱερῶι τῶι ἁγιωτάτωι ‖ ἐν τᾶι κτοίναι κατὰ τὸν νόμον τὸν τῶν Ῥοδίων, | τοῦτοι δὲ συνλεγέσθων ἐν Καμίρωι εἰς τὸ | ἱερὸν τᾶς Ἀθαναίας ὅκκα τοὶ ἱεροποιοὶ παραγγ[έλ|λ]ωντι[5], καὶ ἀθρεόντω τὰ ἱερὰ τὰ Καμιρέων [τὰ δα|μο]τελῆ πάντα, αἴ τι-----

---

Litterae volgares praeter Ξ et σῖγμα, cuius forma fluctuat; nonnunquam Σ est, alibi ϹΙ, sed plerumque superiorem lineam obliquam habet, infimam horizontalem. 1 Post synoecismum Rhodiorum (Ol. 94, 1. 404 a. Chr.) haec incisa esse apparet. At manserunt tria oppida Lindus, Ialysus, Camirus partes civitatis Rhodiorum, ita ut sacrorum potissimum administratio penes horum oppidorum magistratus et concilia esset. 2 Hesych. κτύναι ἢ κτοῖναι· χωρήσεις προγονικῶν ἱερειῶν (ἱερῶν em. Martha) ἢ δῆμος μεμερισμένος. Rhodi ex tribus Lindiorum, Ialysiorum, Camirensium civitatibus, quae coniunctae universam rempublicam efficiebant, unaquaeque in plures κτοίνας divisa erat; praeter hunc titulum κτοίνα etiam Inscr. ins. mar. Aeg. I, 736, 11. 978, 7. 1033, 11. 15. 19, κτοινᾶται vel κτοινέται I, 157, 9. 746, 1 commemorantur; nominatim Μάτιοι (157) et Ποτιδαεῖς (987. 1033) noti sunt. 3 I. e. plumbo circumdare (περιμολυβδῶσαι). βόλιμος in aliis Doricae dialecti regionibus (n. 140, 26 sqq.), μόλιβος apud Homerum Λ, 237 occurrit, ut ne βόλιβος quidem forma, etsi nusquam quod sciam alibi legitur, quicquam offensionis habeat. 4 Cf. n. 306[8]. Sed Camiri, Lindi, Ialysi hi summum reipublicae concilium efficiebant. 5 Supplevi. Vs. 17 extr. ΠΑΡΑΓΓ, 18 init. ΩΝΤΙ Newton, qui παραγέ[ν]ωντι legit soloece. Neque emendandum est παραγέ|-[ν]ωντ(α)ι; nam nihil enuntiatur aliud, ac convocari mastros ab hieropoeis. Eodem tempore mecum idem vidit P. Cauer Jahrb. f. Philol. CXXVII (1883) p. 46.

450 Stela marmoris nigricantis, in vico Ἀπολλακιά insulae Rhodi. Edd. C. T. Newton Journal of Hellenic studies II (1881) p. 354. F. Hiller von Gaertringen Inscr. ins. maris Aegaei I p. 144 n. 890 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 322 n. 432). Primorum duodecim versuum paucae exstant litterae, quas hic repetere inutile est. Cf. quae de titulo disputaverunt C. Schumacher de republica Rhodiorum p. 20 sq. H. Swoboda Griechische Volksbeschlüsse p. 21. 297 sq.

[----- στεφανῶσαι Σωσικράτη Κλε]|ωνό[μου Νεττίδαν[1] θαλλοῦ]
στεφά[νω]ι, κυρ[ω]|θέν[τ]ο[ς δὲ τοῦδε τοῦ ψαφί]σματος[2] οἱ ἐπι-
σ[τά]||ται καὶ οἱ κ[άρυκες ἐπιμ]ελη|θέντω τᾶς | στεφανώσ[ιος καὶ
ἀναγο]ρέυσιος ἐν τῶι ἔπε[ι|τ]α συλλόγωι. [ὅπως οὖν κ]αὶ εἰς τὸν
μετὰ ταῦτ[α] | χρόνον φανερ[ὰ ἦι τὰ δ]όξαντα[3], Εὐθαλίδαι |
ἐλέσθωσαν ἄ[νδρα,] ὁ δὲ αἱρεθεὶς αἰτησάσ||θω τὰν βουλὰν κα[ὶ
τὸ]ν δᾶμον δεδόσθαι Εὐ[θα]|λίδαις ἐπαινέσαι κ[αὶ] στεφανῶσαι
Σωσικρά[τη] | Κλεωνόμου Νεττ[ίδ]αν, καὶ ἀναγράψας τόδ[ε] | τὸ

Litterae volgares praeter ΠΣ; hastae extremae lineolis transversis ornatae. Vs. 1—28 gentis Euthalidarum decretum est, vs. 29—37 universae reipublicae Rhodiorum. 1 Νέττεια (v. 19) pagus est civitatis Lindiorum. 2 Post κυρωθέντος particulam δὲ inserendam esse monuit A. Wilhelm Gött. gel. Anz. 1898 n. 3 p. 233. Ceterum Schumacher hanc formulam ita interpretatus est, ut quae Euthalidae decrevissent ab alio nescio quo corpore confirmanda fuisse sumeret. Atqui de decreto universae civitatis Rhodiorum, quo sane opus fuit, id accipi nequit quia postea demum de eligendo homine qui id a populo petat verba fiunt (v. 18 sqq.). Neque omnino est cur tale quid subesse sumas. Nam Sw. demonstravit, κυροῦν non modo de decreto quod aliorum hominum consensu confirmandum esset, sed etiam de rogatione quae populi aliusve corporis suffragiis comprobaretur usurpari (Thuc. V, 45, 4: σεισμοῦ δὲ γενομένου πρίν τι ἐπικυρωθῆναι ἡ ἐκκλησία αὕτη ἀνεβλήθη). Apparet igitur hic ut saepe verba ipsa rogationis, vel ea quae in populiscitum perfectum non quadrarent, transscripta esse (cf. n. 165. 686[5]). Ceterum hoc quoque Schumacheri formulam ad peculiare quoddam reipublicae Rhodiae institutum referentis sententiae recte obiecit Sw., formulam eandem aut persimilem etiam alibi inveniri, veluti Syri (Lebas Inscr. II, 1885, 53 sqq.), Mytilenis (Gr. Dialektinschriften I n. 214, 38 sqq.); ἐπεί κα τὸ ψάφισμα κυρωθέ[ηι] Aegosthenis I. G. Sept. I, 208, 23, ὡς ἂν κυρωθῇ τὸ ψήφισμα Oropi I. G. Sept. I, 303, 11 sqq.), ἐπεὶ δέ κα δόξῃ Aegosthenis (I. G. Sept. I, 223, 18), ὅταν τ[όδε τὸ] ψήφισμα χειροτονηθῇ Chii (supra n. 206, 28). 3 Hinc apparet licuisse quidem gentibus etiam suo arbitrio laudes et praemia decernere, sed publice inscriptas eas modo esse, quae universi Rhodiorum populi assensu comprobatae essent.

ψάφισμα εἰστάλαν λιθίναν ἀναθέτω ἐ[ν] | Νεττείαι ἐν τῶι
25 ἱερῶι τῶι τοῦ Διὸς το[ῦ] ‖ Πατρώιου[4], εἴ[5] κα Εὐθαλίδαι
ἀποδείξωνται[ι·] | ὁ δὲ ἱεροταμίας τελεσάτω εἰς τὰ ἔργα μ[ή] |
πλεῖον δραχμᾶν πεντήκοντα. ἀιρέθ[η] | Εὐφράνωρ Δαρδάνου
Νεττίδας.

30 Ἐπ' ἱερέως[6] Ἀγεστράτου, Καρνείου[7] ἑ‖βδόμαι ἐξ ἰκά[δ]ος,
ἔδοξε τὰι βου(λ)ὰ[ι][8] | καὶ τῶι δάμωι, Εὐφράνωρ Δαρδάνου
Ν[ετ]τίδας εἶπε· δεδόσθαι Εὐφράνορι Δαρδάν[ου] | Νεττίδαι
καὶ Εὐθαλιδᾶν τῶι κοινῶι ἐπ[αι]νέσαι καὶ στεφανῶσαι Σωσι-
35 κράτη Κλ[ε]‖ωνύμου Νεττίδαν θαλλοῦ στεφάνω[ι·] | ἀναθέμειν[9]
δὲ καὶ στάλαν ἐν Νεττεί[αι | ἐ]ν τῶι ἱερῶι τοῦ Διὸ[ς] τοῦ
Πατρώ[ι]ο[υ].

---

4 Cf. 576[2]. 5 Sic Wilamowitzius apud H. εἰ Newton. 6 Solis. Cf. 373[1]. 7 Undecimus anni Rhodii ab aequinoctio auctumnali incipientis mensis, respondens Atheniensium Metagitnioni, Romanorum Augusto. E. Bischoff de fastis Graecorum antiquioribus p. 384. 8 ΒΟΥΔΑ. 9 Cf. 483[4].

---

451 Columna marmoris albi cum aëtomate et anaglypho Apollinem sedentem cum cithara et tres viros ante eum stantes repraesentante, in horto prope ecclesiam Ἁγία Παρασκευή vici *Mahmud-Bey* meridiem versus a Sparta. Ed. G. Löschke Mitth. des arch. Inst. in Athen III (1878) p. 164 (Syll.[1] 306. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 173 n. 182).

Δογματογράφων[1] Λυσινίκου τοῦ Σωτηρίδα, Νηκλέος | τοῦ
Ἀριστοκράτεος, Πασικράτεος τοῦ Πασικλέος, | τὸ δοχθὲν ὑπὸ
Ἀμυκλαιέων[2].

Ἐπεὶ κα[τ]ασταθέντες ἔφοροι εἰς τὸν ἐπὶ Νικέα[3] ἐνιαυτὸν
5 Πασιτέλης ‖ Τετάρτου, Εὔθυμος Λυσικράτεος, Δαμιάδας Δαμιάδα
ἀξίως | ἀνεστρέφησαν[4] αὐτῶν τε καὶ τᾶς ἐνχειρισθείσας αὐτοῖς

Litterae ΑΖΞΓΠΠΣ. Quod scripturae genus primum a. Chr. saeculum indicare videtur. 1 Hi Amyclaeensium magistratus sunt, sed pagus in hac re, ut in ephororum nomine, totius civitatis exemplum expressisse videtur. Spartae enim νομογράφοι fuerunt (C. I. G. 1331, 1). Hermionensium civitas item nomographos habuit (n. 654, 24). L. 2 Pagus (ὠβά) civitatis Lacedaemoniorum (v. 11. 15). 3 Princeps patronomorum est, eponymus totius civitatis magistratus (Boeckh C. I. G. I p. 605 sqq.). L. 4 Quod apud Dorienses α ut in praesenti sic etiam in aoristo primo ἐστράφθην

πίσ|τεως, ἐμ πᾶσιν ἀκερδῶς καὶ ἡμέρως τὸν ἐνιαυτὸν διεξα|γαγόντες, δεδόχθαι τοῖς Ἀμυκλαιέοις, ἐπαινέσαι ἐφόρους | τοὺς περὶ Πασιτέλη ἐπὶ τ(ῷ)[5] καλῶς τὰν ἀρχὰν διεξαγνηκέναι·[6] ‖ ποιούντω δὲ αὐτοῖς καὶ ἐπὶ τᾶι προστροπᾶι[7] ἀεὶ μερίδα, ἕως | ἂν ζῶσι, ὅπως ἀ[εὶ] ἁ ὠβὰ μναμονεύουσα τῶν γεγ(ον)ότων[8] φι|[λ]ανθρώπων εἰς αὐτὰν ἀποδιδοῦσα φαίνηται τὰς καταξίους | τιμάς. ἐγδόμεν δὲ τοὺς κατασταθέντας στάλαν λιθίναν, | εἰς ἂν ἀναγραφήσεται τὸ δόγμα, καὶ στᾶσαι εἰς (τ)ὸ[9] ἱερὸν τᾶς ‖ Ἀλεξάνδρας[10]· τὰν δὲ εἰς ταύταν δαπάναν δότω ἁ ὠβά, καὶ λόγον | ἐνεγκόντω περὶ τᾶς γεγενημένας δαπάνας τοὺς ἐπὶ ταῦτα | κατασταθέντας. ἐ(π)αινέσαι[11] δὲ καὶ τὸν γραμματῆ αὐτῶν | Καλλικλῆ.

ἐτράφθην locum habebat, inde dialecto volgari paullatim illuc penetrante haec confusio orta videtur, ut etiam secundo aoristo, qui ubique ᾰ legitimum habebat, ε redderetur. 5 ΤΟ, quod retinuit L., emendavi. 6 Similiter ἀγνηκώς 295, 5. Hesych. ἀγνεῖν· ἄγειν Κρῆτες et ἄγνηκε· ἀγήοχε Λάκωνες. (Ahrens Dor. p. 284. Bergk Poëtae lyr. III p. 376). Cf. n. 280[4]. 7 Non magis hic quam alibi προστροπά sacrificii vim habere videtur, sed nomen est feriarum repetitum a precibus quae gravissimam caerimoniarum partem efficiebant. Sed cum eis sacrificium coniunctum erat. 8 Aut sic aut γεγώτων emendandum puto. Lapis ΓΕΓΟΤΩΝ, quod servavit L. 9 ΙΟ. 10 Cf. Pausanias III, 19, 6: Ἀμύκλαι δὲ ἀνάστατος ὑπὸ Δωριέων γενομένη καὶ ἀπ' ἐκείνου κώμη διαμένουσα θέας παρείχετο ἄξιον ἱερὸν Ἀλεξάνδρας καὶ ἄγαλμα· τὴν δὲ Ἀλεξάνδραν οἱ Ἀμυκλαιεῖς Κασσάνδραν τὴν Πριάμου φασὶν εἶναι. L., qui monuit locum ubi lapis inventus esset sine dubio ipsum Alexandrae delubrum esse. 11 ΕΙΠΑΙΝΕΣΑΙ. Ceterum haec de scriba sibi cum lapidem inspiceret postea demum addita visa esse refert Löschcke.

---

452 Stela rectangula lapidis calcarii eruta in Asclepieo Epidauriorum. Edd. B. Staïs Ἐφ. ἀρχ. 1887 p. 11 (F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschr. III p. 16 n. 3025. R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscr. jurid. Gr. p. 342 n. XVI). Cavvadias Fouilles d'Epidaure I p. 74 n. 234. (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 21 n. 20.) Cf. quae de titulo exposuit E. Sonne de arbitris externis p. 30 n. XLVIII.

Litterae volgares praeter Ξ, dispositae στοιχηδόν, sed hic illic singularum litterarum loca vacua relicta, non temere, sed interpungendi causa.

[Ἐ]πὶ στραταγ[οῦ τῶν Ἀ]χαιῶν Αἰγιαλεῦς[1], ἐν δ' Ἐπιδαύρωι ἐπ' ἰαρεῦς[2] | [το]ῦ Ἀσκλαπι[οῦ Δι]ονυσίου. Κατὰ τάδε ἔκριναν τοὶ Μεγαρεῖς τοῖς | [Ἐπ]ιδαυρίοις καὶ Κορινθίοις περὶ τᾶς χώρας ἃς ἀμφέλλε[γον[3] καὶ | περ]ὶ τοῦ Σελλανύο[υ] καὶ τοῦ Σπιραίου[4], κατὰ τὸν αἶνον[5] τὸν τῶν Ἀ‖[χαι]ῶν δικαστήριον ἀποστείλαντες ἄνδρας ἑκατὸν πεντήκοντα | [ἕνα·] καὶ ἐπελθόντων ἐπ' αὐτὰν τὰν χώραν τῶν δικαστᾶν καὶ κρινάν|[των] Ἐπιδαυρίων εἶμεν τὰν χώραν, ἀντιλεγόντων δὲ τῶν Κορινθί|[ων τῶ]ι τερμονισμῶι[6], πάλιν ἀπέστειλαν τοὶ Μεγαρεῖς τοὺς τερμο|ν[ιξ]οῦ[ν]τας

1 Huius praetoris ceteroqui ignoti annum neque priorem quam 242/1 a. Chr., neque posteriorem quam 235/4 esse evicit Sonne. Etenim cum hic et Corinthios et Megarenses Achaeorum foederi interesse videamus, certe post Corinthios ab Arato ad eos adductos (243 a. Chr.) Aegialeus praetor constitutus est, neque vero ante 223 a. Chr., quo Megarenses, qui hic manifesto item Achaei sunt, ex foedere discesserunt (Droysen Gesch. des Hellenismus III, 2 p. 111) et se Boeotis applicuerunt. At ex his viginti annis posteriores inde a 234 a. Chr. in censum non veniunt, quia eorum praetores noti sunt. Ex illis prioribus octo annis autem aut duo aut paullo plures vacui sunt, cum reliquis Aratum gubernacula rerum Achaicarum tenuisse sciamus. 2 Psilosin non antiquam esse apud Megarenses eorumque colonos docet B. allato titulo Selinuntio Olympia V n. 22, 6, ubi HIAPON est. 3 Cf. ἀμφιλλογία n. 314, 51. ἀμφιλλέγηι 438, 42. 188. 4 Cf. Plinius Nat. hist. IV, 18: *in eo* (sinu Saronico) *Epidaurum oppidum Aesculapi delubro celebre*, *Spiraeum promunturium*, *portus Anthedus et Bucephalus et quas supra dixeramus Cenchreae.* id. § 57 insulas huic promunturio obiacentes enumerat, Ptolemaeus Geogr. III, 14, 33 de situ eius cum Plinio facit. Inscr. Gr. jur. Etiam apud Thucydidem VIII, 10, 3 legendum esse παραπλέοντας αὐτοὺς καταδιώκουσιν ἐς Σπίραιον (Πειραιὸν codd.) τῆς Κορινθίας· ἔστι δὲ λιμὴν ἐρῆμος καὶ ἔσχατος πρὸς τὰ μεθόρια τῆς Ἐπιδαυρίας viderunt K. O. Müller et W. Wyse Classical review VII (1893) p. 17. Fuit sane etiam Πείραιον Corinthiorum, sed id situm erat in contraria parte agri illorum, in paeneinsula quae in sinum Corinthium prominebat e regione Lechaei (Xenoph. Hell. IV, 5, 1. 3. 5. 19). Illud vero hodie quoque antiquum nomen (*C. Spiri*) servat. 5 Decretum communis Achaeorum concilii significari manifestum est. Cf. n. 306, 20, ubi a psephismate discernitur et senatusconsultum significare videtur, et Hesych. αἶνος· γνώμη, παροιμία, παράδειγμα, ἔπαινος· καὶ ἡ χειροτονία καὶ ψήφισμα. Legibus Achaeorum, ut quidem videtur, vetitae erant civitates suas de finibus aliisve rebus controversias alio deferre atque ad commune concilium. Id hic quidem tertiae civitati Achaicae, Megarensibus, mandat ut litem diiudicent. 6 Non recusabant Corinthii quominus terram litigiosam Epidauriis redderent, sed eam recte terminatam esse negabant, i. e. plus agri Epidauriis attributum dicebant quam quod re vera earum regionum de quibus contenderant nominibus contineretur.

10 ἐκ τῶν αὐτῶν δικαστᾶν ἄνδρας τριάκοντα καὶ ἕνα κα‖[τὰ τ]ὸν
αἶνον τὸν τῶν Ἀχαιῶν· οὗτοι δὲ ἐπελθόντες ἐπὶ τὰν χώραν |
[ἐ]τερμόνιξαν κατὰ τάδε· Ἀπὸ τᾶς κορυφᾶς τοῦ Κορδυλείου ἐπὶ |
[τ]ὰν κορυφὰν τοῦ Ἁλιείου· ἀπὸ τοῦ Ἁλιείου ἐπὶ τὰν κορυφὰν
τοῦ | [Κ]εραυνίου· ἀπὸ τοῦ Κεραυνίου ἐπὶ τὰν κορυφὰν τοῦ
Κορνιάτα· | ἀπὸ τᾶς κορυφᾶς τοῦ Κορνιάτα ἐπὶ τὰν ὁδὸν ἐπὶ
15 τὸν ῥάχιν τὸν τοῦ ‖ Κορνιάτα· ἀπὸ τοῦ ῥάχιος τοῦ Κορνιάτα
ἐπὶ τὸν ῥάχιν τὸν ἐπὶ ταῖ|ς Ἀνείαις ὑπὲρ τὰν Σκολλείαν· ἀπὸ τοῦ
ῥάχιος τοῦ ὑπὲρ τὰν Σκολ|λείαν ὑπὸ τὰς Ἀνείας ἐπὶ τὸν κορυ-
φὸν τὸν ὑπὲρ τᾶς ὁδοῦ τὰς ἁμα|ξιτοῦ [τᾶς κα]ταγούσας ἐπὶ τὸ
Σπίραιον[7]· ἀπὸ τοῦ κορυφοῦ τοῦ ὑπὲ|ρ τᾶς [ὁδοῦ] τᾶς ἁμαξιτοῦ
20 ἐπὶ τὸν κορυφὸν τὸν ἐπὶ τοῦ Φάγας[8]· ἀπὸ ‖ τοῦ κορυφοῦ τοῦ
ἐπὶ τοῦ Φάγας ἐπὶ τὸν κορυφὸν τὸν ἐπὶ τοῦ Αἰγι|πόρα[ς]· ἀπὸ
τοῦ κορυφοῦ τοῦ ἐπὶ τᾶς Αἰγιπόρας ἐπὶ τὸν κορυφὸν | τὸν τ[οῦ
Ἀρα]ίας· ἀπὸ τοῦ Ἀραίας ἐπὶ τὸν κορυφὸν τὸν ὑπὸ τᾶι Πέτρ|αι·
ἀπ[ὸ το]ῦ ὑπὸ τᾶι Πέτραι ἐπὶ τὸν κορυφὸν τὸν ἐπὶ τοῦ Σχοι-
νοῦν|τος· ἀπ[ὸ τ]οῦ κορυφοῦ τοῦ ὑπὲρ τοῦ Σχοινοῦντος ἐπὶ τὸν
25 κορυφὸν ‖ τὸν κ[ατὰ τ]ὰν Εὐόργαν· ἀπὸ τοῦ κορυφοῦ τοῦ ὑπὲρ
τᾶς Εὐόργας [ἐπὶ] | τὸν ῥάχιν τὸν ὑπὲρ τᾶς Συκουσίας· ἀπὸ
τοῦ ῥάχιος τοῦ ὑπὲρ τᾶς | Συ[κουσί]ας ἐπὶ τὸν κορυφὸν τὸν
ὑπὲρ τᾶς Πελλερίτιος· ἀπὸ τοῦ | κορυφοῦ τοῦ ὑπὲρ τᾶς Πελλε-
ρίτιος ἐπὶ τὸν κορυφὸν τὸν τοῦ Π[αν|ίου]· ἀπὸ τοῦ Πανίου ἐπὶ
30 τὸν ῥάχιν τὸν ὑπὲρ τοῦ Ὁλ[κοῦ]· ἀπὸ τοῦ ῥά‖[χιο]ς τ[οῦ] ὑπὲρ
τοῦ Ὁλκοῦ ἐπὶ τὸν ῥάχιν τὸν τοῦ Ἀπ[ολλ]ωνίου· ἀπὸ | τ[οῦ]
ῥάχιος τοῦ ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλωνίου ἐπὶ τὸ Ἀπολλώνιον· Δικα-
σ|[ταὶ τ]οὶ κρίναντες τοίδε· Ὑλλέων· Φιλόμηλος Ἡρα-
κλείτου, Ἀρι[στοκ]λῆς Μάτριος, Χάριλλος Μνασιθέου, Ματρέας
Ξανθεῦς, Ἐξα|[γόρα]ς[9] Καλλία, Τιμέας Πολυχάρεος, Ξενόδοκος
35 Εὐκλείδα, Πασιά‖[δας Κ]αλλία, Χαῖρις Ποτάμωνος, Ξενιάδας
Ἵπ(π)ωνος[10], Ἀπολλόδωρος | . . . . κρίτου, Πολλιάδας Ἀπολλοδώρου,
Ῥίνων Φίλωνος, Ἀγάθων Διο|[νυσοδώ]ρου, Τηλεφάνης Τελεσία,

---

7 Cf. not. 4. 8 Hic ut v. 22 τοῦ Ἀραίας genetivum masculinum primae dedicationis, respondentem illum quidem nominativo in -α, agnovit B., eundem qui est I. G. Sept. III, 521, 1 Προκλείδας τόδε σᾶμα. Alia eiusdem generis exempla habes ibid. III, 423, 2. 456, 3. 484, 4. Sed apud Megarenses tertio a. Chr. saeculo confusionem quandam hoc in genere obtinuisse docet genetivus Κορνιάτα quater repetitus v. 13 sqq. et fluctuatio inter τᾶς Αἰγυπόρας (v. 21) et τοῦ Αἰγιπόρας (v. 20). 9 Supplevit St., Ἐξα|[ρχίας] B.
10 ΙΡΩΝΟΣ lapis.

Ματρόδωρος Πυθοτίμου, Εὔαρ|[χος Μν]ασίωνος, Αἰγιρίων[11]
Εὐκλείωνος, Ἡράκλειτος Κλεομάχο[υ, | Ἀρ]ιστοφάνης Εὐκλείδα,
40 Θέδωρος[12] Καλλιγείτου, Καλλίας Πασί||[ωνο]ς, Πασίων Καλλι-
φῶντος, Πυρίαδας Λύσωνος, Παγχάρης Πολυ|[χάρεο]ς, Ἰσχέας
Πασίωνος, Ἡράκλειτος Ἀσκλάπωνος, Διοκλείδα|ς ..εοτύλου[13],
Διονύσιος Σιμύλου, Λυσὴν Ἀνδρία, Ἀπελλέας Θε|[γ]είτου, Διό-
γειτος Ἡρακλείτου, Πυθόδωρος Ἀσωπίου, Καλλῖνος | [Π]ροκλεῦς,
45 Ἡράκων Δαμέα, Ἀνδροκλείδας Δεξικράτεος, Ἀμφικλῆ||ς Ἀπολ-
λωνίδα, Θέδωρος Ἀμφινίκου, Ἀρίστων Κίκκωνος, Ξένων | Ἀλκάν-
δρου, Εὐγείτων Θεσσάλου, Καλλιτέλης Ζευξιδώρου, Τι|μέας
Πασίωνος, Σανίων Φιλλέα, Δεξίλας Ἡροδώρου, Μνασίων Μα|-
τρέα, Σωναύτας Καλλία, Καλλι(φ)ῶν[14] Ἀντιφίλου, Φιλωνίδας
Ἀνα|ξί(ω)νος[15], Ἡράκλειτος Νίκωνος. Πάμφυλοι· Εὐπαλῖνος
50 Ἀναξίλα, || Λύσων Θεοξένου, Ἀπολλόδωρος Πύθωνος, Διοκλείδας
Εὐαγόρα, | (Ὀ)νασίφρων[16] Σιμύλου, Φίλων Δάμωνος, Εὔανδρος
Εὐμηδίωνος, Δαμέ|ας Καλλίωνος, Μελισσίων Ἀντιχάρεος, Διονυ-
σόδωρος Διονυσί|ου, Ἀπολλωνίδας Σιλανοῦ, Σιλανίων Δαμοστρά-
του, Διονύσι[ος] | Καλλικλείδα, Διογένης Θοκρίνεος[17], Ἡράκλειτος
55 Μικίωνος, [Λ]ε[υ]||κιππίδωρος[18] Ἡροδώρου, Θοκλείδας Φιλοτίμου,
Ἀπολλωνίδας Ἀ|ναξίωνος, Πουλυχάρης Ἀπολλοδώρου, Λάπιχος
Αὐτέα, Εὔγειτος | Δαμαινέτου, Ζώπυρος Πίστου, Κυδίλας[19]
Ἀριστομάχου, Καλλίγει|τος Πυθοδώρου, Κλεόνικος Πραξίωνος,

---

11 Sic distincte in lapide scriptum invenit Cav., cum St. Αἰγίρων legisset. 12 Nomina a Θε- pro Θεο- incipientia apud Megarenses frequentissima sunt; cf. I. G. Sept. Vol. I Ind. His haud pauca accedunt quorum initium est Θο-, id quod ante Achaica tempora a Megarensium more alienum fuisse observat B. Sed haec ita distingui, ut paene constanter ante simplicem consonam Θε-, ante duas coniunctas Θο- scriberetur monui ad I. G. Sept. I, 39, 4. 13 [Ἀκ]ε[σ]τύλου B. sagaciter, sed σ et ο in huius quidem tituli litteratura nullam habent similitudinem. 14 ΚΑΛΛΙΤΩΝ lapis. Emendavi sumens in exemplari quod quadratarius sequi debebat litteram φῖ + fuisse, quae forma tertio a. Chr. saeculo non rara est. Nam Καλλιφῶν habes v. 40. B. Καλλί(σ)των emendat, nisi forte ipsum Καλλίτων nomen hypcoristicum sit (a Καλλιτέλης). 15 ΑΝΑΞΙΟΝΟΣ lapis; em. St. 16 Lapicidae errore initio E pro O exaratum. 17 Cf. not. 12. 18 Nomen ex Λευκιππιδό-δωρος lege notissima sermonis Graeci natum Leucippidum sacra apud Megarenses testari perbene observavit B., monens etiam Tyndaridarum cum eis coniunctorum cultum Megarensium et colonorum fuisse; cf. n. 751, 4. Τυνδάριχος Calchedonius Journ. of Hell. stud. VII p. 154, 5. Πολυδευκείδας Megarensis Coll. Gr. Dialektinschr. III p. 13 n. 3020, 14. 19 Initio K distincte in lapide esse, neque correctura demum ex E effectum, testatur Cav.

Θέγειτος Δίωνος, Φιλι|στίδας Ματρέα, Πουλύας[20] Ἀπολλοδώρου,
60 Κλείμηλος Ἀριστέος, || Θέδωρος Πυθίωνος, Πύρρος Αὐτοχάρεος,
Αὐτέας Εὐφρονίου, Ἀρι|στέας Ἀγασίλλου, Μελισσίων Εὐθυμάχου,
Εὐφρόνιος Καλλιγεί|του, Καλλίγειτος Ἡρογείτου, Πουλυχάρης
Φιλοξέ[νου,] Καλλί|ων Ματροδώρου, Θόγνειτος Ἀμφικράτεος,
Διοκλε[ίδας Θ]οκρίνεο[ς,] | Θοκρίνης Διογένεος, Πανέας Νίκωνος,
65 Πασῖνος [. . . δώρ]ου, Καλ||λίγειτος Ἕρμωνος, Ἀνδ(ρ)ίων[21] Ἡροτί-
μου, Σωτέλης [Εὐφρ]ονίου, Πα|σιάδας Σιλανίωνος, Ἀμφίας
Εὐγειτίωνος, Εὐαξ. . Εὐαρχίδα, Πυ|θέας Ἑκάλου, Καλλίας
Πολυξίδα. Δυμᾶνες· Ἀπολλώνιος Διοκλ|είδα, Ἀμφίας Φίλωνος,
Διονύσιος Προμαθίδα, [. . . κ]ρίνης | [Πλει]σταίνου, Ἀπολλωνίδας
70 Ἵππωνος, Διονυσόδωρος Προμαθίδα, || Ἵππων Ἀλφίνου, Γέ[ρ]ων[22]
Δίωνος, Δεξικράτης Δώρου, Ἡρόδωρος Δα|μοχάρεος, Ἀπολλό-
δωρος Ἀμφικλέος, Τελεσίας Πρατίωνος, Πυ|θόδωρος Πύθωνος,
Νίκων Ἀπολλοδώρου, Κλέων Φ[ίλωνος, Σ]ῖμος | Διογένεος,
Σ[ιμ]ύλος Ἡρακλείτου, Ἀρτεμίδωρος Ἀμφικλέος, Ἀπολ|λόδωρος
75 Πυθοδώρου, Διόγειτος Θεοδώρου, Εὐτύχης Ἀ⟨ρ⟩χελοιο||δώρου[23],
Διόδωρος Ἀνταγόρου, Ἡρίων Ἀπολλοδώρου, Αἰγιρίων[24] Μι|κίω-
νος, Δαμάτριος Ἀπολλοδώρου, Πυθόδωρος Διόκλου, Καλλῖ|νος
Θεοδώρου, Εὐμητίων Ἐπιχάρεος, Ἀρίστων Πασίωνος, Καλλί|-
γειτος Κλεοδείμου, Εὐθυμίδας Θοκλείδα, Νικόδαμος Παμφίλου, |
Θεόδωρος Πυθοκρίτου, Νίκων Μάντωνος, Καλλίστρατος Κρά-
80 τω||νος, Διονύσιος Κα[λ]λιτέλεος, Ἀπολλωνίδας Εὐφρονίου, Εὐφρό|-
νιος Φίλωνος, Ἀρι[στείδας] Ἰστίωνος, Ἡράκλειτος Ἀπολλοδώρου, |
Διόδωρος Θεαγένεος, Ματρέας Ἡρακλείτου, Διονύσιος Μνασίω|-
νος, Ἡράκλειτος Ἡράκωνος, Καλλιτέλης [Ἀγ]λωτέλεος, Θράσων |
Ματρέα, Ἀπολλόδωρος Πασιάδα, Ἀγασίλλας Εὐγείτου, Νίκων
85 Π[α]||σιάδα, Λεύκων Διοτίμου. τερμαστῆρες τῶν αὐτῶν
δικαστᾶν[25]· | Φιλόμηλος Ἡρακλείτου, Ἀριστοκλῆς Μάτριος,

---

20 Sic in lapide esse, non Πουλίας, ut legerat St., testatur Cav. 21 ΑΝΔΕΙΩΝ errore exaravit lapicida. 22 ΓΕ . ΩΝ in lapide agnosci, litteram quae interciderit I aut P fuisse videri testatur Cav., qui supplevit. Γείτων Stais. 23 Emendavit B., qui perspexit propter frequentiam nominum ab Ἀρχε- incipientium lapsum esse quadratarium. Correpta vocalis non videtur sollicitanda, quia etiam titulus Megaricus I. G. Sept. I, 137, 2 Ἀχελοιοδώρου habet. 24 Cum St. nihil nisi Αἰ . . ρίων agnovisset, B. inter supplementa Αἰ[σχ]ρίων et Αἰ[γι]ρίων dubius haerebat, sed hoc totidem litteris in lapide esse testatur Cav. 25 Iudices sunt ex Hyllensium et Dymanum tribubus quinquageni, ex Pamphylis quinquaginta unus. Ex his

Ξενιάδας Ἵππωνο[ς,] | Πο[λλιά]δας Ἀπολλοδώρου, Ματρόδωρος Πυθοτίμου, Καλλίας Πασίω[νος, Ξέ]νων Ἀλκάνδρου, Καλλιτέλης Ζευξιδώρου, Σανίων Φιλλέα, | Ἡράκλειτος Νίκωνος, Θέγειτος
90 Δίωνος, Πύρρος Αὐτοχάρεος, Δαμέ‖ας Καλλίωνος, Αὐτέας Εὐφρονίου, Θεόγνειτος Ἀμφικράτεος, Μελισ|σίων Εὐθυμάχου, Καλλίγειτος Πυθοδώρου, Καλλίγειτος Ἕρμωνος, | Ἀριστέας Ἀγασίλλου, Διονύσιος Καλλικλείδα, Καλλίας Πολυξί|δα, Ἀρτεμίδωρος Ἀμφικλέος, Διονύσιος Καλλιτέλεος, Νίκων Μάν|τωνος, Νικόδαμος Παμφίλου, Λεύκων Διοτίμου, Καλλῖνος Θεοδώ[ρου, ‖
95 Δ]ιόγειτος Θεοδώρου, Πυθόδωρος Διόκλου, Διόδωρος Ἀνταγόρο[υ, | Ἡρ]όδωρος Δαμοχάρεος.

---

quinta pars ad terminos constituendos deligitur, deni ex tribu, sed ut hic quoque undecimus accedat Pamphylis. Quod sine dubio ita institutum erat, ut suffragiorum numerus impar fieret; sed quae potissimum tribus illum unum indicem supra numerum daret, sorte ni fallor definitum erat.

---

453 Tabula lapidis fracta infra et a sinistra, etiam a dextra non ubique integra, Corcyrae. Ed. Mustoxydis delle cose Corciresi p. 208 n. XIII (C. Wachsmuth Mus. Rh. XVIII p. 540. F. Blass ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III, 2 p. 92 n. 3205. W. Dittenberger I. Gr. Sept. III, 689).

[Στραταγο]ῦντος Θεσσαλῶν[1] | [μὲν Ἱππο]λόχου τοῦ Αλεξίππου[2] | [τὸ δεύτ]ερον[3] Λαρισαίου, μηνὸς | [ὡς Θε]σσαλοὶ ἄγοντι Θεμι-
5 στίου ‖ [ἁμέρ]αι τριακάδι, Περραιβῶν δὲ στρα|[ταγο]ῦντος Δημητρίου τοῦ Δημαινέ|[του Γ]οννέως, μηνὸς καθὼς Περραιβοὶ | [ἄγο]ντι Δίου ἁμέραι τριακάδι, ἐπιτρο|[πὰν] δόντων Μονδαιέων[4]

Litterae volgares praeter ΑΞ; hastae plerumque leniter inflexae. 1 Thessalorum et Perrhaeborum magistratus eponymi mensesque praescribuntur, quia civitates litigantes utriusque gentis sunt. Iam cum Azorum sciamus Perrhaebiae esse (E. Oberhummer ap. Pauly-Wissowa Realencyklopaedie II, 2 p. 2645), Mondaeam Thessalorum fuisse apparet. Cf. not. 4. 2 Cf. 293[4]. 3 Etsi verborum ordo insolitus est, tamen hoc non potest non de altera Hippolochi praetura intellegi. Primam anni 182 a. Chr. esse Eusebii testimonio constat; altera priori anno quam 178 a. Chr. vindicari nequit quia desideratur in indice Eusebiano usque ad Philippi regis obitum deducto. Sed ne recentior quidem multis annis esse videtur. 4 Civitas a nullo scriptore commemorata in duobus praeter hunc titulis recensetur, Bull. de corr. Hell. VII p. 185 sqq., ubi ἐν [Μ]ονδαίᾳ legendum esse

10 καὶ Ἀζωρι‖[αστᾶ]ν[5], μναμονεύοντος[6] Λυσάνο[ρος | τοῦ] Φιντύλου
Ἀπολλωνιάτα κα[ὶ | συν]δικαστᾶν[7] Ξενοφάντου τοῦ | [Δα]μέα
Κορκυραίου, Κλεοστράτο[υ | τοῦ] Δαμάρχου Δυρραχίνου, ἐκρί-
15 ναμε‖[ν ἐλθ]όντες ἐπὶ τὰν χώραν, περιαγησα|[μένων] ἑκατέρων,
ὅρους εἶμεν Μον|[δαιεῦσι]ν καί Ἀζωριασταῖς ἀπὸ τ..|--------
εἶτ' αὖ Μονδαιέων μὲ[ν --|------, Ἀζω]ριαστᾶ[ν δὲ ---------]

primus vidit B. Latyschew Mitth. des arch. Instituts in Athen VIII p. 381, et infr. n. 793, 2 ἐπικοινᾶται Μονδαιατᾶν τὸ κοινόν. Situs incertus, sed cum Azoro Perrhaebiae finitimam fuisse hic videamus, in eis Thessaliae partibus quaerenda est, quae maxime ad septentrionem vergunt. Etenim cum Olympi radices ab occidente et meridie a Perrhaebis habitarentur, iuxta eos occidentem versus inter Olympum et Pindum Thessalorum ager longe ad septentriones usque ad Macedoniae fines pertinuisse videtur. Illic territoria Azori Perrhaebiae ab oriente et Mondaeae Thessaliae ab occidente se attigisse opinor. 5 Supplevi ex v. 17. 18, ubi hanc ethnici formam ab editoribus prioribus non recte acceptam mireris. Nihil ea habet in illis regionibus insoliti, siquidem Φακιαστάς Phacii oppidi Thessalici cives novimus ex nummis (*Catalogue of Greek coins in the Brit. museum, Thessaly to Aetolia* p. 40) Διάστας Macedoniae inferioris ex Herodiano I p. 78, 16 Lentz., ut mittam quae aliam paenultimae vocalem habent veluti Κραννέστης, Κυρρέστης (Κυρρήστης), Λυγκηστής. 6 Princeps arbitrorum triumvirum esse videtur; nam etsi haud raro in eiusmodi causis bini arbitri cum uno scriba commemorantur et vox μνάμων origine et vi scribae officio accommodata est, tamen eum primo loco inter tresviros recenseri neutiquam est credibile. Multo minus etiam magistratus publicus civitatis Apolloniatarum intellegi potest, ad quam haec lis nulla ex parte spectabat. Accedit quod composita vox συνδικασταί vix aliam habet explicationem, nisi ut hos duumviros illius mnamonis collegas in arbitrio fuisse statuamus. 7 Supplementum Mustoxydis propter spatii rationis certum est.

454 Inter Acraephiam (*Karditza*) et Copas (*Topolia*), e regione insulae *Trélo-Ioannis* promunturium saxosum est (*Cap Phtelio*). Hic iuxta viam ingens lapis cubi figura titulum habet. Ed. P. Jamot Bull. de corr. Hell. XIII (1889) p. 407 (W. Dittenberger I. G. Sept. I, 2792).

Ὅρια Κ[ω]πήων | ποτ' Ἀκρηφιεῖα[ς], | ὁριττ[ά]ντων[1] Βοιω[τῶν][2].

Litterae volgares non dispositae στοιχηδόν. 1 Supplevi. ὁριττ[ό]ντων J. Sed neque praesens tempus sententiae aptum neque Boeotos ὁρίττω pro ὁρίδδω (ὁρίζω) dixisse credibile est. Quare aoristi formam illi dialecto convenientem restitui. 2 Discimus hinc, ut apud Achaeos (n. 452[5]), sic

etiam apud Boeotos arbitrium de controversiis singularum civitatium, quae erant de finibus agrorum, penes commune gentis concilium fuisse.

---

455 Cippus inventus in colle sito horae intervallo a sinistra Hermi fluminis ripa e regione Temni. Versus 1. 2 in ea lapidis parte, quae ad montem Sipylum conversa est, 3. 4 in contraria, Temnum et flumen Hermum versus. Ed. W. M. Ramsay Journal of Hellenic studies II (1881) p. 296 sq.

Ὅρια Με|λανπαγιτῶν[1] | Ἡρακλεω|τῶν[2].

Litterae Ionicae volgares praeter Ν; littera Ω reliquis aliquanto minor. 1 Duarum horarum spatio ab hoc termino ad Sipylum magnum saxum nigrum (μέλας πάγος) est in quo multas antiquitatis relliquias inveniri Ramsayo narrabant indigenae. 2 Huius oppiduli fortasse sunt relliquiae sitae ab hoc lapide septentrionem versus in planicie Hermi fluminis prope stationem Emír Aalem. R.

---

456 Cippus inventus in monte Taygeto prope vicum *Sistova*. Alius mutilati lapidis cum eodem titulo, de quo iam Rossius audiverat, fragmenta duo in Taygeto meridiem versus a monte qui vocatur *Malévo* repperit E. Pernice et edidit Mitth. des arch. Inst. in Athen XIX (1894) p. 351 sqq. Edd. L. Ross, Reisen in Peloponnes p. 3. P. Foucart ad Lebas Inscr. II 167*b* (Syll.[1] 307).

Ὅρος | Λακεδαί|μονι πρὸς | Μεσσήνην.

Litterae ΠΣ. Ad terminos a Tiberio Caesare a. 25 p. Chr. constitutos (Tac. ann. IV, 43), quibus longinquis Lacedaemoniorum et Messeniorum altercationibus (cf. n. 314) finis impositus est, haud improbabiliter rettulerunt F. et P.

---

457 Marmor quadratum inaedificatum in muro pone monasterium Εὐαγγελιστρίας in insula Paro. Ed. Th. Olympius Ἀθηναίου V p. 30 n. 18 (tab. p. 48). Supplevi Hermae XVI p. 198 n. 11 (Syll.[1] 308. F. Bechtel Inschriften des ionischen Dialekts p. 54 n. 63).

[Ἀπὸ τῶ τεί|χεος κοινὸν | τῆς π]όλιος[1] | [τὸ] χωρίον | [πό]δες τρῆς.

Litterae volgares, quarti ut videtur a. Chr. saeculi. Supplementa petivi ex titulo 458. 1 ιφ/ΛΙΟ< Olympii lithographia.

458 Nisyri in muro oppidi veteris. Titulus literis plus quam digitalibus in ipsis saxis quadratis exaratus occupat angulum muri et turris prominentis, ita ut dimidia inscriptio in muro legatur, dimidia vero in turri. Ed. Ross Inscr. inedd. fasc. II p. 53 n. 165 (Syll.[1] 309. F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III p. 220 n. 3496).

Ἀπὸ τῶ τείχε[ος] | δαμόσιον τὸ χωρίον πέντε πόδ[ε]ς[1].

Litterae volgares. 1 πόδ[α]ς Ross, at cf. n. 457, 3.

459 Lapis inventus in Piraeeo in domo aliqua viae ʿμακρᾶς στοᾶς', exstat Athenis in impluvio musei centralis. Ed. Kumanudis Ἀθηναίου VII p. 387 (Syll.[1] 310). Ex Koehleri apographo A. Kirchhoff C. I. A. IV, 1, 2 p. 121 n. 521 *b*.

5 Ἄχρι τε̃[ς] | ʿοδο̃ τε̃|σδε τὸ ἄ|στυ τεὶ‖δε νενέ|μεται.

Litteratura antiqua Attica. Litterae sigma (ϛ) forma aetatem medio saeculo a. Chr. quinto non recentiorem indicat. Plane gemini lapidis fragmentum versuum 1—3 priores partes continens inventum est in Piraeeo, ʿεἰς τοῦ Βάβουλα τὴν γνωστὴν μάνδραν, ἐν ἀριστερᾷ εἰσιόντων εἰς τὴν πόλιν (Piraeeum) διὰ τῆς ἀπ' Ἀθηνῶν ὁδοῦ' (C. I. A. l. l. n. 521 *c*). In utroque titulo ἄστυ Kumanudis intellegere videtur oppidum Piraeei. Quod cum ab usu sermonis alienum sit, ita potius statuendum existimo, spatium quod inter longos muros usque ad Piraeeum pertinebat, urbis Athenarum partem effecisse, ita ut illic, ubi hi termini constituti erant, urbis et Piraeei confinia essent. Cf. C. I. Att. IV, 1, 2 p. 121 n. 521 *d*: [ἄχ]ρι [τε̃|σ]δε τε̃ς [ʿ]οδο̃ τε̃ιδε ἑ Μονιχίας ἐστὶ νέμησις.

460 Tabula inaedificata in domo Piraeei prope ecclesiam catholicam. Ex apographo Hauvette-Besnaultii ed. P. Foucart Bull. de corr. Hell. V (1881) p. 324 (Syll.[1] 311. A. Kirchhoff C. I. A. IV, 1, 2 p. 121 n. 521 *a*).

5 [Ἀ]π[ὸ] τε̃[σ]|δε (τ)ε̃ς[1] [ʿ]|οδο̃ τὸ | πρὸς τὸ̃ | [λ]ιμέν[ος] ‖ πᾶν[2] δ|εμόσ[ι]|όν ἐσ[τι].

Litteratura Attica propter RS formas medio saeculo a. Chr. quinto non recentior. 1 ⁻ΕS. 2 ⁻ΓΑΝ. Suppl. Kirchhoff; πρὸς τὸ[ν | λ]ιμέν[α ʿ|ά]παν Foucart.

2. Civium et peregrinorum iura officia honores privilegia.

461 Tabula marmorea cum aëtomate, fracta in duas partes, eruta in pavimento ecclesiae Byzantinae effossae prope Chersonesum. Edd. ex S. G. Sakellarii apographo A. E. Kontoleon Revue des études Grecques IV (1891) p. 388 sqq. Ex duobus ectypis chartaceis et imagine photographica B. Latyschew Sitzungsberichte der Akad. der Wissensch. zu Berlin 1892, XXVII p. 479 sqq.

ʾΟμνύω[1] Δία, Γᾶν, ʿΆλιον[2], Παρθένον[3], | [θ]εοὺς ʾΟλυμπίους καὶ ʾΟλυμπίας | [κ]αὶ ἥρωας ὅσοι πόλιν καὶ χώραν | καὶ τείχη
5 ἔχοντι τὰ Χερσονασι|τᾶν· ὁμονοησῶ ὑπὲρ σωτηρίας | καὶ ἐλευθερίας πόλεος καὶ πολι|τᾶν, καὶ οὐ προδωσῶ Χερσόνασον | οὐδὲ Κερκινῖτιν[4] οὐδὲ Καλὸν λιμέ|να οὐδὲ τἆλλα τείχη οὐδὲ τᾶς
10 ἄλ|λας χώρας ἂν[5] Χερσονασῖται νέμον|ται ἢ ἐνέμοντο οὐθενὶ

Litterae volgares Ionicae, quae in universum quidem magnam similitudinem cum eis habent, quibus Protogenis decretum Olbiopolitanum (n. 226) consignatum est, sed tamen formis noviciis quae illic occurrunt ΞΠϹΘ carent. Quare rectissime L. initio tertii a. Chr. n. saeculi aut sub finem quarti haec incisa iudicat. Orthographia tituli hoc confirmari monet idem. 1 Qui adulescentes adulti in tabulas civium referebantur, eos iureiurando obstringi solitos esse non modo ex Atheniensium institutis scimus, sed id ubique apud Graecos moris fuisse testatur Xenophon Memor. IV, 4, 16: καὶ πανταχοῦ ἐν τῇ Ἑλλάδι νόμος κεῖται τοὺς πολίτας ὀμνύναι ὁμονοήσειν, καὶ πανταχοῦ ὀμνύουσι τὸν ὅρκον τοῦτον. L. 2 In sacris Chersonesitarum hos tres deos primum locum tenuisse hinc collegit L., iniuria si quid video. Namque ut id de love per se probabile, ita de Terra et Sole quam maxime incredibile est. Non igitur quia templa et sacerdotes Chersonesi habebant, sed quia terra omnium sedes est, sol omnia videt, hi iurisiurandi testes et periurii vindices advocantur. Cf. n. 837[3]. 3 Cf. n. 326[18]. 4 De hoc oppido et portu cui Καλὸς λιμὴν nomen erat cf. n. 326[15]. 5 Sic scribere malui, quam cum L. τὰς ἄλλας χώρας ἂν. Namque et singularis solus sermonis usui accommodatus est (cf. v. 21. 22: τὰ τείχη καὶ χώραν τὰν

οὐθὲν οὔτε Ἕλ|λανι οὔτε βαρβάρωι, ἀλλὰ διαφυλα|ξῶ τῶι δά-
15 μωι τῶι Χερσονασιτᾶν, οὐ|δὲ καταλυσῶ τὰν δαμοκρατίαν οὐ‖δὲ
τῶι προδιδόντι καὶ καταλύοντι ἐ|πιτρεψῶ οὐδὲ συγκρυψῶ, ἀλλὰ
ἐ|ξαγγελῶ τοῖς δαμιοργοῖς[6] τοῖς κα|τὰ πόλιν. καὶ πολέμιος ἐσ-
20 σοῦμαι τῶ[ι] | ἐπιβουλεύοντι καὶ προδιδόντι ἢ ἀφι‖στάντι Χερσό-
νασον ἢ Κερκινῖτιν ἢ | Καλὸν λιμένα ἢ τὰ τείχη καὶ χώραν |
τὰν Χερσονασιτᾶν· καὶ δαμιοργησῶ | καὶ βουλευσῶ τὰ ἄριστα
25 καὶ δικαιότα|τα πόλει καὶ πολίταις· καὶ τὸν σαστῆ‖ρα[7] τῶι δάμωι
διαφυλαξῶ καὶ οὐκ ἐ|χφερομυθησῶ τῶν ἀπορρήτων οὐ|θὲν οὔτε
ποτὶ Ἕλλανα οὔτε ποτὶ βά[ρ]‖βαρον, ὃ μέλλει τὰν πόλιν βλά-
30 πτειν· | οὐδὲ δωρεὰν δωσῶ οὐδὲ δεξοῦμαι ‖ ἐπὶ βλάβαι πόλεος
καὶ πολιτᾶν, οὐδὲ | ἐπιβουλευσῶ ἄδικον πρᾶγμα οὐθε|νὶ οὐθὲν
τῶμ πολιτᾶν τῶμ μὴ ἀφε|στακότων, οὐδὲ τῶι ἐπιβουλεύο[ντι |
35 ἐπιτρεψῶ οὐδὲ συγκρυψῶ οὐθὲν οὐθε]‖νί[8], ἀλλ᾽ εἰσαγγελ[ῶ] καὶ
κρινῶ ψά[φωι] | κατὰ τοὺς νόμους· οὐδὲ συνωμο[σί]‖αν συνομοῦ-
μαι οὔτε κατὰ τοῦ κοιν[οῦ] | τοῦ Χερσονασιτᾶν οὔτε κατὰ τῶμ
40 [πο|λ]ιτᾶν οὐδενὸς ὃς μὴ ἀποδέδεικτ[αι ‖ π]ολέμιος τῶι δάμωι·
εἰ δέ τινι συνώ|[μο]σα καὶ εἴ τινι καταλέλαμμαι ὅρ[κωι | ἢ
ἐ]πευχᾶι[9], δι[α]λυ[σ]αμένωι μὲν ἄ[μει|ν]ον εἴη καὶ ἐμοὶ καὶ τοῖς
45 ἐμοῖς, ἐμμ[έ|ν]οντι δὲ τὰ ἐναντία. καὶ εἴ τινά κ[α ‖ σ]υνωμο-
σίαν αἴσ[θ]ωμαι ἐοῦσαν [ἢ γιγ]|νομέναν, ἐξαγγελῶ τοῖς δαμ[ιορ|-
γ]οῖς. οὐδὲ σῖτον ἀπὸ τοῦ πεδίου[10] ἀ[πα|γ]ώγιμον ἀποδωσοῦμαι
50 οὐδὲ ἐξ[α]‖ξῶ ἀλλᾶι[11] ἀπὸ τοῦ πεδίου ἀλλ᾽ ἢ[12] [εἰς ‖ Χ]ερσό-

---

Χερσονασιτᾶν) neque genetivus ἂν a νέμονται pendere potest. In mea lectione τᾶς ἄλλας χώρας genetivum partitivum esse relatum ad οὐθέν vix est quod moneam. Idem vidit A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX p. 87. 6 Summum magistratum civilem esse recte ex hoc loco colligit L. 7 Vox obscurissimae significationis. 8 Supplevi secutus v. 15. 16, cum L. οὐδὲ τῶι ἐπιβουλεύο[ντι τοιοῦτον πρᾶγμα οὐθὲν ἐπιτρεψῶ οὐθε]νί scripsisset. 9 Supplevi. ὅρ[κωι ἐ]π᾽ εὐχᾶι L., quod non intellego. Exsecratio sui ipsius (ἑαυτῶι ἐπαρᾶσθαι) quae usitatissima erat in iurisiurandi formulis (v. 53 sqq.), hic voce ἐπευχά, quod ab ἐπάρα compositione et significatu non differt, indicari. 10 Campos latissime patentes paeninsulae Tauricae tunc haud exigua ex parte Chersonesitarum fuisse hinc collegit L. Vetari vero alio ac Chersonesum in oppidum quicquam frumenti illinc deferri, aut quia nulla parte eius carere possent cives ad suum victum, aut quia nollent alio ex portu nisi ex ipso Chersonesi emporio quicquam exportari itaque reditus protoriorum deminui. Quae explicatio si quid video alteri illi longe praeferenda est. 11 Dorice pro ἄλλοσε. Cf. Ahrens de dialectis II p. 368 sqq. 12 ΑΛΛΙ in lapide agnovit L., ut mireris

νασον. Ζεῦ καὶ Γᾶ καὶ Ἅλιε [καὶ] | Παρθένε καὶ θεοὶ Ὀλύμ-
πιοι, ἐμμέν[ον]]τι μέμ μοι εὖ εἴη ἐν τούτοις καὶ αὐτ[ῶι] | καὶ
γένει καὶ τοῖς ἐμοῖς, μὴ ἐμμέν[ον]]τι δὲ κακῶς καὶ αὐτῶι καὶ
55 γένει καὶ [τοῖς] ‖ ἐμοῖς, καὶ μήτε γᾶ μοι μήτε θά[λασ]|σα
καρπὸν φέροι μήτε γυνα[ῖκες ----|-]νοιεν μήτε[13] ----------

eum ἀλλ' [εἰς | Χ]ερσόνασον scripsisse, quod etsi ipsum quoque ferri potest, tamen illud magis proprie dicitur. 13 ΜΗΤΕ'.¯.'Γ.¯ lapis.

462 Stela marmoris albi inventa Itani (*Palaeokastro*) in insula Creta, exstat in vicino monasterio Toplu. Ed. F. Halbherr Museo Italiano di antichità classica III p. 563 n. 1.

[Θε]ὸς ἀγαθός. | [Τάδ]ε ὤμοσαν τοὶ Ἰτάνιοι[1] πά[ν|τες] Δία
5 Δικταῖον καὶ Ἥραν καὶ θ|[εο]ὺς τοὺς ἐν Δίκται καὶ Ἀθαν‖[α]ίαν
Πολιάδα καὶ θεούς, ὅσσο[ι|ς] ἐν Ἀθαναίαι[2] θύεται, π[ά]ντας |
[κ]αὶ Δία Ἀγοραῖον καὶ Ἀπόλλω|[ν]α Πύθιον καθ' ἱερῶν νεοκαύ|-
10 [τ]ων[3]· πόλιν τὰν Ἰτανίων οὐ πρ[ο|δ]ωσέω οὐδὲ χώραν οὐδὲ
νά|[σ]ου[ς][4] τὰς τῶν [Ἰτ]ανίων, οὐδὲ | [πολεμ]ίους ἐπαξέω οὐδὲ
ναῦ[ς | τὰς τ]ῶν Ἰτανίων προδωσέω, | [οὐδὲ] τῶν πολιτᾶν προ-
15 δωσέω ‖ [οὐδέν]α, οὐδὲ χρήματα πολιτ[ὰν. οὐδ]ὲ σύλλογον οὐδὲ
συνωμ[ο|σίαν] ποιησέω ἐπὶ τῶι κακίονι τ[ᾶ|ς πόλ]ιος (ἢ) τῶ(ν)[5]
20 πολιτᾶν, οὐδὲ ἄλ|[λωι] σ[υ]νεσσέομαι οὐδενί[6], αἴ τί[ς ‖ κα

Litterae volgares praeter Ξ, tertii ut quidem videtur a. Chr. n. saeculi. 1 Oppidum ab oriente Praesiis (n. 427[2]) vicinum, in littore orientali Cretae insulae situm, cuius rudera nunc *Palaeokostro* vocantur. Cf. K. Bursian Geogr. v. Gr. II p. 576. 2 Eadem breviloquentia est in titulo item Cretico P. Cauer Delect. ed. 2 p. 71 n. 117, 10 sqq.: στασάντων δὲ τὰς στάλας ἑκάτεροι ἐν τοῖς ἰδίοις ἱεροῖς, οἱ μὲν Ἱεραπύτνιοι Ὠλεροῖ ἐν τῷ ἱερῷ, τὰν δὲ ἐν Ἀπόλλωνι, οἱ δὲ Λύττιοι ἐν τῷ [ἱ]ερῷ τ[ῶ Ἀπό]λλωνος καὶ ἐμ πόλει ἐν Ἀθαναίᾳ. 3 Cf. C. I. G. 3137, 48: ὁρκισάτωσαν [αὐ]τοὺς οἱ ἐξεταστὰ ἐπὶ τοῦ Μητρῴου ἱεροῖς νεοκαύτοι[ς]. H. 4 E regione parietinarum quae nunc *Erimopoli* vocantur, septentrionem versus ab Itano (*Palaeokastro*) est insula exigua *Elasa*; prope ipsam Itanum duae, quae vocantur *Grandes*, denique magis etiam ad meridiem prope Ampelum vicum agri Itanii item duae nomine *Cavallos*. Bursian l. l. Hae quinque videntur esse νᾶσοι αἱ τῶν Ἰτανίων. 5 ΙΙΤΩ[11]. 6 Hic colo, non commate distinguit H. Sed illa ἄλλωι συνεσσέομαι οὐδενί per se enuntiata nimis late patent ac paene ridicula fiunt, ut necessario accuratius definienda sint, id quod enuntiato condicionali fieri H. non perspexit propter pravum versus 21 ineuntis supplementum.

χρ]ή[ι]ζηι τούτων τ[ι π]οιεῖν, ἀ|[λλ'][7] ἐρέω ποτὶ τοὺς ἄρχοντας. οὐ|[δὲ γᾶς] ἀναδασμὸν οὐδὲ οἰκιᾶ[ν | οὐδὲ ο]ἰκοπέδων οὐδὲ χρεῶν
25 ἀ|[ποκοπ]ὰν ποιησέω[8], οὐδὲ δίκαν ἐ‖[παξέ]ω ξ[ε]νικὰ[ν][9] τῶν πολιτᾶν | [οὐδε]νὶ ἐριθεο[τὰ]ν[10] παρεορέσι οὐ|[δεμι]ᾶι, οὐδὲ βουλευσέω περὶ τᾶ[ς | πόλ]ιος κακὸν οὐδέν, πολιτεό|[σομ]αι δὲ ἐπ'
30 ἴσαι καὶ ὁμοίαι καὶ θί[ν‖ων κ]αὶ ἀνθρωπίνων πάντων κα|[τὰ τ]οὺς νόμους τοὺς προϋπ|[άρχ]οντας ὅσσοις χρεώμεθα πε[ρὶ | ἐκε]ῖνα[11] καὶ τοὺς νῦν ἐθέμεθα κ[αὶ | αἴ κά] τινας ἄλλους ὕστερον θεώ‖-
35 [μ]εθα ἢ πε[ρὶ τὰ θῖνα][12] ἢ περὶ τὰ πολ|[ιτι]κά, καὶ ο(ὐ)[13] π[ρολειψέ]ω [τ]ὰν πολιτε|[ί]αν οὔτε ἐ[ν πολέ]μωι οὔτε ἐν εἰ[ρ|ή-ν]αι κατὰ τὸ δ[υνα]τόν. τοῖς δὲ [ε|ὐ]ο[ρ]κέοσι καὶ κα(τ)έχουσι[14]

---

7 Supplevi. ἀ|[ν]ερέω H. At ἀναγορεύειν publice pronuntiandi potius quam indicandi aut deferendi notionem habet. Praeterea cf. not. 6. 8 γῆς ἀναδασμούς et χρεὼν ἀποκοπάς sollennia omnium rerum publicarum perturbationis indicia esse apud Graecos in volgus notum est. 9 Iudicium de iure civitatis, qualis Athenis fuit γραφὴ ξενίας, recte hic agnovit H., etsi alia fere est plerumque adiectivi ξενικός notio in rebus iudicialibus (cf. τὸ ξενικὸν δικαστήριον n. 510, 52. 87. 97). 10 Supplevi. ἐριθεό[ζω]ν H., qui adnotat alteram ex litteris a se suppletis plane evanuisse, prioris vero hastam directam exstare, sed infra et supra tenuia linearum transversarum vestigia in ectypo agnosci; qua in re eum de inferiore linea specie deceptum esse, ut T non I in lapide fuerit, non est improbabile. Certe eius supplementum ferri nequit, quoniam verbum in -εύζω pro -εύω cadens in omni sermone Graeco sine exemplo est. ἐριθεύειν de magistratibus vel iudicibus corrumpendis dici notum est; cf. Ar. polit. V, 3 p. 1303 a 15 ἐξ αἱρετῶν γὰρ διὰ τοῦτο ἐποίησαν κληρωτάς (τὰς ἀρχάς), ὅτι ᾑροῦντο τοὺς ἐριθευομένους. In hoc ἐριθευτάν cardo sententiae vertitur; neque enim in mentem venire poterat Itaniis singulos cives iureiurando obstringere, se neminem unquam propter civitatem iniuria usurpatam in ius vocaturos esse. Scriptura per εο (praeterea παρεορέσι v. 26, πολιτεόσομαι v. 28, sed βουλευσέω v. 27, εὐθηνεῖν v. 42. 47), frequens illa quidem in titulis Ionicis (cf. n. 107. 113. 150. 162), aliena est a Creticis praeter hunc, in quo αυ constanter conservatum ab illorum usu abhorret. 11 Supplevi, referens pronomen ad θίνων καὶ ἀνθρωπίνων. Iurant se de rebus divinis et humanis in republica gerenda consulturos esse secundum leges, quae de illis valeant in civitate Itaniorum. πε|[ρὶ θ]ίνα Comparetti ap. H. Sed quo pacto in hoc tenore divina sola commemorari potuerint omissis humanis non perspicio. 12 Supplevit Comparetti apud H., nisi quod θίνα acuit; circumflectere malui, quia ad similitudinem adiectivi ἀνθρώπινος a θιός derivatum videtur θί-ινος, quod deinde in θῖνος contractum est ut Χί-ιος, Χῖος. Quod πολιτικά, non ἀνθρώπινα, hic opponuntur divinis, non debet offendere, quandoquidem homines, quorum res hic in censum veniunt, cives Itanii sunt. 13 O lapis. Cf. n. 86[18]. 14 ΚΑΙΕΧΟΥΣΙ.

40 τὸν [ὅρ||κο]ν τέκνων ὄνασ[ι]ν γίνεσθ[αι | κ]αὶ γᾶν ἔνκαρπον φ[έ-
ρ]ειν καὶ [πρ|ό]βατα εὐθην[εῖν] κα[ὶ ἄλλ]α πολ[λ|ὰ] καὶ ἀγαθὰ
45 [γίνε]σθαι [κα]ὶ αὐτῶ[ι | κ]αὶ τοῖς τέκνο[ις]· τοῖς δὲ ἐπιορκέ||[ο]σι
μήτε γᾶν φέρειν μήτε τέκν|[ω]ν ὄν[α]σιν γίνεσθαι μήτε πρό|-
[βα]τα εὐθηνεῖν, ἐξόλλυσθαι δὲ | [κα]κῶς κακοὺς καὶ γ|[ενε]ὰν
αὐτῶν.

---

463 Stela rectangula lapidis volgaris leucophaei, inscripta ab omnibus quattuor partibus (*a b c d*) eruta anno 1854 in colle *Hagios Antonios* prope *Neapolin* provinciae *Mirabello* in insula Creta, inter rudera veteris Dreriorum oppidi, delata Constantinopolin in Museum Imperiale (*Tschinili-Kiosk*). Edd. Velonakis et Papasliotis Ἀθηνᾶ 14. Μαρτίου 1855 (G. Papasliotis Arch. Zeitung XIII p. 57 sqq. Monatsberichte der Ak. zu Berlin 1855 p. 262 sqq. C. F. Hermann Philologus IX p. 694 sqq. Rangabé Ant. Hell. 2477. C. Bursian Bullettino dell' inst. arch. Rom. 1855 p. XIII sqq. W. Vischer Kleine Schriften II p. 104 sqq.). Dethier Sitzungsberichte der Ak. zu Wien XXX (1859) p. 431 sqq. cum imagine tituli tab. I—VIII (P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 1 p. 42 n. 38. ed. 2 p. 77 n. 121). Lapide denuo accuratissime collato F. Halbherr Museo Italiano di antichità classica III p. 657 n. 73 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 28 n. 23). Cf. quae adnotaverunt B. Haussoullier Revue de philologie XVIII (1894) p. 167 sqq. A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX p. 91. Gött. gel. Anz. 1898 n. 3 p. 206.

a Θεός Ξ Τύχα. | Ἀγαθᾶι τύχαι. | Ἐπὶ τῶν Αἰθαλέ|ων[1]

Litterarum formae volgares praeter Ξ; scriptura non adornata στοιχηδόν. Lapis continet iusiurandum epheborum Dreriorum (not. 19); originem propter ea quae de Lyttiis hic leguntur (not. 16) ad ea tempora, quae proxime antecedunt annum 220 a. Chr., iure meritoque retulerunt Herm. et Vi. Qui quarto a. Chr. n. saeculo vindicavit Deth., is et argumentis futilibus nititur et refutatur sermone inscriptionis, qui satis memorabilibus dialecti Creticae proprietatibus intermixta habet haud pauca inferioris aetatis vestigia. 1 Tribum Dreriorum, ex qua illius anni cosmi capti erant, significari nunc certum est, siquidem eodem modo in aliis Cretae oppidis usurpata videmus notissima illa tribuum Doricarum nomina; cf. ἐπὶ τῶν Ὑλλέων κοσμι[όντων] Mus. It. III p. 646 n. 59, 2 (Lato). [ἐ]πὶ τῶν Δυμάνων κοσμόντω[ν] III p. 617 n. 37, 5 (Hierapytnae). [ἐπὶ τῶν] Παμφύλων κοσμόν[των] III p. 640 n. 54, 2 (Oleri). Alia nomina tribuum partim admodum mutilata exstant, partim

5 κοσμιόντων[2] ‖ τῶν σὺγ Κυίαι[3] καὶ | Κεφάλωι Πυρωι|πίωι[4]
10 Βισίωνος[5], | γραμματέος | δὲ Φιλίππου, ‖ τάδε ὤμοσαν | ἀγελάοι[6]
15 παν|άζωστοι[7] ἑκα|τὸν ὀγδοή|κοντα· ὀμνύω ‖ τὰν Ἑστίαν τὰν |
ἐμ πρυτανείωι | καὶ τὸν Δῆνα τὸν | Ἀγοραῖον καὶ τὸν Δῆ|να
20 τὸν Ταλλαῖον ‖ καὶ τὸν Ἀπέλλων(α)[8] | τὸν Δελφίνιον[9] καὶ | τὰν

---

integra, ut [ἐπὶ] τ[ῶ]ν Ἐχανορέων κοσμ[ιόντων] III p. 645 n. 58, 2. Ipsum ἐπὶ τῶν Αἰθαλέων κοσμιόν[των] III p. 628 n. 52, 1 recurrit, neque aliud sibi volunt antiqui illius codicis Gortynii verba V, 5: ὅκ' ὁ Αἰθαλεὺ(ς) σταρτὸς ἐκόσμιον οἱ σὺν Κύ[λ]λῳ; neque idem et Gortyne et Dreri et Mallae fuisse tribus nomen quicquam habet miri; nam ut tres illas Doricas et quattuor Ionicas tribus per multos earundem gentium populos fusas videmus, sic intra arctiores fines insulae Cretae talem institutorum publicorum communionem obtinuisse consentaneum est. Ceterum in illis titulis post formulam de qua verba feci plerumque cosmorum omnium nomina recensentur, sed τῶν σὺν τῷ δεῖνι, ut hic, Mus. It. III p. 646 n. 59, 2 est. 2 Cf. n. 427[1]. 3 Κύ[δ]α emendavit Vi., monens nomen perfrequens esse apud Cretas. Sed cum iam constet, illud in lapide esse, temerarium est mutare nomen quia originem ignoremus. 4 Hoc plane obscurum, neque attinet repetere infelicissimos Dethierii aliorumque conatus explicandi. 5 Mensis nomen agnoscere sibi visus est Vi., sed ea apud Cretas (cf. v. 106. 108) in -τος, non in -τών cadunt; quare malo cum Herm. hominis nomen proprium interpretari. 6 I. e. ἀγελαῖοι, secundum notam omnium gentium Graecarum consuetudinem iota diphthongorum ante vocales premendi. Ceterum ἀγέλαι apud Cretenses fuerunt corpora epheborum, cf. Hesych. ἀγελάστους· ἐφήβους Κρῆτες, ubi Hauss. ingeniose emendat ἀγελά(τα)ς τοὺς ἐφήβους aut ἀγελά(ου)ς τοὺς ἐφήβους, etsi adiectivum verbale ab ἀγελάζεσθαι derivatum nescio an defendere liceat alia glossa Hesychiana ἀπάγελος ὁ μηδέπω συναγελαζόμενος παῖς. Ephebi igitur Dreriorum iurabant, ut in omnibus civitatibus Graecorum moris erat ut cives cum adoleverant sacramento adigerentur; cf. n. 461[1]. 462. Ceterum utrum ineunte ephebiae tempore an elapso haec iuraverint disceptatur; hoc probat Hauss., illud alii plerique, recte si quid video; etenim Athenis initio ephebiae iuratum esse constat (οἱ ἐξιόντες εἰς τοὺς ἐφήβους ἐκ παίδων Schol. Dem. XIX, 303), neque recte ἀγελάοι vocarentur qui iurant, si de eis qui tum ipsum ex epheborum corpore in virorum ἑταιρείας transiissent verba fierent. Quae vero Haussoullierum ad illam sententiam perduxit vocis ἐγδυομένους (v. 109) interpretatio, ea ipsa improbabilis est (cf. not. 34). 7 Herm. provocavit ad Hesych. ἄζωστος· ἄνοπλος, ἄστολος et Eustath. ad Hom. Π, 224 Ὅμηρος τοὺς ἀζώστους ἀμιτροχίτωνας καλεῖ. Inermes igitur et discinctos intellegi manifestum est; sed id neutiquam cum Herm. sic interpretandum, ut iureiurando obstringi dicantur adulescentes priusquam arma accipiant, ex voce ἐγδυομένους (v. 99, cf. not. 34) apparet. Immo ad caerimoniam sacramenti hoc referendum est, quod arma deponuntur et cingulum solvitur. 8 ΑΠΕΛΛΩΝΔ. 9 Idem videtur Ἀπόλλων Δελφίδιος, quem a Cnosiis Dreriorum vicinis et sociis cultum esse demonstrant tituli n. 514, 12. 722, 45. Cf. not. 39.

Ἀθαναίαν τὰν | Πολιοῦχον[10] καὶ τὸν | Ἀπέλλωνα τὸμ Ποίτιον[11] ‖
25 καὶ τὰν Λατοῦν καὶ τὰν | Ἄρτεμιν καὶ τὸν Ἄρεα | καὶ τὰν
Ἀφορ(δ)ίταν[12] καὶ | τὸν Ἑρμᾶν καὶ τὸν Ἅλιον | καὶ τὰν Βριτό-
30 μαρ(τι)ν[13] ‖ καὶ τὸμ Φοίνικα[14] καὶ τὰν | Ἀμφι[ώ]ναν[15] καὶ τὰγ
Γᾶν | καὶ τὸν Οὐρανὸν καὶ | ἥρωας καὶ ἡρωάσσας | καὶ κράνας
35 καὶ ποτα‖μοὺς καὶ θεοὺς πάντας | καὶ πάσας, μὴ μὰν ἐγώ |
ποκα τοῖς Λυττίοις | καλῶς φρονησεῖν[16] | μήτε τέχναι μήτε
40 μα‖χανᾶι μήτε ἐν νυκτὶ | μήτε πεδ' ἀμέραν. καὶ | σπευσίω ὅτι
b κα δύναμαι | κακὸν[17] τᾶι πόλει τᾶι τῶν Λυττίων. | δικᾶν δὲ καὶ
45 πρ[αξί]‖ων μηθὲν ἔνορκον | ἥμην. καὶ τέλομαι[18] | φιλοδρήριος[19]

---

10 Perfrequentem esse in Creta Ἀθαναίας Πολιάδος cultum recte monuit Vi. Cf. n. 462, 4. P. Cauer Delectus ed. 2 n. 116, 12. 117, 14. 20. 118, 10. 119, 78. 79. 123, 41. Mus. Ital. III p. 617 n. 37, 2. Sed [Ἀθαναίαν] Πολίοχον est in titulo Gortynio Mus. It. III p. 692 n. 132, 14. 11 Ἀπόλλων Πύθιος a Cretensibus colebatur (Cauer n. 116, 13). Iam cum scripturam Πύτιος duobus aliis illius insulae titulis (Cauer n. 117, 14. 20. Mus. Ital. III p. 587 n. 7, 2) testatam habeamus, dubitari nequit quin hic idem sit dei cognomen, etsi vocalium υ et οι permutationem tam antiquo tempore praetera nusquam nisi in Boeotia occurrere notum est. 12 ΑΦΟΡΑΙΤΑΝ. Similia metathesis exempla et in Creta (πορτί) et alibi haud rara sunt. 13 ΜΑΡΓΙΝ. 14 Europae patrem ex Homeri narratione (Ξ, 321) non improbabiliter intellegit Vi. 15 Dea ceteroqui ignota. 16 Cum acerrimum Lyttiorum odium, conexum illud quidem cum intima Cnosiorum familiaritate, haec iurisiurandi formula testetur, admodum apposite Vi. et Herm. eam rettulerunt ad illius belli internecivi tempora, per quod Lyttum oppidum a Cnosiis sociisque dirutum narrat Polybius IV, 54, 2. Nam etsi urbem non modo restitutam esse, sed imperatorum Romanorum aetate etiamtum mansisse constat (Mus. It. III p. 668 n. 75, 6. p. 669 n. 76, 4. p. 672 n. 84, 1. n. 85, 7), tamen quominus infra annum 220 a. Chr. descendamus multae gravissimae rationes obstant. 17 Non singulare esse apud Graecos hoc iurisiurandi genus monuit Herm. provocans ad Ar. Pol. V, 9 p. 1310 a, 8 νῦν μὲν γὰρ ἐν ἐνίαις (ὀλιγαρχίαις) ὀμνύουσι· 'καὶ τῷ δήμῳ κακόνους ἔσομαι καὶ βουλεύσω ὅτι ἂν ἔχω κακόν'. 18 I. e. ἔσομαι. Etenim eos qui hoc et συντέλεσθαι v. 69 et τέλεται C. I. G. 2556, 67 a τελέω repetant (velut Herm. et G. Curtius Verbum II² p. 319) non minus errare quam qui praesenti γίγνομαι respondere opinantur (ut Vischerus) demonstrat sermonis usus et ratio, quae futurum flagitant. Veram vocis vim perspexit F. Blass in Kühneri Gr. Gr. I, 2 p. 548; sed is minus apte ad τέλλω retulit. Immo qua ratione inter se continentur epici sermonis praesens ἔδω et Attici futurum ἔδομαι, eadem plane inter Homericum πέλω 'sum' et Creticum τέλομαι 'ero' intercedit; neque enim consonarum labialis et dentalis in hac stirpe vicissitudo quicquam habet offensionis. 19 Cum et hic et v. 51—55. 58—60 coniunctim commemorentur Drerii et Cnosii, ut ambigas utrius civitatis ephebi

50 καὶ | φιλοκνώσιος | καὶ μήτε τὰμ πό‖λιν προδωσεῖν[20] | τὰν τῶν
Δρηρίων | μήτε οὔρεια[21] τὰ | τῶν Δρηρίων | μηδὲ τὰ τῶγ
55 Κν[ω]‖σίων· μηδὲ ἄν|δρας τοῖς πο|λεμίοις προδω|σεῖν[22] μήτε
60 Δρη|ρίους μήτε Κνω‖σίους, μηδὲ στά|σιος ἀρξεῖν, καὶ | τῶι στα-
65 σίζοντι[23] | ἀντίος τέλομαι[24], | μηδὲ συνω(μ)οσί‖ας[25] συναξεῖν |
μήτε ἐμ πόλει | μήτε ἔξοι τᾶς | πόλεως μήτε | ἄλλωι συντέ-
70 λε‖σθαι[26]· εἰ δέ τινάς | κα πύθωμαι συ|νομνύοντας, | ἐξαγγελίω
75 τοῦ | κόσμου[27] τοῖς πλί‖ασιν[28]· εἰ δὲ τάδε | μὴ κατέχοιμι, |
80 τούς γέ μοι θεούς, | τοὺς ὤμοσα, ἐμ|μάνιας ἤμηιν[29] ‖ πάντας
τε καὶ πά|σας, καὶ κακίστῳ | ὀλέθρωι ἐξόλλυ|σθαι αὐτός τε |
85 καὶ χρήϊα τὰμά‖, καὶ μήτε μοι γᾶν | καρπὸν φέρειν | [μήτε
c γ]υναῖκας | [τίκτει]ν κατὰ φύ[σ|ιν πάντα] ἐπ' ἄματα[30], ‖

---

haec iuraverint, versus 127. 138 rem conficiunt et Dreriorum oppido, sito sine dubio illic ubi lapis inventus est, hoc sacramentum vindicant. Cuius oppidi nullam praeterea exstare memoriam nisi apud Theognostum in Crameri Anecdotis II p. 69 n. 29 (Herodianus ed. Lentz I p. 190, 19): Δρῆρος πόλις Κρητική, monuerunt editores. Dethieri hariolationes, qui eosdem esse vult Treras et Drerios, non opus est refutari. 20 Neglegentia eius qui formulam conscripsit plus semel a recta oratione in obliquam transitur. 21 Ab οὖρος quod Homerico usu custodem significabat etiam apud Cretenses (cf. οὐρεύωντι v. 127), descendit οὔρειον eadem et derivatione et significatione, ac φρούριον a φρουρός, περιπόλιον a περίπολος (n. 270[1]). Castella igitur significantur a praesidiis Dreriorum occupata. Cf. n. 461, 7 sqq., ubi cives Chersonesitae praeter ipsam urbem etiam Κερκινῖτιν et Καλὸν λιμένια et reliqua loca munita (τἆλλα τείχη) se non prodituros iurant. 22 Cf. not. 20. 23 Non legi quidem alibi στασίζειν pro στασιάζειν, sed legitime derivari a στάσις ut πολίζειν a πόλις, ὑβρίζειν ab ὕβρις, σπανίζειν a σπάνις, προφασίζεσθαι a πρόφασις, νεμεσίζεσθαι a νέμεσις adnotavit Vi. 24 Cf. not. 18. 25 ΣΥΝΩΛΟΣΙ|ΑΣ. 26 I. e. συνέσεσθαι. Praeter ea quae not. 18 attuli loco gemino tituli n. 462, 16 sqq. [οὐδ]ὲ σύλλογον οὐδὲ συνωμ[οσίαν] ποιησέω — οὐδὲ ἅλ[λωι] σ[υ]νεσσέομαι οὐδενί, αἴ τί[ς κα χρ]ή[ι]ζηι τούτων τ[ι π]οιεῖν haec interpretatio confirmatur. 27 Cf. 427[1]. 28 I. e. πλείοσιν. Eiusdem flexionis exempla habes in lege Gortynia πλίες VII, 18. 24. πλίανς V, 54. πλίαδ δὲ VII, 29. πλία X, 17 et adverbium πλίωι XI, 5, cum in eodem monumento volgaris declinationis πλίον, πλίονος, πλίονα sint; item iam apud Homerum πλέες et πλέας leguntur. Ceterum non ut decretum ratum sit, maior collegarum numerus postulatur (Vischer p. 113 not. 1), nam de decreto hic omnino non agitur, sed ne si unus alterve cosmorum solus id sciat, eius favore aut indulgentia irritum fiat indicium. 29 Iota vix mero errore additum ut v. 115 εἴηι, sed forma similis illorum infinitivorum in -μειν cadentium, qui Rhodiis potissimum in deliciis erant (cf. 323[7]). 30 Supplevi. μήτ]ε πάματα Wilhelm, de pecoribus intellegens. Quae ut

90 εὐορκέ]οντι δέ μοι | [τοὺς] θεούς, τοὺς | [ὤμοσα,] ἱλέους ἦμεν |
95 [καὶ πολ]λὰ[31] κἀγαθὰ | δι[δό]μ[ε]ν. ὀμνύω δὲ ‖ τὸς αὐτὸς θεούς, |
ἦ μὰν ἐγὼ τὸγ κό|σμον αἴ κα μὴ ἐξορ|κίξωντι τὰν ἀγέ|λαν[32]
100 τοὺς τόκα[33] ἐ‖γδυομένους[34] τὸν | αὐτὸν ὅρκον, τόν|περ ἁμὲς
105 ὀμωμό|καμες, ἐμβαλεῖν[35] | ἐς τὰν βωλάν, αἴ ‖ κα ἀποστᾶντι[36], |
τοῦ μηνὸς τοῦ Κο|μνοκαρίου ἢ τοῦ | Ἁλιαίου· ἁ δὲ β[ω]λὰ |
110 πραξάντων ἕκα‖στον τὸν κοσμί|οντα[37] στατῆρας | πεντακοσίους |
115 ἀφ᾽ ἃς κα ἐμβάλῃι | ἁμέρας ἐν τριμήνωι· ‖ αἰ δὲ λισσὸς[38]
εἴῃι, | ἀγγραψάντων | ἐς Δελφίνιον[39] | ὅσσα κα μὴ πρά|ξωντι
120 χρήματα, ‖ τοὔνομα ἐπὶ πατρὸς | καὶ τὸ πλῆθος τοῦ ἀρ|γυρίου

---

rectissime per se πάματα vocantur, sic tamen hic, ubi de partu dicitur, non quatenus rei familiaris partem efficiunt, sed quatenus animalia sunt, in censum veniunt. Aliter res se habet in iureiurando amphictionum quod W. affert, Aesch. III, 111: μήτε γῆν καρποὺς φέρειν μήτε γυναῖκας τίκτειν γονεῦσιν ἐοικότα, ἀλλὰ τέρατα, μήτε βοσκήματα κατὰ φύσιν γονὰς ποιεῖσθαι. Nam vox βοσκήματα proprie animantes indicat. 31 Cum Halbh. inter [κα]λὰ et [πολ]λὰ ambiguus haesisset, hoc unice verum esse vidit Wilhelm. 32 τᾶν ἀγελᾶν Halbh. Rectius τὰν ἀγέλαν Vischer et Hauss., qui monet alibi quoque de unius civitatis ephebis singularem τὰν ἀγέλαν legi. Adde quod genetivus partitivus nullam habet probabilem explicationem, siquidem omne corpus epheborum una sacramento adigitur, et pluralis τοὺς — ἐγδυομένους collectivo ἁ ἀγέλα adiunctus huius tituli sermoni accommodatissimus est. Praeter huius ipsius enuntiati verba τὸγ κόσμον αἴ κα μὴ ἐξορκίξωντι cf. v. 108 ἁ δὲ β[ω]λὰ πραξάντων. v. 128 [α]ἰ δὲ μὴ πρά[ξαι]εν ἁ βωλά. 33 I. e. quoque tempore. Accuratius apud Cauerum n. 119, 40 οἱ τόκ᾽ ἀεὶ κοσμόντες. Hauss. 34 Eos qui finito ephebiae tempore exeant ex agela et intrent in hetaerias virorum intellegit Hauss. allata Hesychii glossa ἐκδύς· ἐξελθών, ἐκδυσάμενος. Sed illud ἐξελθὼν quidni interpretemur de volgatissimo vocis usu quo hominem alicunde clam elabi significat; et hoc quidem alienissimum est ab epheborum causa, alia vero vi ἐκδύεσθαι, ἐκδῦναι pro ἐξελθεῖν dici licere nemo probavit. Quare de armis et cingulo, fortasse etiam parte vestitus deponenda, quae res inter illius iurisiurandi caerimonias erat (not. 7), vocem intellego. Ceterum etiam Mus. It. III p. 636 n. 53, 18 [τὰν ἀγέ]λαν τὰν τόκα ἐσδυομέ[να]ν legi adnotat Hauss. 35 I. e. εἰσαγγελεῖν aut ἐνδείξειν. 36 Cum magistratum deposuerint. Vischeri interpretatio, qui τοῦ μηνὸς τοῦ Κομνοκαρίου ἢ τοῦ Ἁλιαίου non genetivum temporis esse, sed ab ἀποστᾶντι pendere vult, ferri nequit; nam neque ἀφίστασθαι μηνός dici licet ut significet 'mensem aliquem transmittere, transire sinere neglecto negotio quod per illud tempus confici debebat', neque particula ἢ duorum mensium nomina disiungi poterant in hoc sententiae tenore. 36 Cf. Kühner-Blass Gr. Gramm. I, 1 p. 201. 37 Cf. n. 427 1. 38 Si solvendo non erit. Cf. n. 427 18. 39 Delphinium etiam Cnosi fuisse (C. I. G. 2554, 98) monet Vi. Apollo Delphinius Dreriorum et Delphidius Cnosiorum (not. 9) manifesto idem est.

ἐξονομαίνον|τες· ὅτι δέ κα μὴ πράξ(ω)ν|τι[40], ταῖς ἑταιρείαισιν[41] ‖
125 δασσάσθωσαν ταῖς | ἐμ πόλει καὶ αἴ πεί | τινεν[42] οὐρεύωντι[43]
130 Δρήριοι. | [α]ἰ δὲ μὴ πρά[ξαι]|εν ἁ βωλά, α[ὐτοὶ] ‖ τὰ διπλόα
ἀ[ποτει]|σάντων· πρα[ξάν]|των δὲ οἱ ἐ[ρ]ευταὶ[44] | οἱ τῶν ἀνθρω-
135 πίνων[45] | καὶ δασσάσθωσαν ‖ ταῖς ἑταιρείαισιν | κατὰ ταὐτά. |
Τάδε ὑπομνάμα|τα τᾶς Δρηρίας χώρας | τᾶς ἀρχαίας[46]
140 τοῖς ‖ ἐπιγινομένοις ἀζώ|στοις[47]· τὸν τε ὅρ|κον ὀμνύμεν | καὶ
145 κατέχειν. | καὶ οἱ Μιλάτιοι ‖ ἐπεβώλευσαν | ἐν τᾶι νέαι νε|μο-
150 νηΐαι[48] τᾶι πό|λει τᾶι τῶν Δρη|ρίων ἕνεκα τᾶς ‖ χώρας τᾶς ἁ|μᾶς,
155 τᾶς ἀμφι|μαχόμεθα. νικατὴρ | τᾶς ἀγέλας | ----------[49] ‖ καὶ

40 ΠΡΑΞΟΝ|ΤΙ lapis. Emendaverunt editores, neque propter alios huius tituli locos cogitari licet de antiquiore aoristi primi flexione, quae in coniunctivo vocalem correptam legitimam habet. 41 Cf. Dosiadas apud Athenaeum IV p. 143 b διῄρηνται δ' οἱ πολῖται πάντες καθ' ἑταιρείας, καλοῦσι δὲ ταύτας ἀνδρεῖα. At ipsum ἑταιρεία solenne apud Cretenses vocabulum fuisse cum hoc titulo monstrat lex Gortynia X, 38 ὁ δ' ἀμφανάμενος δότω τᾷ ἑταιρείᾳ τᾷ ϝᾷ αὐτῶ ἰαρεῖον καὶ πρόχοον οἴνω. Ibidem ἀπέταιρος vocatur qui eiusmodi societatis particeps non est, ut ἀπάγελος qui nondum ephebus est (cf. not. 6). Videntur ipsae societates virorum ἑταιρεῖαι, cenae earum communes ἀνδρεῖα vocata esse. 42 Cretice pro τινές. Cf. n. 514, 23 ἀναγράφοντ[ε]ν. 722, 17 ἀκούσαντεν. Mus. Ital. III p. 612 n. 36, 10 κοσμίοντεν. Alia exempla exhibent G. Meyer Gr. Gr. ed. 3 p. 456 not. 1 et Kühner-Blass Ausf. Gramm. der gr. Spr. I, 1 p. 416 not. 8. 43 Si qui ab oppido aberunt praesidii causa in castellis collocati. Herm. Cf. not. 21. 44 I. e. ἐρευνηταί. Nam quin recte Hermannus suppleverit et interpretatus sit, provocans ad Eustathium qui ad H, 127 verbi ἐρεύω mentionem inicit, nunc nullus est dubitandi locus quia Mus. Ital. III p. 612 n. 36, 18 τῶν ἐρευτᾶν integrum aetatem tulit. Est igitur magistratus, cuius officium est pecunias quae reipublicae debentur indagare et in publicum redigere. Cf. ζητηταί, μαστροί, μαστῆρες. 45 Pecuniarum sacrarum et publicarum cura divisa erat ita ut utrumque negotium peculiari magistratui mandaretur. De discrimine inter θῖνα et ἀνθρώπινα sive πολιτικά cf. n. 462, 29. 35. 46 Quae proxime sequuntur quo pacto ὑπομνάματα τᾶς Δρηρίας χώρας τᾶς ἀρχαίας vocari possint, non assequor. Quare nescio an aliquid omissum sit quod hic adiungere in animo erat ei qui titulum confecit. Nam omnino haec omnia additamenta v. 137—163 parum inter se cohaerent neque ullam habent commodam dispositionem. 47 Cf. not. 7. 48 Mira traiectione pro νεομηνίᾳ 'proximo novilunio'. Cave lapicidam erroris insimules. Nam nomen proprium Νεμονήϊος pro Νεομήνιος (Νουμήνιος) est Mus. Ital. III p. 648 n. 61, 6. 49 Hic nomen hominis intercidisse apparet; qui qua vi inter ephebos victor exstitisse dicatur obscurum est. Conicias eum in illa Milatiorum incursione repellenda fortissimum inter aequales se praestitisse. Sed haec omnia tam abrupte adiciuntur (not. 46) ut ordini et conexioni enuntiatorum non multum tribuendum sit.

ἐλαίαν ἕ|καστον φυτεύ|ειν καὶ τεθραμ|μέναν ἀποδεῖ|ξαι· ὃς δέ
160 κα μὴ ‖ [φ]υτεύσει, ἀπ[[ο]τεισεῖ στα|τ[ῆ]ρας πεν|τήκοντα.

---

464 Marmor inventum Cyzici, translatum Constantinopolin in museum societatis Graecae philologicae. Edd. J. H. Mordtmann Hermae XV p 92 sqq. H. Roehl I. G. A. 491, ectypo chartaceo usus (Syll.[1] 312. F. Bechtel Inschr. des ion. Dialekts p. 73 n. 108. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 399 n. 532). Cf. quae exposuerunt J. Wackernagel Mus. Rhen. XLVIII p. 299 sqq. J. Töpffer Mitth. des arch. Inst. in Athen XVI p. 418 (Beitr. zur gr. Alterthumswissenschaft p. 211).

[----τὴν δὲ στή]λην τήνδε πόλις Μ|ανῆ[1] ἔδωκε τῶι Μεδίκ[εω].

Ἐπὶ Μαιανδρίο[υ][2].

5 Πόλις Μηδίκεω[3] κ(α)ὶ[4] τοῖσιν Αἰσήπου παισὶν[5] ‖ κ(α)ὶ[6] τοῖσιν ἐκγόνοισιν ἀτε(λ)είην[7] καὶ πρυ|τανεῖον[8] δέδοται[9], παρὲξ ναύ[σσ]ου|[10]

V. 1. 2 litteris Ionicis antiquis βουστροφηδὸν exarati sunt, reliqui eas litterarum formas habent quae paullo ante initium aerae Christianae in usu erant, ΑΞΠΣ. Antiquior titulus, sexti a. Chr. n. saeculi, cum propter vetustatem non iam commode legi posset, ab eis quorum intererat privilegiorum illorum memoriam non intercidere, in inferiore eiusdem lapidis parte repetitus est. 1 Iota mutum dativorum in Ionicae dialecti monumentis iam antiquo tempore haud raro omitti docuerunt Roehl I. G. A. ad 382 et Bechtel ad hunc titulum. 2 Hic et v. 12 peccavit qui titulum redintegravit. Nam cum antiquioris inscriptionis litteratura productae vocalis signo non caruerit (v. 1 στήλην. 2 Μανῆ), nomen Μεδίκης, non Μηδίκης legendum esse patet. B. 3 Prytanis hic est Cyzicenorum. 4 ΚΛΙ. 5 Medices et Aesepus homines de republica optime meriti; quia non ipsis, sed liberis honores tribuuntur, illos pro patria mortem oppetiisse probabile est. Minus probabilis est Roehlii interpretatio de turbis civilibus. 6 ΚΛΙ. 7 ΑΤΕΔΕΙΗΝ; em. M. 8 I. e. σίτησιν ἐν πρυτανείῳ. R. 9 Soloece pro δέδωκε. Sic in antiquo exemplari iam fuisse non probabile, sed erroris causa latet. 10 ΝΑΥ:ΠΟ lapis, quod ad ναυπηγίο ex parte evanidum in antiquo titulo rettulit Roe. probantibus et aliis et me. Sed Wa. et Tö. viderunt ναύσσου potius ut in titulo Coo Mitth. XVI p. 406 legendum esse. Quae vox cum in antiquo exemplari signo σαμπῖ (Ϡ sine Ψ) scripta esset, quadratarium recentiorem vim non perspicientem lineas utcunque imitatum esse. Cum Tö. vocem a ναῦς derivaret eaque originatione significationem definire conaretur, Wa. probabilius vocem barbaram, fortasse Caricam, nescio quod vectigal indicantem agnovit.

καὶ τοῦ ταλάντου[11] καὶ ἱππωνίης[12] καὶ | τῆς τετάρτης καὶ ἀνδραποδωνίης[12]· | τῶν δὲ ἄλλων πάντων ἀτελὲς[13]· καὶ ἐπὶ ‖ τούτοισιν δῆμος ὅρκιον ἔταμον. τὴν | δὲ στήλην τήνδε πόλις Μ[α]νῆ ἔδ[ω]κ[ε] | τῶι Μηδίκεω.

11 Vectigal quod pendebant qui libra publica utebantur. M. 12 Vectigal equorum et servorum venalium. M. 13 Neque nominativum casum (cf. titulum Aegaeensem Revue des études Grecques IV p. 268 sqq., ubi item infinitivum iussivum excipit enuntiatum ἔπεροι καὶ ἀρνηάδες ἐρίων ἀτέλεες) neque contractionem quicquam offensionis habere, ut Roehlii emendatione ἀτελέ(α)ς neutiquam opus sit, monet Wa.

---

465 Tabula marmorea inventa prope vicum *Ibrahim-Effendi* in Tegeatide. Exscripsit G. Fougères, cuius exemplum denuo cum lapide contulit et edidit V. Bérard Bull. de corr. Hell. XVI (1892) p. 543 n. 4 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Cr. p. 177 n. 190).

Ὁπότε[1] Θεόκριτος καὶ Ἀμφάλκης, τῶν πολεμίων[2] | ἐπιβάντων ἐπὶ τὰ τείχεα[3], ἄνδρες ἀγαθοὶ | ἐγένοντο μαχόμενοι ὑπὲρ τᾶι τᾶς πόλι|ος ἐλευθερίαι[4], καὶ ἀπεδείξαντο τὰν εὔνοιαν ‖ ἀξίως

Litterae volgares praeter Ξ, non dispositae στοιχηδόν. 1 Alibi semper ἐπειδή (ἐπεί). Sed Tegeatarum sermonis illud esse etiam alius titulus probat Bull. corr. Hell. XVI (1892) p. 544 n. 5: ὁπότε Τιμοκλῆς Ἀπολλωνίου Μεγαλοπολίτας — τάν [τε] ἀναστροφὰν ἐποιήσατο καὶ τὰν λο[ι]πὰν εὐταξίαν κτλ. 2 Lacedaemonios fuisse probabiliter statuit B. monens Tegeam tertio a. Chr. saeculo cuius utique est hic titulus captam esse primum a Cleomene (Polyb. II, 46, 2), deinde ab Antigono Gonata (Polyb. II, 54, 6. 7), sed cum in neutrum ex his temporibus quadret tituli argumentum, ad Lycurgi Lacedaemonii potius conatum Tegeae capiendae (Polyb. V, 17, 1. 2) referendum esse. Quem oppido quidem potitum, sed cum cives qui in arcem se receperant frustra oppugnasset, infecta re domum rediisse monet P. Cf. not. 3. 3 Hoc B. monet cum Polybio non plane convenire, sed perbene conspirare cum Frontini narratione Strat. III, 2, 8: *Aristippus Lacedaemonius festo die Tegeatarum, quo omnis multitudo ad celebrandum Minervae sacrum ex urbe egressa erat, iumenta saccis frumentariis palea refertis onusta Tegeam misit, agentibus ea militibus, qui negotiatorum specie inobservati portas aperuerunt suis.* Nempe Tegeatas ex illo sacro recurrentes hostem moenibus, quibus iam potitus erat deiecisse. Itaque Aristippum, cuius nusquam praeterea mentio fieret, aliquem ex Lycurgi militum ducibus habendum esse. 4 ὑπὲρ apud Arcadas cum dativo coniunctum esse hinc discimus. De ἀπὸ idem iam alii tituli docuerant (cf. Collitz Gr. Dialektinschriften I p. 348 n. 1222, 4. Bull. de corr. Hell. XVI p. 584 I v. 22).

τῶ προκειμένω κινδύνω, δεδόχθαι | τᾶι πόλι, ἀν[καρῦξ]αι[5] αὐτὸς ἀνδραγαθίας | κὰτ τὸν νόμον, καὶ ἀνγράψαντας τὸ ψάφισμα | τόδε τὸς στραταγὸς τὸς περὶ Στρατέαν | εἰς στάλαν ἀνθῆναι ἐν
10 τὰν ἀγοράν, ὅπως καὶ ‖ οἱ λοιποί, [ἰδ]όντες τὰν τᾶς πόλιος ε[ὐ]|χαριστίαν, ἄνδρες ἀγαθοὶ γίνωνται. γρά|[ψ]αι δὲ ἐν τὰν [στά-λ]αν τὰν αὐτὰν [ἐν] δ[ν ἐγρά|ψαμ]εν[6] Θεόκριτον, Σιμίδαν, Νικίαν, Ξένιππον, | Ἀρχέαν, Ἐπ------

5 Memorabile est, non corona, sed sola publica laudum pronuntiatione homines de re publica optime meritos honorari; antiquam simplicitatem morum Arcadicorum non temere hic agnoscit B. 6 Locum obscurissimum redintegrare conatus sum. B., qui a supplendo abstinuit, novem omnino homines hic laudari sumpsit, Theocritum et Amphalcem, qui initio, et septem alios, qui in fine (v. 13. 14) commemorarentur. Sed ex his primi (v. 13 .....εν) et postremi (v. 14 Ἐπ.....) nomina iam restitui non posse. Qua in opinione maxime offendit quod EN nominis terminationem esse sumpsit, in quas litteras accusativum nominis virilis in titulo Arcadico illius aetatis profecto cadere nequit. Quare sic potius statuo: A stela huius plebisciti distinguendam esse aliam stelam, in qua sex hominum qui antea nescio qua re egregie gesta laudem meruerant, sola nomina honoris causa incisa erant. Huic nobilissimo catalogo ut Theocriti et Amphalcis nomina adiungantur hic decernitur. Theocritus aut alius est ac v. 1, aut idem alia de causa iam superiore tempore eodem honore affectus erat.

---

466 Delphis. Edd. C. Wescher et P. Foucart Inscriptions recueillies à Delphes n. 16 (Syll.[1] 313. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 217 n. 268).

Θεοί. | Ἐπὶ Ἀχαιμένευς ἄρχοντος[1], βουλευόντων Ἰασιμάχου, Πραξία, Ἐμ[μ]ενίδα[2], | Ἐχεκρατίδα, Ἵππωνος, ἔδοξε τᾶι πόλει ἐν ἀγορᾶι τελείαι σὺμ ψάφωι | τᾶι ἐννόμωι, Φιλιστίωνι καὶ
5 ἐκγόνοις ἀτέλειαν εἶμεν χοραγίας ‖ καὶ τοῦ ἰατρικοῦ[3], ἀπολελύσθαι δὲ τὰν πόλιν ἀπὸ τῶν ῥυσίων[4] πάντων | ὧν ἐπεκάλει

1 Quinque buleutarum numerus, qui idem redit in decreto honorario Nicandri poëtae, facto illo quidem archonte Nicodamo (Bull. de corr. Hell. VI p. 217 n. 50), hunc lapidem postremae tertii a. Chr. n. saeculi parti (fere a 230—200 a. Chr.) vindicat. H. Pomtow Mus. Rhen. XLIX p. 582. 2 Hic potest idem fuisse, qui 197/6 a. Chr. archontis magistratu functus est (n. 268, 2. 5). 3 Vectigal ex quo civitas medico publico (δημοσίῳ) mercedem persolvebat. Cf. A. Vercoutre Rev. arch. XXXIX (1880) p. 241. 4 Quantum in impedita et obscura enuntiatorum structura cognoscere licet,

Φιλ[ιστί]ων ὑπὲρ τὰν πόλιν[5], ἃ προτέτειχεν[6] ὑφ' ὧν ἔφατο [διό]τι[7] | ἐρρυσίασται ὑπὲρ τὰν πόλιν.

homines peregrini, qui civitatem Delphorum sibi aliquid debere arbitrabantur, Philistiona ceperant eumque coëgerant in praesentia ex sua re familiari debitum persolvere. Is tum pecuniam a civitate repetiverat, sed convenit inter eum et civitatem, ut populo debitum remitteret et immunitatem acciperet. 5 I. e. ὑπὲρ τῆς πόλεως. Haec praepositionis structura frequentissima est in titulis Delphicis (Wescher-Foucart n. 43, 21. 83, 6. 90, 10. 92, 10. 102, 15. 110, 16. 171, 7. 217, 20. 341, 8. 400, 9. 401, 10 al.), neque aliena a sermone vicinorum Locrorum (n. 844, 5) et Messeniorum Peloponnesi (n. 653, 68), itemque, si verum vidi, Epidauriorum (n. 391[4]). 6 Ad vocem προτίνειν referendum videtur; nam diphthongus in perfecto ut in futuro et aoristo legitima est. Quod si cui offensioni sit vox composita cuius quantum scio nullum praeterea exstat exemplum, etiam de προτιθέναι cogitare licet, quod eadem plane significatione habemus n. 226, 127. 160 (cf. ibi not. 13); nam tenuis pro aspirata scripta inter frequentissimos lapicidarum errores est. 7 Supplevi. Commodius et magis perspicue scripsisset προτέτεικε τούτοις, ὑφ' ὧν ῥυσιασθῆναι ἔφατο.

---

467 Tabula marmoris Pentelici fracta ab inferiore parte, in superficie detrita, inventa in clivo meridionali arcis Athenarum. Edd. Kumanudis Ἀθήναιον VI p. 271. Koehler C. I. Att. IV, 2 p. 100 n. 385 *b*.

Ἐπὶ Ἡλιοδώρου ἄρχοντος[1], ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος ὀγδό|ης [πρ]υτανείας, ἧι Χαρίας Καλλίου Ἀθμονε[ὺ]ς ἐγραμ|[ματε]υεν, δήμου ψ[η]φίσματα· Ἀνθεστηριῶνο[ς ἔν]ει καὶ | νέαι, ἐνάτει καὶ
5 εἰκοστεῖ τῆς πρυταν[ε]ί[ας, ἐ]κκλη||σία· τῶν προέδρ[ω]ν ἐπεψήφ[ι]ζεν Ἀγνό[θεος Φιλο]|γένου Ἀγρυλῆθεν [καὶ συ]νπροέδροι[2]

Litterae volgares praeter Ξ, non dispositae στοιχηδόν. 1 Anno 217/6 a. Chr. aut aliquo ex eis qui proxime insecuti sunt. Cf. 241[1]. 2 Tribuum undecim sunt proëdri, ex quibus Agrylensem et Thoraeensem ad Antigonida et Demetriada referendos esse apparet, quos excipiunt novem ex antiquis tribubus secundum legitimum ordinem. Iam cum Phrearrhium qui est Leontidis statim sequatur Prospaltius ex Acamantide, Ptolemaida tum temporis nondum fuisse perspicitur. Quare hanc Ptolemaeo Philopatore (221—204 a. Chr.) Alexandriae regnante, circiter 210 a. Chr. institutam recte statuit Koehler, provocans ad Polybium V, 106, 6—8: Ἀθηναῖοι δὲ τῶν ἐκ Μακεδονίας φόβων ἀπελέλυντο καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἔχειν ἐδόκουν ἤδη βεβαίως, χρώμενοι δὲ προστάταις Εὐρυκλείδᾳ καὶ Μικίωνι (n. 232. 233) τῶν μὲν ἄλλων Ἑλληνικῶν πράξεων οὐδ' ὁποίας μετεῖχον, ἀκολουθοῦντες δὲ τῇ τῶν προεστώτων αἱρέσει καὶ ταῖς τούτων ὁρμαῖς εἰς πάντας τοὺς βασιλεῖς ἐξεκέχυντο, καὶ μάλιστα τούτων

Λαμπ[ρία]ς Θοραι|εύς, Ἱέρων [Ἀνα]γυ[ρά]σ[ι]ος, Καλλιμήδης
Κυ[δαν]τίδης, | Νικο[κ]λεί[δ]ης Φρεάρριος, Διοκλῆς Προ[σπά]λ-
τιος, | Ἀπ[ολλόδο]τος Ὀῆθεν, Καλλίστρατος [Συ]παλή[τ]τιος, ‖
10 Λεω[νίδης] Κ[ό]πρειος, Σωφάν[ης] Τ[ρικ]ο[ρ]ύσι[ος, -------¦---
Παλ]ληνεύς· [Ἀπολλόδω]ρο[ς Ἀρισ]τοδήμου Ξυπετ[αι]|ὼν εἶπεν·
ἐπειδὴ καὶ [οἱ] ν[όμ]οι π[ροστά]ττουσ[ι]ν, ὅσου[ς] | ὁ δ[ῆμ]ος ὁ
[Ἀθ]ηναίων τρ[ό]παια [στ]ήσ[αν]τας ἢ κατὰ γῆν ἢ | κα[τὰ] θά-
15 [λα]ττ[α]ν ἢ τὴ[ν δημοκρατίαν ἐπ]ανορθώσαντας ‖ ἢ τὴν [ἰ]δίαν
οὐ[σ]ία[ν εἰ]ς τ[ὴν] κ[ο]ιν[ὴ]ν [σ]ωτηρίαν θέντας | ἢ εὐε[ρ]γ[έτ]α[ς]
καὶ [συμ]βούλους ἀγαθοὺς γενομένους | ἐτίμησ[εν σ]ίτ[ωι ἐμ
πρ]υτανείωι[3], ἐπιμελεῖσθαι αὐτῶν | [κ]αὶ [ἐκ]γ[όνων τ]ὴν [β]ουλὴν
καὶ τὸν δῆμον, διδόναι δὲ καὶ | θυγ[ατ]έρω[ν] ε[ἰ]ς ἔγ[δοσ]ιν τὸν
20 [δῆ]μον π[ροῖ]κα [δ]σην ἂν βού‖λ[η]τ[α]ι, καὶ εἰς ἐπα[ν]όρ[θ]ωσι[ν
τῶν] ἰδίω[ν] κ[α]τ' ἀξίαν ἑκά[σ]||τ[ο]ι[ς] τῶν εὐεργετημάτων· ὁ [δὲ
Τ]ιμοσ[θέν]ου πάππος Τι|μ[οσθέν]η[ς πολλῶν] καὶ μεγάλ[ων ἀγα-
θ]ῶ[ν] αἴτιος τῶι δή|[μωι γενόμενος ----------]λλ----------
του τὴν πόλιν --|---------- εα[------- π]αρ' αὐτοῦ εἰς ‖

εἰς Πτολεμαῖον, καὶ πᾶν γένος ὑπέμενον ψηφισμάτων καὶ κηρυγμάτων, βραχύν τινα λόγον ποιούμενοι τοῦ καθήκοντος διὰ τὴν τῶν προεστώτων ἀκρισίαν.
3 Duplex erat genus civium quibus honoris causa cena in prytaneo praebebatur. Etenim primum quidem antiquitus (κατὰ τὰ πάτρια C. I. Att. I, 8, 5) constitutum erat, ut certis quibusdam hominum generibus in universum et in omne tempus id praemium tribueretur; quae recensentur in decreto saeculi quinti a. Chr. fere medii perquam mutilato C. I. Att. I, 8, in quo R. Schoellius Hermae VI p. 32 sagaciter perspexit primo loco sacerdotes Eleusinios commemoratos fuisse, deinde Harmodii et Aristogitonis subolem, tum exegetas, quarto denique loco victores Olympiorum, Pythiorum, Isthmiorum, Nemeorum. Quod contra hic titulus ad eos spectat, quibus singillatim populi suffragiis hoc privilegium tributum erat. Ac leges quidem quarum v. 12 mentio fit, non de decernenda cena in prytaneo erant, sed de eis quibus iam decreta esset publice adiuvandis, at quod v. 13—16 quattuor genera distinguuntur id vix aliam habet explicationem, nisi ut statuamus in ipsa lege definitas fuisse causas propter quas omnino id privilegium civi cuipiam tribuere liceret populo. Hinc simul apparet, iniuria illis prioribus quattuor generibus Schoellium quintum adiungere praetorum qui in bello victoriam reportaverint. Nam si his generatim ipsa lege concessa fuisset cena publica, non poterant hic inter eos quibus singillatim populiscito eam decerni liceret primo loco poni οἱ τρόπαια στήσαντες ἢ κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλατταν. Adde quod ex ipsis Aristophanis de Cleone locis, quos Sch. affert (Eq. 573. 709) apparet, etiamtum belli Peloponnesiaci aetate neutiquam ipsa lege in universum ducibus victoribus cenam datam esse, sed privilegia de singulis hominibus ferenda fuisse.

25 ---------- α...σιαι λιπεῖ[ν | ----------]ς
εἰρήνη ---|----------ι εἰς τὰ. δι--- | ----------
30 --------- καὶ ταμί[ας ---|----------] Τιμ[οσθέ||νης
----------] καὶ ἐ---|----------ι, δ[ε]δόχ-
θα[ι | τῶι δήμωι, τοὺς προέδρους, οἵτιν]ε[ς ἂ]ν λάχωσι[ν προ|-
εδρεύειν εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησ]ίαν, χρηματίσ[αι πε|ρὶ τούτων,
35 γνώμην δὲ ξυ]μβ[άλλεσθα]ι τῆς [βο]υλῆς [εἰς || τὸν δῆμον, ὅτι
δοκεῖ τεῖ βο]υ[λεῖ ----- τ]ὸν [δῆ]μο[ν ------|----------]ν ἀπο
---|----------σα--------- | ----------ιτ-----|---------
λ---------

---

468 Stela lapidis calcarii inaedificata Dymis (*Kato Achaia*) in scalis domus privatae. Ed. J. Martha Bull. de corr. Hell. II (1878) p. 94 (docte et sagaciter supplevit A. Fick ap. Bezzenberger Beitr. V p. 321 n. 2. O. Hoffmann ap. Collitz Gr. Dialektinschriften II, 2 p. 141 n. 1614).

[------- ἐπὶ τ]οῖσδε εἶμεν τὰν πολι(τ)[είαν][1] ἐποί|[κοις[2]· δόμεν
τᾶι π]όλι τὸν θέλοντα κοινωνε[ῖν Δυμ]αί|[ων τᾶς πόλιος ὄντ]α
ἐλεύθερον καὶ ἐξ ἐλευ[θέρων] τά|[λαντον ἐπὶ γρα](μ)ματέος[3] τοῖς
5 Ἀχαιοῖς[4] Με(ν)[ανδρίδ]α[5], || [τὸ μὲν ἥμισυ ἐν] (τ)ᾶι[6] πρώται
ἑξαμήνωι, τὸ δὲ λοιπὸν | [ἐν τῶι δεκάτωι μ]ηνί, ὡς οἱ Ἀχαιοὶ
ἄγοντι. εἰ δὲ μὴ δοίη | [τὸ ὅλον ἐν τῶι ἐνι]αυτῶι τῶι ἐπὶ Μεναν-
δρίδα, ἀλλ(ὰ)[7] | [καθυστερίζοι[8],] μὴ ἔστω αὐτῶι ἁ πολιτεία. εἰ
δέ τις | [ἔχοι ὀὸν ὄντα ἐντὸς] ἑπτακαίδεκα (ϝ)ετέων[9] ἢ θυγα-

---

Litterae volgares non dispositae στοιχηδόν; Ο et ⊙ reliquis minores.
1 ΓΟΛΙ¯. 2 Supplevit Fick; sine dubio inquilini intelleguntur, qui Athenis et in aliis civitatibus μέτοικοι, alibi πάροικοι aut σύνοικοι dicuntur.
3 ΛΜΑΤΕΟΣ. 4 Quod scribae, non praetoris Achaeorum nomine annus significatur, inde cave colligas originem tituli annorum 280—255 a. Chr. terminis contineri. Nam quam Polybius II, 43, 1. 2 et Strabo VIII, 7, 3 p. 385 Cas. testantur mutationem vigesimo quinto a condito foedere anno effectam, eam ad morem nomen magistratus actis publicis praemittendi non spectare demonstravi ad I. G. Sept. I, 188; et re vera etiam post Corinthum liberatam nonnunquam sic usurpatum esse scribae nomen docet titulis Aegosthenitanus I. G. Sept. I, 223, 1. 5 ΜΕΝ.....Α. 6 ¯ΑΙ. 7 ΑΛΛΛ.
8 Supplevi; nam si non in tempore totam summam pependisset, ne civitatis ius ei esset cavendum fuit; ἀλλὰ [τὸ ἥμισυ μόνον] F. H. At num forte, si plus minusve dimidia parte aut omnino nihil dabat, civis fiebat? 9 ΕΕΤΕΩΝ. Emendavit H., cum F. E errore iteratum statuisset.

10 τέρα ‖ [ἀνέκδοτον[10], ὀμοσά](σ)θω[11] ἐμ βουλᾷ ὁ πατὴρ τὸν
νόμιμον ὅρ|[κον, ἢ μὰν εἶμεν α]ὐτοῦ γενεὰν[12] καὶ [νεώ]τερον
ἑκτα|[καίδεκα ϝετέων[13]] τὸν ὑὸν παῖδ[α γνήσιον[14].] ἐξομοσά|[μενος
δὲ τὰν τοῦ ὑο]ῦ ἁ[λ]ικίαν .....η ὀρθῶς | [καὶ δικαίως
15 ὀμοσ](ά)σθω[15] καὶ .....(τ)ο[16] βουλᾶι ‖ [.....
ὅρ](κ)ον[17] ἄνπα[λιν .....]δόξαι | .....αι ἐστ..
.....ς αὐ|[τῶι καὶ γενεᾶι. εἰ δὲ] χήρα ἐλευ[θέρα
καὶ ἐξ] ἐλευθέ|[ρων θελήσει κοι]νωνεῖ[ν τᾶς πόλιος .....]στω |
20 ..... τᾶι γυν[αικὶ .....αι ‖ .....
.... γενεᾶι. ε[ἰ δὲ ἔχοι ὑὸν ἐντὸς] ἑπτα|[καίδεκα ϝετέων] ἢ
θυγατέρ[α ἀνέκδοτον, ὀμο]σαμ|[έναν[18] τὸν νόμιμον ὅ](ρ)κον[19] ἐμ
[βο]υλ[ᾷ, ἢ μὰν α]ὐτᾶ[ς] εἶμε|[ν γενεὰν καὶ νεώτ](ε)[ρον] τ[ὸ](ν)[20]
[ὑὸν ἑπτακαίδεκα ϝ]ετέ|[ων .....]ὁμενος .....
25 ... ἀνάπα‖[λιν .....]ον καὶ γυναῖκα κα[ὶ τὰν γεν]εάν.
ἀ|[πογραφέντω δὲ] ποτὶ τὸμ βούλαρχον καὶ [προσ]τάταν δα|[μο-
σιοφυλάκω]ν καὶ γραμματιστάν. τοὺς δὲ ἀπογ|[ραφέντες καὶ ὑῶ]ν
ὀμοσαμένους τὰν ἀλικίαν καὶ δό(ν)|[τες[21] τάλαντον,] καθὼς γέγραπ-
30 ται, διακλαρωσάν‖[τω αἱ συναρ](χ)ίαι[22] ὡς ἰσότατα ἐπὶ τὰς φυλάς,
καὶ λα|[χόντω ἐπὶ τὰν] Σ(τρ)ατίδα[23], ἐπὶ τὰν Δυμαίαν, ἐπὶ τὰν
Θεσμι|[αίαν[24]· καὶ κοινω]νεόντω θεοκολιᾶν, ἂν ἁ πόλις καθιστᾶι,
ἐ(ν)[25] | [τᾶι φυλᾶι τᾶι] (ἑ)αυτῶν[26] καὶ ἀρχείων[27], τῶν τε εἰς τὸ

---

10 Suppl. H. 11 ΛΣΘΩ. Medium ab Attico usu alienum quod hic et v. 12. 14. 21 restituit F., v. 28 integrum exstat. 12 Hoc ad utrumque, proxima ad filium modo spectare vidit H. 13 καὶ addidit F., sed H. monuit νεώτερον non posse ad γενεάν spectare, sed necessario ad τὸν ὑὸν referendum esse. 14 Retinui Fickii supplementum, etsi παῖδα supervacaneum esse non est negandum. 15 ΛΣΘΩ. 16 ⁻ο. 17 ΙΟΝ. 18 ὀμο]σάμ[ενος] F. probante H., proximum agnatum intellegens mulieris, qui pro ea iurare debeat. At cum protasis manifesto ad mulierem spectet, neque in apodosi alii subiecto supplendo spatium suppetat, non video quomodo grammatica ratio hanc alio referri sinat atque ad ipsam mulierem. 19 ΙΚΟΝ. 20 ....⎯...Τ.ΙΙ. 21 ΔΟΙ. 22 ΚΙΑΙ. Ceterum de his magistratuum collegiis cf. 297[1]. 23 ΣΓΑΤΙΔΑ. Acute emendavit F. provocans ad Steph. Byz. s. v. Δύμη· καὶ Δύμη ἡ χώρα πάλαι ἐκαλεῖτο, ἡ δὲ πόλις Στράτος. Quod idem nomen et totam urbem et partem civitatis indicat, id eo minorem offensionem habet quia id etiam in Dymaeorum tribu usu venire videmus. Item Ephesiorum populi est φυλὴ Ἐφεσέων (n. 186, 10. 470, 5). Ad traditam lectionem defendendam nihil valere n. 425, 33 [Ὀρ]θόλαος Σπάττιος, quia is homo Aetolus esset, recte monuit F. 24 A Cerere cui Θεσμία i.e. Θεσμοφόρος nomen fuerit, hoc nomen repetit F. 25 ΕΙ. 26 ⎯ΑΥΤΩΝ. 27 Cf. n. 214[11].

κοινὸν | [φόρων καὶ τᾶς εἰσφορ]ᾶς τᾶς [τε] εἰς τὸ κοινὸν καὶ γ---------

---

469 Marmor inaedificatum in muro vici *Palatia* in parietinis Mileti antiquae. Ed. O. Rayet Rev. arch. XXVIII (1874) p. 107 (Syll.[1] 314. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 570 n. 665). A sinistra quaedam ascripta sunt ab huius tituli argumento aliena, quae omittimus. Cf. quae adnotavit E. Szanto Das griechische Bürgerrecht p. 43.

[Ἐ]πὶ στεφανηφόρου Ὀλυμπίχου τοῦ Ἀριστοτέλου, οἵδ[ε | ἐγ]ένοντο πολῖται κατ' εὐεργεσίαν αὐτοὶ ⟨οι⟩ καὶ ἔκγονοι· | [Δι]ονύσιος Σπαρτάκου Αἴνιος, Διονύσιος Διονυσίου Αἴνιος, | Πυθίων
5 Διονυσίου Αἴνιος, Δημήτριος Βοήθου Αἴνιος, || Ἀπολλώνιος Δημητρίου Αἴνιος, Ἀρχέλας Διονυσ[ίου] | Αἴνιος[1], | Ἑρμίας [Λ]υκίδου[2] Ἡρακλεώτης[3].

Litterarum formae volgares praeter A et minoris moduli O tertium aut alterum a. Chr. n. saeculum indicare videntur; eodem spectat genetivus Ἀριστοτέλου vs. 1. 1 Ethnicum infra nomen Διονυσίου in versus sexti extrema parte scriptum est. 2 Supplementum incertum, cum etiam [Γλα]υκίδου legi liceat. R. 3 Heraclea ad Latmum intellegenda est. R.

---

470 Ephesi in templo Dianae. Ed. Wood Disc. at Ephesus Append. 2 (Inscr. from the Temple) p. 28 n. 18 (Syll.[1] 315). E. L. Hicks Gr. inscr. in the Brit. Museum III, 2 p. 101 n. CCCCLX (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 367 n. 494).

Ἔδοξεν τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι· Ἐπικ[ράτ]ης εἶπεν· ἐπειδὴ Ἀντιφῶν Ἀντιμένοντος Ἑστι(α)ι|ε(ὺς)[1] πρόθυμος ὢν εἰς τὸν δῆμον τὸν Ἐφε[σί]ων, καταστὰς εἰς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον | αἰτεῖται πολιτείαν[2]· δεδόχθαι τῆι βουλῆι [κ]αὶ τῶι δήμωι, δοῦναι αὐτῶι πολιτείαν ἐφ' ἴσηι | καὶ ὁμοίηι· ἐπικληρῶσαι δὲ αὐτὸν

Litterae volgares, nisi quod pleraeque pro rectis lineis curvatas habent. 1 ΙΣΤΙΑΙ|ΕΙ lapis. 2 Sine dubio saepe peregrinis petentibus data est civitas; sed plerumque qui eam appeterent privatim civem aliquem precibus adiisse videntur, ut rogationem ferret. Hic vero ipsum peregrinum data facultate in senatum et comitia prodire et beneficium petere videmus.

καὶ εἰς φυλὴν καὶ χιλιαστύν[3]· καὶ ἀναγράψαι ὅπου καὶ αἱ
5 λοιπαὶ ‖ πολιτεῖαι ἀναγεγραμμέναι εἰσί. ἔλαχε φυλὴν Ἐφεσεύς[4],
χιλιαστὺν Ἀργαδεύς[5].

3 Cf. 162[6]. 4 Cf. 186[7]. 468[23]. 5 Cf. 186[8].

471 Tabula marmoris a superiore parte mutila, inventa Deli in peribolo sacro Apollinis. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 7 n. 2.

[---------- ἐπαινέσαι ------- ἀρετῆς ἕνεκα] καὶ ε[ὐεργεσίας | τῆς] περὶ τοὺς νησιώτας[1], καὶ εἶναι [αὐτὸν πρό]|ξενον καὶ εὐεργέτην τῶν νησιωτῶν· δε[δόσ|θαι δ]ὲ καὶ πολιτείαν αὐτῶι καὶ
5 ἐγγόνοις ἐ[γ] ‖ πάσαις ταῖς νήσοις[2], ὅσαι μετέχουσιν | τοῦ συνεδρίου, καὶ προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶ|σιν καὶ πρόσοδον πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν | δῆμον, εἰάν του δέωνται, πρώτοις μετὰ τὰ
10 ἱε|ρά. τὸ δὲ ψήφισμα τόδε ἀναγράψαι κοινῆι μὲν τοὺ‖ς συνέδρους εἰς στήλην λιθίνην καὶ ἀνα|θεῖναι ἐν Δήλωι εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος | τοῦ Δηλίου, ἰδίαι δὲ τὴν πόλιν ἑκάστην ἐν | τοῖς ἱεροῖς, ἐν οἷς ἔθος ἐστὶν ἀναγράφειν τὰς | εὐεργεσίας. τὸ δὲ
15 ἀνάλωμα τὸ εἰς τὴν ‖ στήλην καὶ τὴν ἀναγραφὴν δοῦναι ἀπὸ | τοῦ περιοῦντος[3] ἀργυρίου τῶι συνεδρίωι.

Litterae volgares praeter ΞΣ. Titulus tertii a. Chr. n. saeculi esse videtur. 1 Cf. n. 202[1]. 2 Memorabile est legibus foederis adeo constrictam fuisse singularum civitatium libertatem, ut vel civitas peregrino invito populo sociorum decreto donari posset. 3 Insolita forma nata illa quidem ex Ionica περιεόντος cui adhibita est lex contractionis Attica. Cf. n. 517[39].

472 Marmor fractum supra, apud papam Prasinum in vico *Kastro* insulae Amorgi. Ed. S. Reinach Bull. de corr. Hell. VIII (1884) p. 444 n. 10. (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 294 n. 385.)

----------όμενος χ[ρείας παρέχεται | ------]ως καὶ ἐλευθέρως, [------ | ---μ]ετὰ τῆς ἀδελφῆς καὶ τὴν πρὸς [ἅ|παν-
5 τ]ας ἔχων εὔνοιαν φιλικῶς· ὅπως ‖ [οὖν κ]αὶ ἡ πόλις τοὺς εὐνοοῦντας προ[κ|αλ]εσαμένη πρὸς εὔνοιαν αὔξῃ τὸ | [π]ολείτευμα

τῶν προγόνων[1], τοῖς ὑ|πάρχουσιν[2] χαριζομένη, τύχῃ ἀγα|θῇ,
10 δεδόχθαι τῇ βουλῇ, Σεραπίωνα ‖ Διονυσίου Σελευκῆ[3], Νικαρέτης
ὑ|πάρχοντα υἱὸν τῆς πολείτιδος[4], ὄντα | δὲ ἔτι καὶ οἰκῆον
ἀγαθῶν καὶ πρώτων | τῆς πόλεως ἀνδρῶν, δεδόσθαι [πο]|λιτήαν
15 αὐτῷ καὶ γῆς ἔνκτησιν καὶ οἰ‖κίας, μετέχοντα πάντων ὧν καὶ
οἱ | λοιποὶ πολεῖται μετέχουσιν. ἐπικε|κληρῶσθαι[5] δὲ αὐτὸν ἐπὶ
τὴν τῶν | συνγενῶν φυλὴν τὴν Βασιλείων κα|λουμένην. τὸ δὲ
20 ψήφισμα τόδε ὁ ‖ μὲν γραμματεὺς ἀναγραψάτω εἰς | τὰ δημό-
σια γράμματα, Σεραπίων | δὲ εἰς στήλην λιθίνην καὶ στησάτω |
εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς καὶ τῆς Ἀθηνᾶς | τῆς Πολιάδος.

Litterae ΑΖΘΞΠΣ titulum primo a. Chr. n. saeculo vindicant. 1 I. e. ut populus rem publicam ampliorem et opulentiorem reddat, quam a maioribus accepit. 2 Masculinum esse videtur, ad quod ex proximis εὔνοις mente addendum est. Eis qui iam benevoli sunt gratificando alios ad eandem benevolentiam provocat populus. Cogitaveris de neutro 'eis praemiis, quae ipsi praesto sunt, quae dare potest'. Sed sic ni fallor ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων potius dictum esset. 3 Ex numero satis magno urbium, quibus Seleucia nomen fuit, hic maxime in censum venire videntur Cilicia ad Calycadnum flumen sita (Droysen Gesch. des Hellenismus III, 2 p. 284) et Pierica prope ostium Orontis (Droysen III, 2 p. 287). 4 Filii igitur mulierum quae peregrinis nupserant, tum Amorgi lege peregrini erant. Quae lex non Athenis modo inde ab anno Euclidis valuit, sed ubique hoc iuris fuisse videtur praeter paucas civitates quae populari imperio utebantur. Cf. Aristotelis Pol. III, 5 p. 1278 a 27: ὁ γὰρ ἐκ πολίτιδος ἔν τισι δημοκρατίαις πολίτης ἐστίν. At eiusmodi hominem non minus quam quemlibet alium peregrinum privilegio civem fieri potuisse patet. Ut igitur hic singillatim Serapioni ab Amorginis, sic Phalannae coniunctim omnibus mulierum Phalannaearum filiis (τοῖς ἐς τᾶν Φαλανναιᾶν) civitatem donari videmus in decreto ap. Collitz Gr. Dialektinschriften I p. 383 n. 1329, 15, cf. Index schol. hib. Halens. 1885/6 p. V. 5 Perfectum δεδόσθαι v. 13 legitimum est, sed ἐπικεκληρῶσθαι ab usu abhorret, qui aoristum flagitat (ἐπικληρῶσαι, ἐπικληρωσάτω, ἐπικληρωσάτωσαν n. 162, 29. 183, 27. 186, 8. 470, 4 et in aliis titulis quos congessit E. Szanto Das gr. Bürgerrecht p. 55 sq.). Neque vero fortuitus error hic habetur; sed quia in una tribu Serapio suos habet necessarios, legitimum sortiendi verbum quidem ponitur, sed perfecto tempore, ut non re vera sortiri iubeatur Serapio, sed perinde haberi ac si illam tribum cui adscribendus est sortitus esset.

---

473 Tabula marmoris albi cum anaglypho inventa Troezene (*Palaea-Episkopi*) cum fundamenta iacerentur ecclesiae S. Georgii. Ed. E. Legrand Bull. de corr. Hell. XVII (1893) p. 102 n. XXIV. (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 170 n. 176).

Ἔδοξε τᾶι βουλᾶι καὶ τῶι δάμωι· | ἐπειδὴ Ἐχίλαος Φιλωνίδου Πλα|ταιεὺς ἀφικόμενος ἐς Τροζᾶνα[1] | περί τε τὰν σωτηρίαν τῆς χώρας[2] ‖ ἀνὴρ ἀγαθός ἐστι καὶ ὅσσα ἐδεῖτ|ο ὁ δᾶμος ὁ Τροζανίων ὑπηρέτη|κε πάντα, δεδόχθαι τᾶι βουλᾶι καὶ | τῶι δάμωι, ἐπαινῆσαι Ἐχίλαον Φιλ|ωνίδου Πλαταιῆ ἀρετᾶς ἕνεκα ‖ καὶ εὐνοίας τᾶς ἐς τὸν δᾶμον τ|ὸν Τροζανίων. εἶμεν δὲ αὐτῶι | καὶ γένει εὐεργεσίαν καὶ πολι|τείαν. ἀγγράψαι δὲ τόδε τὸ ψάφισ|μα ἐν στάλαι λιθίναι καὶ στᾶσαι ‖ ἐν τῶι ἱαρῶι τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ | Θεαρίου[3], ὅπως καὶ τοὶ ἄλλοι ὑπη|ρετῶντι εἰδότες ὅτι δύναται ὁ δ|ᾶμος ὁ Τροζανίων τὰς χάριτ|ας ἀποδιδόμεν τοῖς εὖ ποιοῦσ‖ιν αὐτόν. εἶμεν δὲ αὐτὸν καὶ φυ|λᾶς ἃς κα λάχῃ· τὸν δε δεκαδῆ[4] ἐ|πικλαρῶσαι ἤδη. Φιλήσιος εἶπε. | ἔλαχε φυλᾶς Σχελιάδας.

Litterae volgares exaratae admodum accurate et eleganter, neque vero στοιχηδὸν dispositae. Quarto a. Chr. natum saeculo inscriptionem vindicat editor non improbabiliter; tertii initiis utique non multo recentior est. 1 Cf. n. 76. 2 Vocabulum σωτηρία beneficia ab Echilao in Troezenios collata ad rem bellicam spectasse indicio est. Atque idem bellum hic tangi vidit L. ac C. I. G. 106, 4 sqq.: ὅτι ἀνὴρ ἀγαθὸς γέγονε περὶ τὸν δῆμον τὸν Τροζηνίων (Ζηνόδοτος) καὶ κατὰ καιρὸν ἀφικόμενος ἐβοήθησε καὶ συνηγωνίσατο αὐτοῖς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς πόλεως καὶ τὴν ἐξαγωγὴν τῆς φρουρᾶς. Haec Boeckhius non improbabiliter de Cassandri temporibus interpretatus est; sed nescio an usque ad bellum Lamiense ascendendum sit coll. 163, 11 κατελθὼν Εὔφρων [ἐκ τῆς φυγῆς τήν τ]ε φρουρὰν ἐξέβαλε κτλ. 3 Cf. Pausan. II, 31, 6: τὸ δὲ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Θεαρίου κατασκευάσαι μὲν Πιτθέα ἔφασαν, ἔστι δὲ ὧν οἶδα παλαιότατον. L. 4 δεκαδεύς Legrandio haud improbabiliter praeses collegii prytanum, qui singuli ex singulis tribubus constituti essent, videtur.

---

474 Tabula marmoris anno 1847 inter Olbiae veteris relliquias inventa et Petropolin translata; nunc aut latet aut periit. Ed. A. Ouvaroff Recherches sur les antiquités de la Russie méridionale (Paris. 1855) tab. XXIV n. 3 (L. Stephani Bulletin hist.-philol. de l'académie des sciences de St. Pétersburg X p. 28. Mélanges gréco-romains I p. 210. B. Latyschew Inscr. orae sept. Ponti I p. 18 n. 8, tab. II. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 253 n. 335).

Τύχηι ἀγαθῆι. | Ὀλβιοπολῖται | ἔδωκαν Χαιριγένει | Μητροδώρου Μεσημ‖βριανῶι αὐτῶι καὶ ἐκ|γόνοις προξενίαν, | πολιτείαν, ἀτέλειαν | πάντων χρημάτων | ὧν ἂν αὐτὸς εἰσάγηι ‖ ἢ ἐξάγηι

ἢ παῖδες[1] ἢ ἀ|δελφοὶ οἷς κοινὰ τὰ | πατρῶια ἢ θεράπων, | καὶ
15 εἴσπλουν καὶ ἔκπλουν | καὶ ἐν πολέμωι καὶ ἐν ‖ εἰρήνηι ἀσυλὲ
καὶ | ἀσπονδέ[2].

Litterae volgares antiquae; Π semel v. 2 pro Γ exaratum Ouvaroffii errori deberi videtur, quod contra de Θ non constanter sed frequenter pro Ο inciso recte si quid video illi fidem habuit L. monens ea re titulum quinto a. Chr. saeculo vindicari. 1 Hoc de filiis, fratribus consortibus, servis in aliis id genus privilegiis non legitur. 2 Vocalem simplicem pro diphthongo usurpatam item antiquitatis notam esse iudicavit L. Sed tenendum est hic veram diphthongum haberi, ita ut utique illa scriptura ad incipientem potius utriusque soni confusionem referenda sit, quam tamen iam quinto a. Chr. saeculo sensim irrepsisse non est quod negemus.

475 Lapis albus fractus ab inferiore parte, inventus in vico *Kislani* sito in chersoneso Cnidiorum. Ed. W. R. Paton Revue des études Grecques VIII p. 420 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 334 n. 449).

----------εος Ἀβ|[υδηνὸν π]ρόξεν[ο|ν] ἦμεν Κνιδίω[ν,] | ἐπεὶ
5 καὶ αὐτὸς ‖ ὑποδέκεται τὰ|μ προξενίαν[1] με|[τ]ὰ τοῦ ὑπάρχον|τος
10 προξένο τᾶ|ι πόλι ἐν Ἀβύδω‖ι[2], καὶ ὑπάρχεν α|ὐτῶι καὶ ἐκγόν|οις
15 ἔσπλον ἐ[ς Κ]|νίδον καὶ ἔ[κπλ]|ον ἀσυλὶ κα[ὶ ἀσπ]‖ονδὶ και ἑ[αυ-
τ|οῖς καὶ] χ[ρήμασι ------]

Litterae Ionicae volgares dispositae στοιχηδόν. Titulus priore quarti a. Chr. n. saeculi parte exaratus (cf. v. 8 προξένο. v. 12 ἔσπλον. v. 13 ἔκπλον). 1 Hoc additamentum, quo recentiora huius generis decreta omnia carent, indicio est, tum temporis proxeniam etiam magis officium quam honorem aut ornamentum fuisse. 2 Ne hoc quidem alibi legitur. Videmus hic, tum temporis legitimum ordinem eum visum esse, ut singulae civitates unoquoque loco singulos proxenos haberent, non plures. Cf. quae Xenophon de re huic decreto tempore suppari narrat Hell. V, 4, 22: τῶν δὲ Λακεδαιμονίων καὶ πρέσβεις ἐτύγχανον Ἀθήνησιν ὄντες παρὰ Καλλίᾳ τῷ προξένῳ Ἐτυμοκλῆς τε καὶ Ἀριστόλοχος καὶ Ὤκυλλος· οὓς οἱ Ἀθηναῖοι, ἐπεὶ τὸ πρᾶγμα ἠγγέλθη, συλλαβόντες ἐφύλαττον, ὡς καὶ τούτους συνεπιβουλεύοντας. οἱ δὲ ἐκπεπληγμένοι τε ἦσαν τῷ πράγματι καὶ ἀπελογοῦντο ὡς οὐκ ἄν ποτε οὕτω μῶροι ἦσαν ὡς εἰ ᾔδεσαν καταλαμβανόμενον τὸν Πειραιᾶ, ἐν τῷ ἄστει ἂν ὑποχειρίους αὐτοὺς παρεῖχον, καὶ ταῦτα παρὰ τῷ προξένῳ, οὗ τάχιστ' ἂν ηὑρέθησαν. Postea, cum in vanum ornamentum ac paene ludibrium abiisset proxeniae honos, id plane mutatum est; cf. n. 268, 132, ubi uno tempore duodecim homines Alexandrenses proxeni Delphorum nominantur.

476 In vico *Piali*, ubi quondam sita erat Tegea, in domo Chresti Sabas. Ex ectypo chartaceo a M. Deffnero accepto ed. H. Sauppe Commentatio de titulis Tegeaticis, Gottingae 1876, p. 4 (Syll.[1] 317 cum Addendis p. 662. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 177 n. 189).

[Θ]εὸς τύχη. | Ἔδοξε τῆι πόλει τῶν Τεγεατῶ|ν Ἀγήσανδρον Νι-
5 κοστράτου Θ|εσσαλὸν ἐξ[1] Σκοτούσσης Τεγε||ατῶν πρόξενον εἶναι
καὶ εὐε|ργέτην αὐτὸν καὶ ἐγγόνους, κ|αὶ εἶναι αὐτῶι ὡς εὐερ-
γέτηι | ὄντι ἰσοπολιτείαν[2] καὶ ἔμπα|σιν οἰκίας καὶ γῆς, ἐπινο-
10 μία||ν, ἀσυλίαν, ἀτέλειαν, ἀσφάλει|αν καὶ ἐμ πολέμωι καὶ ἐν
εἰρή|νηι καὶ αὐτῶι καὶ γένει. προσ|τάτα(ι)[3] τοῦ δάμου·
15 Λύκιος, Θεόκ|ριτος, Ἀλέξανδρος. στραταγο||ί[4]· Οἴκιος, Δυαῖος,
Καμπᾶς, Κλεα|ίνετος, Φιλέας, Εὐδοξίδας, Ξε|νοκλῆς, Ἱππίας,
Κλεόκριτος, Ὑ|λαῖος[5], Αὐτοκλῆς. ἵππαρχος· Τε|ίσανδρος.
20 γραμματεύς· Ἀγέας. || ἱερεὺς τῆς Ἀθηνᾶς[6]· Εὐαίνετος.

Titulus accurate στοιχηδὸν exaratus, versibus vicenarum ternarum litterarum praeter ultimum, cui Σ in fine additum est. 1 Cf. quae huius scripturae exempla attuli ad C. I. Att. III 2002. 2 Cf. 234[3]. 3 ΠΡΟΣΤΑΤΑΣ lapis; emendavit S. Hoc primum testimonium esse, quo in nonnullis civitatibus προστάτας τοῦ δήμου magistratum fuisse doceremur, cum plerumque apud scriptores haec vox nihil nisi hominem summa apud populum auctoritate florentem designaret, idem monuit, fortasse vero apud Aeneam Tacticum 11, 7. 8 item magistratum Argivorum intellegendum esse. 4 Hic undecim sunt, cum in titulo dedicatorio apud Lebas-Foucart 338 *a* septem modo praetores recenseantur. S. At hipparchum ille quoque titulus unum habet et scribam item unum. 5 Hoc, non Ὑ|δριος, ut Sauppius legerat, in lapide esse testatur A. Milchhöfer Mitth. des arch. Instituts in Athen IV (1879) p. 140. 6 Minervae Aleae.

477 Lapis ex insula Creta Venetiam translatus. Ed. Muratori T. II p. 588, 1, qui Corcyraeum existimabat (inde Boeckh C. I. G. 1840. Syll.[1] 320. F. Blass ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III, 2 p. 89 n. 3198. I. G. Sept. III, 693). Ex codice Ambrosiano R 124 p. 85 veram originem indicavit et nonnullas lectiones emendatiores exhibuit E. Ziebarth in litteris ad me datis (I. G. Sept. III Addenda p. 212). Deinde accuratius de titulo exposuit idem Mitth. des arch. Inst. in Athen XXII (1897) p. 218 sqq. Simul sua sponte Creticam originem perspexit et titulum tractavit Th. Reinach Revue des

études Grécques X (1897) p. 138 sqq. (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 570 n. 664.)

Ἀγαθᾶι τύχαι. | Τάδε ἐπρίατο[1] ἁ πόλις[2] τοῖς προξένοις | καρπευέιν[3] ἃς κα[4] ἐπιτάδειοι ὦντι·
5 Λυγδά|μι Φείδωνος Κνωσίωι[5] ἐμ Μολοχᾶντι[6] ἀν||πέλων πέλεθρα δέκα, ἐν τῶι πεδίωι | ἀνπέλων τετραπελεθρίαν. |
Ἕρμωνι Τυλισίωι[7] ἀνπέλων τετραπλε|θρίαν ἐν τῶι πεδίωι. |
10 Ἀτάρ[β]ωι[8] Ἀπταραίωι[9] ἀνπέλων πλέθρα || εἴκατι ἐν τῶι πεδίωι κατὰ βαθεῖαν. |
Σκιρτίαι[10] εὐεργέται ἀνπέλων πλέθρα εἴκα|τι δύο ἐν Μινώιαι[11] ποὶ τῶ[ι] πόρωι ἐσχάτω[ι][12]. |
Φαιστίωι Θαμυκλεῖ[13] καὶ Φαινοκλεῖ ἀν|πέλων τετραπλεθρίαν
15 ἐν τᾶι νάσωι[14], || ἐπὶ Λιπάραι[15] ἀνπέλων τετραπλεθρίαν. |

Litterarum formae neque quicquam memorabile habent, neque de eis fides habenda videtur apographis. 1 Sic Ambr., ἐμπρίατο Mur. 2 Non Corcyram sed Creticam civitatem intellegendam esse cum R. ex argumento sagaciter collegit, tum Z. testimonio codicis Ambrosiani ('*l' inscrizione — fu portata di candia*') probavit. Ac Cydoniam potissimum designari ex Minoae mentione (not. 11) collegit Z. 3 Manent igitur praedia publica civitatis Cydoniatarum, sed hospitibus publicis fructus eorum conceditur. 4 Sic Ambr. ὅσα Mur. 5 Sic Ambr. congruenter cum nummorum usu constanti (Z.) et cum titulis n. 288, 3. 514, 1 sqq. Κνωσσίωι Mur. 6 Sic Ambr. Μολοκᾶντι Mur. Descendit nomen sine dubio a μολόχη. 7 Sic Ambr. ΤΥΛΕΣΙΟΙ Mur. Tylissum Cretae (cf. Bursian Geogr. v. Gr. II p. 557) primus agnovit Hoeck Creta III p. 418 not. *r*, deinde R. et Z. 8 ΩΤΑΡΓΩΙ Mur., ΑΤΑΡΓΩΙ Ambr. Emendavit Z. Nomen Ἄταρβος habes n. 34, 1. 9 ΑΝΤΑΡΑΙΩΙ Mur. Sed Ambrosianus confirmat emendationem Hoeckii Creta III p. 418 et Ahrensii Dial. II p. 114. 10 Sic Ambr., ΣΚΙΡΤΙΑΙ Mur. Ad. C. I. G. 1957 f, ubi Σκίρτιος et Σκιρτία leguntur, provocat Z., non recte, siquidem illa manifesto nomina gentilia Romana sunt (Γάιον Σκίρτιον Ἀγάθωνα — Σκιρτίαν Ζωσίμην). Sed etsi Σκιρτίας aeque singulare manet ac Σκιπτίας, illud tamen praeferendum, et quia Ambrosianum exemplar paullo accuratius est Muratoriano, et quia hoc nomen probabilem habet derivationem (a σκιρτᾶν), illud non item. 11 Duas esse Cretae insula Minoas, alteram prope Istrona oppidum, quae in regione montuosa nec vitium culturae idonea sita hic in censum non veniret, alteram e regione Apterae ad sinum maris, cui et πόρος (v. 12) et insula (not. 14) optime conveniret, monuit Z. Si hanc intellegeremus, oppidum non posse non Cydoniatarum esse. 12 ΤΩΡΙΟΡΩΙΔΣΚΑΤΩ Ambr., ΓΟΤΩΓΟΡΩΕΣΚΑΤΩ Mur. 13 Sic Ambr., Θαμικλεῖ Mur. 14 E regione Minoae (not. 11) tres sunt insulae exiguae, quae antiquitus Λευκαί vocabantur (K. Bursian Geogr. v. Griechenland II p. 542). Ex eis una nomine appellativo νᾶσος significata

Ἀρχαγόραι Δελφῶι οἰκίαν ἐν τᾶι Ἡραίδι[16], ψι|λᾶς πλέθρα ἓξ ποὶ τᾶι Κωμικοῦ, ἀνπέ|λων τετραπλεθρίαν ἐν τῶι πεδίωι. |
20 Μισγόλαι Ἀρκάδι[17] ἀνπέλων τετραπλε||θρίαν ἐν τῶι πεδίωι· ἄλλαν ἀνπέλων δι|πλεθρίαν ἐν τῶι πεδίωι· ἄλλαν ἀνπέ|λων διπλεθρίαν ἐν Σχινούρι[18]· οἰκίαν | [ἐ]ν τᾶι Λαχανίδι[19] κ(ώ)μαι[20].

videtur. Z. 15 Hoc quoque nomen de una ex illis tribus insulis interpretatur Z. 16 Locus a nescio quo Iunonis delubro denominatus. 17 Civem urbis Creticae (n. 126[1]. 288, 5. 6), non Peloponnesium, intellegendum vidit R. 18 Sic Mur. ΣΚΙΝΟΥΡΙ Ambr. 19 ΑΛΧΑΝΙΑΙ Ambr., ΑΛΛΑΝΙΔΙ Mur. Emendare conatus sum. Ἀλλαρίδι coniecit Z. 20 ΚΟΜΑΙ apographum utrumque.

---

478 Tabula ahenea inventa Strati Acarnaniae in ruderibus templi. Ed. A. Joubin Bull. de corr. Hell. XVII (1893) p. 445 n. 1. Iterum collato aere quattuor postremorum versuum lectio emendata est Bull. de corr. Hell. XIX (1895) p. 549 (W. Dittenberger I. G. Sept. III, 442 cum Addendis p. 211. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 238 n. 310). Cf. quae de titulo exposuit F. Bechtel Hermae XXXI p. 318.

[Ἔ]δοξε τᾶι πόλι τῶν Στρατί|ων, Λυσίαι τῶι Καλλία τῶι Με|γαρεῖ[1] καὶ Ἀριστίωνι τῶι Λυσί|α καὶ Καλλίπ(π)ωι τῶι
5 Λυσία πρ||οξενίαν δόμεν καὶ προνο|μίαν[2] καὶ προπραξίαν[3] αὐτοῖ|ς καὶ γενεᾶι. προένγυοι[4]· (Π)ρότ|τος[5], Β[ρέ]σων[6], Τεί-

Litterae numero quidem ac vi non discrepant ab Ionico scribendi genere praeter H aspirationis notam et E productam vocalem significantem; sed formae earum magna ex parte antiquiores sunt: AB▷EEIMNPVΩ. Quare non absurde ipsis quarti a. Chr. n. saeculi initiis vindicarunt editores. 1 Articuli usus a recentiore consuetudine discrepans etiam in Atticis eiusdem aetatis decretis invenitur; cf. n. 70, 5 Κάλλιππον τὸν Θετταλὸν τὸγ Γυρτώνιον cum not. 2. 2 Quale privilegium hoc nomine significetur, obscurum est. 3 I. e. ius ante alios cum senatu et populo agendi, idem quod alibi plerumque formula πρόσοδον εἶναι πρὸς βουλὴν καὶ δῆμον πρώτοις μετὰ τὰ ἱερά indicatur. 4 Per omnem Graeciam continentem septentrionalem et occidentalem eiusmodi privilegia praedibus constitutis firmari solebant. Sed singulare est hic compositum, cum alibi semper simplex ἔγγυος, ἔγγυοι τᾶς προξενίας legatur. 5 ΓΡΟΤ|ΤΟΣ in aere esse iterata collatione exploratum est. Sed nolo cum editore Francogallo Γρόττος legere, cuius nominis rationem video nullam; immo lenissima medela Πρόττος, hypocoristicum legitime a Πρότιμος derivatum, reposui. 6 Supplementum

10 σανδρος, | καὶ ἀτέλειαν[7]· βόλαρχος ἓς[8] Σπ||νθαρος Σιτύλο ʿυιὸς Φοιτιᾶς[9].

non plane certum. 7 Finem tituli primus editor sic legit: καὶ ἀτέλειαν Βούλαρχος ἔσσπ[ε] οαροσσιτύλο υἱὸς Φοιτιᾶς. Sed aoristus ἔσσπε pro εἶπε inauditus est et incredibilis, quare B. et nos καὶ ἀτέλειαν a reliquis separanda iudicavimus, ut huius privilegii mentionem supra incuria omissam hic supplevisse statueremus sculptorem; reliqua vero magistratus eponymi mentionem interpretati sumus, quae solet quidem praemitti eiusmodi instrumentis, sed aliquando etiam subiungitur, veluti in eadem Stratiorum civitate I. G. Sept. III, 443, 9. 445, 11. 8 ἧς Dorice pro ἣν. Verbi substantivi usus in eiusmodi temporis definitionibus antiquioris aetatis est, cf. C. I. Att. I, 237, 36 Σοφοκλῆς Κολωνῆθεν ἑλληνοταμίας ἦν. 240, 4 Αἰσχύλος Ἐλευσίνιος ἑλληνοταμίας ἦν. 247, 5 ἑλληνοταμίας ἦν Φιλέταρος Ἰκαριεύς. 9 Phoetias oppidum Acarnanicum huius decreti aetate non sui iuris fuisse, sed partem civitatis Stratiorum, hinc apparet. Nam cum privilegium ab hoc populo tribuatur, magistratus qui subscribitur nullo modo communis Acarnanum esse potest, sed Stratiorum. Postea sane suam rempublicam habuisse Phoetianes ex I. G. Sept. III, 445, 11. 513, 4 apparet, unde simul discimus genetivum Φοιτιᾶνος fuisse, cuius nominativum sane Φοιτιάν potius quam Φοιτιᾶς esse exspectaveris. Stephanus Byzantius, qui s. v. Φοιτίαι ethnica Φοιτιεὺς καὶ Φοίτιοι enumerat, hic ut persaepe titulorum testimoniis redarguitur.

479 Lapis inventus Ilii, delatus Constantinopolin in museum. Ed. G. Cousin Bull. de corr. Hell. IX (1885) p. 161. (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 395 n. 527.)

Τεισάνδρωι, Αἰσχίνηι, Χαρόππηι, | Νικασιδίκωι Ἀριστοξένου
παισὶ Τε|νεδίοις προξένοις καὶ εὐεργέταις | αὐτοῖς καὶ ἐγγόνοις
5 Ἰλιεῖς ἔδοσαν || ἀτέλειαν πάντων· καὶ ὃς ἂν ὠνῆται | παρὰ
τούτων ἢ πωλῆι πρὸς τούτους, ἀ|τελὴς ἔστω τοῦ τέλους· ἐὰν δέ
τις | πράξηται, δεκαπλοῦν ἀποδότω τὸ τέλ|ος τοῖς προξένοις[1].
10 εἶναι δὲ καὶ ἀσυλία||ν αὐτοῖς καὶ ἐν πολέμωι καὶ εἰρήνηι | καὶ
ἔνκτησιν καὶ γῆς καὶ οἰκιῶν καὶ ἄλ|λου ὅτου ἂν θέλωσιν ἐπ'
ἀτελείαι, κ|αὶ Ἰλιείας[2] εἶναι καὶ εἰς φυλὴν εἰσιόντα|ς ἣν ἂν
15 θέλωσιν· καὶ ἂν ὑπό του ἀδικῶν||ται ξένων, ἐξεῖναι συλᾶν ἐκ
τῆς Ἰλιά|δος, συνλαμβάνειν δὲ καὶ τὸ κοινὸ|ν τὸ Ἰλιέων. παρα-

Litterae Ionicae volgares. 1 Quae hic de immunitate et de poenis eorum qui eam neglexerint leguntur, singularia sunt. 2 Cf. n. 133[4].

καλεῖν δὲ καὶ ἐν τοῖς Παναθηναίοις[3] εἰς προεδρίαν ὀνομασ|τεῖ[4]
20 πατρόθεν καὶ αὐτοὺς καὶ ἐγγόνους. ‖ εἶναι δὲ αὐτοῖς καὶ ἐν
πρυτανείωι σίτη|σιν. ἐὰν δέ τις τούτων τι λύηι, κατάρα|τος ἔστω.

3 Eadem sine dubio panegyris Minervae Iliadis intellegenda est, cuius mentio fit n. 169, 5 sqq. 503, 2. Sane ea non unius populi Iliensis fuit, sed communis complurium civitatium Troadis et Hellesponti, sed Ilii habebatur, ut nihil impediret quominus Ilienses hominibus de se bene meritis per illas ferias proedriae honorem concederent. 4 Cf. n. 169, 51.

---

480 Stela lapidis calcarii, fracta supra, ubi ante hunc titulum unus exstat versus alius inscriptionis, et infra, laesa ab utroque latere, inaedificata Magnesiae ad Maeandrum in muro Byzantino inter forum et templum Dianae. Ed. O. Kern Inschriften von Magnesia p. 5 n. 7*b*.

Ἔδωκαν[1] Μάγνητες Φωκαιεῦσιν, ἀ[τέ|λειαν] εἶναι Φωκαιεῦσιν ἐμ
Μαγνησίαι ἁπ|[άντων] ἐξάγοντας[2] ὅσα ἂν ε[ἰς] τὸν ἴδιο[ν | οἶκ]ον
5 [ἐ]ξάγωσιν[3]· εἶναι δὲ καὶ εἰσαγωγὴ[ν ‖ καὶ ἐ]ξαγωγὴν Φωκαιεῦσιν
εἰς Μαγνησί|[αν] καὶ ἐμ πολέμωι καὶ ἐν εἰρήνη ἀ[συ|λ]εὶ καὶ
ἀσπονδεὶ καὶ ἔφοδον ἐπὶ τὸ κοι|[νὸ]ν πρώτοις μετὰ τὰ ἱερά,
10 ἐπάγ|[ειν] δ' αὐτοὺς τοὺς προέδρους ‖ [ε]ἰς τὴν ἐκκλησίαν, εἰσ-
κηρύσ|[σει]ν δὲ καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσιν εἰς | [πρ]οεδρίαν. ἐὰν δέ τις
Φωκα[ιέ|ων ἐ]νοικῆι ἐμ Μαγνησί[αι, εἶναι | αὐ]τῶι γῆς καὶ
15 οἰκίας ἔ[γκτησιν ‖ κ]αὶ τῶν ἄλλων αὐ[τῶι μετεῖναι | π]άντων
ὧν καὶ τ[οῖς Μά|γ]νησιν[4], τέλη τελοῦ[ντι[5] ὅσα ὁ | Μ]άγνης τελεῖ.

1 Tres primas litteras ex parte periisse significat K. 2 Synesis non ita dura pro ἐξάγουσι, tamquam si antea ἀτελεῖς εἶναι scriptum esset. 3 Cavetur ne quis immunitatis privilegio abusus mercaturam faciat eaque re ipsis civibus damnum det. Eiusmodi restrictione opus fuisse in immunitate concedenda tam perspicuum est, ut mireris raro tale quid in titulis legi. Cf. tamen n. 178, 31 δίδωσι δὲ καὶ ἀτέλειαν — τῶν ἐπὶ κτήσει. 4 Sine dubio hoc non refertur nisi ad ius privatum; suffragiorum et honorum iure illi ut omnes peregrini carent. 5 I. e. ἰσοτελεῖς sunt, quicunque Phocaeensium Magnesiae domicilium habent.

---

481 Tabula marmoris Hymettii inventa Athenis in arce. Ed. Lolling Sitzungsberichte der Akademie der Wissensch. zu Berlin 1887

p. 1069 (A. Wilhelm Hermae XXIV p. 331. Koehler C. I. A. IV, 2 p. 107 n. 407*e*).

----------ενη [---------- | ----------
ὁ δ]ῆμος κ[α---------- | ---------- τὴ]ν ἐλευ-
θερί[αν ---------- | ----------]μένων χρημά[των
5 ---------- ‖ --------- ἐδά]νεισεν μετὰ τὰς [----------
-----|. . . ἐπέδωκ]ε δὲ καὶ εἰς τὴν χῶσιν [τῶν λιμένων ----|. ., ὅπως ἂ]ν τὸ γε⟨ι⟩νόμενον[1] ἀνάλω[μα -------· ἀπο|σταλεὶς] δὲ καὶ παρὰ τῆς πόλεως τῆς Σ[ελευκέων[2] πρὸς τ|ὸν δῆμ]ον τά τε
10 ἐξ ἀρχῆ[ς] οἰκεῖα ὑπάρ[χοντα Σελευκ‖εῦσι]ν ἐκ προγόνων ἀνε[νε]ώσατο καὶ σ[υνεπηύξη|σε] μετὰ τῶν συμπρεσβευτῶν τὰ φιλ[άνθρωπα τὰ πρὸ|ς ἀ]λλήλας ταῖς πόλεσιν, ἐφ' οἷς πάλιν [ἐστεφάνωσεν | αὐ]τὸν ὁ δῆμ[ο]ς· καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ [καιροῖς διετέλει] | φροντίζων τῆς πόλεως ὡσανεὶ ὑπὲ[ρ τῆς πατρίδος·] ‖
15 ὅπως ἂν οὖν ἐφάμιλλον ε[ἶ] εὐεργετε[ῖν πᾶσιν, εἰδό]σιν ὅτι καὶ ὁ δῆμος, καθάπερ αὐτῶ[ι πάτριόν ἐστιν,] | δώσει τὴν προσήκουσαν ἑκάστ[οις χάριν, ἀγαθεῖ] | τύχει, δεδόχθαι τεῖ βουλεῖ, τοὺς π[ροέδρους οἵτινες] | ἂν λάχωσιν εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐ[κκλη-
20 σίαν χρηματίσαι] ‖ περὶ τούτων, γνώμην δὲ ξυμβά[λλεσθαι τῆς βουλῆς] | εἰς τὸν δῆμον ὅτι δοκεῖ τεῖ [βουλεῖ, ἐπαινέσαι μὲν] | Ἀριστοκρέοντα[3] [Ν]αυσικρά[τους Σελευκέα καὶ στεφα]|νῶσαι αὐτὸν θαλλοῦ στεφάν[ωι ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ] | φιλοτιμίας τῆς εἰς τὴν
25 βουλ[ὴν καὶ τὸν δῆμον τὸν] ‖ Ἀθηναίων. εἶναι δὲ αὐτὸν [καὶ πρόξενον τοῦ δή]|μου καὶ τοὺς ἐγγόνους αὐτ[οῦ, καὶ εἶναι αὐτῶι] | τε καὶ ἐγγόνοις καὶ ἔγκτη[σιν οἰκίας τιμήμα]|τος XXX, γῆς δὲ TT[4]. ὑπ[άρχειν δὲ αὐτῶι καὶ εἰς] | τὸ λοιπὸν τήν τε εὔνοιαν

Litterae volgares praeter Ξ, non dispositae στοιχηδόν. Supplementa pleraque Wilhelmi sunt. 1 ΓΕΙΝΟ. Aoristum restituit Koe., I errore additum sumens, cum W. hoc inter antiquissima praesentis per ει scripti exempla habendum existimasset. 2 Σ_ in lapide esse testatur L., qui supplevit probante Koe. Σ[ολέων] Wi. propter eam quam de Aristocreontis rebus conceperat opinionem. Cf. not. 3. 3 Chrysippi philosophi sororis filium (Diog. Laert. VII, 185. H. v. Arnim ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 1 p. 942) hic agnovit Wilamowitz apud Wi., tam acute quam probabiliter. Neque est cur propter veriorem ethnici lectionem (not. 2) hanc sententiam missam faciamus. Nihil enim habet miri, illa praesertim aetate, mulierem Solensem non civi nupsisse, sed homini ex vicina urbe Seleucia ad Calycadnum (cf. 472[3]) oriundo. 4 Etiam in nonnullis aliis decretis honorariis talem modum adhiberi ἐγκτήσεως privilegio monuit Wi., neque

30 [καὶ τὴν ἀρετὴν ἴσην] ‖ παρεχομένωι καὶ ἄλλο ἀγ[αθὸν μεῖζον εὑρέσθαι παρὰ] | τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου, [οὗ ἂν δοκῆι ἄξιος εἶναι.] | ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφ[ισμα τὸν γραμματέα τὸν] | κατὰ πρυτανείαν ἐν στ[ήληι λιθίνηι καὶ στῆσαι] | ἐν ἀκροπόλει,
35 τὸ δὲ γενό[μενον ἀνάλωμα εἰς τὴν ‖ π]οίησιν τῆς στήλης κα[ὶ ἀνάθεσιν μερίσαι τὸν τα|μί]α[ν] τῶν στρατιωτικῶν [καὶ τοὺς ἐπὶ τεῖ | διο]ικήσει.

tamen summas pecuniae ubique easdem esse. Cf. C. I. Att. IV, 2 p. 117 n. 451 *b*, 3: [δεδόσθαι δὲ αὐτῷ καὶ γῆς ἔγκτησιν μέ]χρι ταλάντου τιμῆς, οἰκίας δὲ μέχρι τρισχ[ιλίων δραχμῶν]. II, 380, 27: ὑπάρχειν δ' αὐτῷ καὶ ἔγκ[τησιν οἰκίας μὲν ἐντὸς τάλαν]του, γῆς δὲ δυεῖν ταλάντ[οιν]. Similia etiam C. I. Att. II, 369, 2 sq. 370, 2 sq. IV, 2 p. 131 n. 513 *i*, 10 sqq. fuisse ex spatiorum rationibus demonstravit Wilhelm.

---

482 Spartae. Edd. Kumanudis Ἀθηναίου I p. 253. P. Foucart ad Lebas Meg. et Pel. 194 *d* (p. 144) (Syll.[1] 321. A. Fick ap. Collitz Gr. Dialektinschriften II p. 12 n. 1379. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 238 n. 312).

Ἐπὶ ἱεραπόλου[1] τοῖ Ἀπόλλωνι τοῖ Ἀ|κτίοι[2] Θευδότου τοῦ Σώ-τωνος Ἀνα|κτοριέος, γραμματέος δὲ τᾶι βου|λᾶι Κλεάνδρου τοῦ
5 Λυκίσκου Ἀνα‖κτοριέος, προμνάμονος[3] δὲ Σωπά|τρου τοῦ Σωτίω-νος Ἀνακτοριέος, | καὶ συμπρομναμόνων Ἀριστάν|δρου τοῦ Ἀρ-
10 χεστράτου Θυρρείου[4], | Ἀλεξιμάχου τοῦ Καρδαμίωνος Λι‖μναίου,

Titulus incisus post Leucadios ex societate Acarnanum dimissos (167 a. Chr.), sed ante foedera gentium Graecarum a Romanis dissoluta (146 a. Chr.). 1 Idem foederis Acarnanici eponymus magistratus est in titulis similibus I. G. Sept. III, 513. 515. 517. F. 2 In Apollinis Actii tutela fuisse foedus Acarnanum cum ex nummis eorum (Catalogue of Greek coins in the British Museum, Thessaly to Aetolia p. 168 sqq.) tum inde intellegitur, quod decreta Acarnanum omnia praeter hoc (I. G. Sept. III, 513—517) in parietinis templi Actiaci inventa sunt. F. 3 Obscuram esse huius magistratus naturam iure dicit F. Sed nescio an ex nominum ipsorum compositione probabiliter conicere liceat, cum universus senatus βουλή diceretur, singulos senatores μναμόνων nomine usos esse, ex eis qui ad tempus cotidiana senatus negotia peragerent προμνάμονας. Ex quibus qui concilio praefuit cum hoc ipsum decretum fieret, singillatim primo loco recensetur, sequuntur eius collegae (συμπρομνάμονες), ut in plebiscitis Atticis πρόεδρος ἐπιψηφίζων et συμπρόεδροι commemorari solent. 4 Huius civitatis nomen apud scriptores Graecos Latinosque varios in modos corruptum (Θούριον, Θύριον, Θύρεον) sic constanter

Φιλιστίωνος τοῦ Δεξάν|δ[ρ]ου Ματροπολίτα, μηνὸς Κουρο|τρόπου[5]· ἔδοξε τᾶι βουλᾶι καὶ | τοῖ κοινοῖ τῶν Ἀκαρνάνων, προξένους | 15 εἶμεγ καὶ εὐεργέτας τοῦ κοινοῦ ‖ τῶν Ἀκαρνάνων[6] κατὰ τὸν νόμον Γό[ρ]]γιν Ἀλκαμένεος, Δαμαισίδαν Ἀν|δροβόλου, Λαχάρη Ἐπηράτου Λακε|δαιμονίους, αὐτοὺς καὶ ἐκγόνους, | καὶ εἶμεν 20 αὐτοῖς ἀσφάλειαγ καὶ ἀ‖συλίαγ καὶ πολέμου καὶ εἰράνας, | καὶ γᾶς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν καὶ | τὰ ἄλλα τίμια καὶ φιλάνθρωπα πάν|τα ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις | καὶ εὐεργέταις τοῦ 25 κοινοῦ τῶν Ἀ‖καρνάνων ὑπάρχει.

---

scribitur cum in titulis (praeter hunc n. 327, 9. I.G. Sept. I, 188, 11. III, 484, 2) tum in nummis, qui Θυρρέων et Θυρρήων habent (Catalogue of Greek coins in the British Museum, Thessaly to Aetolia p. 192 sq.). Foucart ad Lebas n. 17. Locum vici hodierni ἅγιος Βασίλειος tenebat (E. Oberhummer Akarnanien p. 197). 5 Mensis nomen etiam I. G. Sept. I, 513, 6 est, ubi Boeckhius iniuria emendavit Κουρόπου. F. 6 Rarius a gentibus aut societatibus quam a singulis civitatibus decernitur proxenia. Cf. 291, 8. 10.

---

483 Tabula ahenea, inventa Dodonae. Litterae punctis expressae. Ed. Karapanos Dodone et ses ruines p. 52, tab. XXVIII n. 2 (Syll.[1] 322. A. Fick ap. Collitz Gr. Dialektinschriften II p. 5 n. 1340. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 240 n. 316).

[Θεὸς τ]ύχα ἀγαθά· | [Ἐπὶ π]ροστάτα Λευ|[κ]άρου[1], ἀφικομέ- 5 νω|ν Ἱπποσθένεος, Τει‖[σία][2], Ἕρμωνος, Σελί|νιος, ἔδοξε τοῖς | 10 Μολοσσοῖς[3] προ|ξενία[ν] δόμειν[4] | τοῖς Ἀκραγαντί‖νοις[5].

Litterae volgares. 1 Supplevit F.; olim scripsi Λευ[χ]άρου (i. e. Λεωχάρους), sed id cum dialecto pugnat; cf. v. 4 Ἱπποσθένεος. Ceterum προστάτας est annuus Molossorum magistratus, cuius nomine anni significari solent (cf. n. 838, 3). 2 Τειχέρμωνος K., quo de nomine valde dubito, etsi quid fuerit non plane certum est. 3 Cf. 482[6]. 4 Tales infinitivi praeterea non inveniuntur nisi in titulis Rhodi vicinarumque insularum. Cf. 449, 3. 4. 450, 36. 491, 12. 33. 560, 5. 13. 19. 800, 2. 5 Privilegia quae plerumque singulis hominibus peregrinis propter insignia eorum de civitate merita tribui solebant interdum etiam integris populis decreta esse complura exempla docent: De proxenia praeter hunc titulum cf. 484, de immunitate 487, de promantia Delphica 488. Sed haec omnia inferioris aetatis sunt.

---

484 Delphis in muro substructionum templi. Ed. B. Haussoullier Bull. de corr. Hell. V (1881) p. 398 n. 7 (Syll.[1] 323.

Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 211 n. 262). Cf. quae exposuerunt H. Pomtow Jahrb. f. Phil. CLIII (1896) p. 758 not. 137 et A. Wilhelm Gött. gel. Anz. 1898 n. 3 p. 225.

Ἔδοξε τᾶι πόλει τῶν Δελφῶν σὺν ψάφοις ταῖς ἐννόμοις· ἐπειδὴ παραγενόμενος | εἰς τὰν πόλιν ἁμῶν Μητροφάνης Μενεκράτεος[1] θεοπρόπος[2] καὶ πρεσβευτὰς | παρὰ τοῦ δήμου τοῦ Σαρδιανῶν τά τε ⟨τά τε⟩ ὑπάρχοντα Δελφοῖς φ[ιλ]άνθρωπα | ἐκ παλαιῶν χρόνων ποτὶ Σαρδιανοὺς ἀνανεοῦται καὶ ἐνφανίζει ἂν ἔχοντι ‖ εὔνοιαν πάντες ποτὶ τὰν πόλιν τὰν ἁμετέραν, | ἀγαθᾶι τύχαι, δεδόχθαι ἐπαινέσαι τὸν δᾶμον τὸν Σαρδιανῶν ἐπὶ τᾶι εὐνοίαι | ἂν ἔχει ποτὶ Δελφούς, καὶ ὑπάρχειν αὐτοῖς τὰν δεδομέναν ἐξ ἀρχᾶς παρὰ τᾶς | πόλιος τᾶς Δελφῶν προμαντείαν καὶ ἀτέλειαν καὶ προεδρίαν καὶ τἄλλ' ἃ | καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις. εἶμεν δὲ καὶ τὰν πόλιν τῶν Δελ[φῶν] ‖ πρόξενον[3] τᾶς πόλιος Σαρδιανῶν, καὶ ἐπειδὴ ἀξιοῖ Ματροφάνης ἀποδε[ῖξαι] | τὸ[ν] προθύσοντα[4] διὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν πρόξενον[5] Σαρδιανοῖς, οὐ δυνατ(ῶν) ὄντων[6] [αὐ]|τῶν πλείον[ο]ς χρόνου παραγενέ(σσ)ται[7]

Litterae volgares, quas Pomtow Jahrb. f. Phil. CXLIX (1894) p. 526 ab H. non ab omni parte recte exhiberi monet. ΟΘΩ reliquis litteris minores, πῖ semel ⊓ est, semel Π, praeterea semper Γ. 1 Ipsi Matrophani proxenia decernitur alio plebiscito, edito apud Wescher-Foucart n. 452 et Bull. de corr. Hell. V p. 402 n. 8. Id Anaxandridam archonta habet, cuius annus etsi accurate definiri nequit, tamen quinque senatorum numerus eum tertii a. Chr. saeculi esse demonstrat (cf. n. 466[1]), id quod confirmatur litteratura tituli (v. supra). Pomtow. 2 Qui mittitur ad oraculum consulendum. Cf. 660, 8. H. 3 Magistratus Delphorum iura et officia proxenorum totius civitatis nomine in se recipiunt, quia proxenus privatus Sardianorum non erat, neque tamen sine proxeno sacra facere poterat legatus eorum (cf. not. 5). Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 191 in catalogo proxenorum Delphicorum legitur ἐν Κυφαίρᾳ ἁ πόλις. Cf. etiam n. 483. 4 προθύειν hic idem est, quod alibi κατάρχεσθαι. H. 5 In fanis publicis nulli nisi civi sacra facere licebat (μὴ ἐξεῖναι κατάρχεσθαι εἰς τὸ Ἡραῖον ξένῳ μηδενί 565, 3), aut certe peregrino tum modo permittebatur, cum civis aliquis illa '*prima libamina*' deo obtulerat (ἦν ξένος ἱεροποιῇ τῷ Ἀπόλλωνι, προιερᾶσθαι [i. e. προθύειν, κατάρχεσθαι] τῶν ἀστῶν ὃν ἂν θέλῃ ὁ ξένος 627, 6. Thuc. I, 25, 4: οὔτε γὰρ ἐν πανηγύρεσι ταῖς κοιναῖς διδόντες (Κερκυραῖοι Κορινθίοις) γέρα τὰ νομιζόμενα οὔτε Κορινθίῳ ἀνδρὶ προκαταρχόμενοι τῶν ἱερῶν κτλ.). At Delphis non, ut Mileti, unicuique civi id concedebatur, sed proxeno eius civitatis cuius erat peregrinus faciendum erat. H. 6 Emendavi. ΔΥΝΑΤΟΝΤΩΝ lapis, quod H. fortasse errore pro ΔΥΝΑΤΟΥΝΤΩΝ scriptum dicit. At ἀδυνατεῖν Graecum est, δυνατεῖν non item. 7 ΠΑΡΑΓΕΝΕ.ΥΤΑΙ. Supplevi et emendavi. De στ pro σθ cf. 426[12].

εἰς τὸ μαντεῖον διὰ τὰς αἰτίας | [ἃ]ς ἀπελογίσατο Ματροφάνης, προθύειν αὐτῶι τὰν πόλιν.

---

485 Delphis in muro substructionum templi. Ed. B. Haussoullier Bull. de corr. Hell. V (1881) p. 404 n. 14 (Syll.[1] 325. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 225 n. 290).

Στραταγέοντος Τιμαίου[1] ἔδοξε τοῖς | Αἰτωλοῖς· μηθένα τῶν ἐν Δελφοῖς συνοί|κων[2] ἀτελέα εἶμεν, εἴ κα μὴ δοθῆ[ι] παρὰ | τᾶς πόλιος τῶν Δελφῶν ἀτέλεια· καὶ εἴ ‖ τινοις ἔμπροσθεν [ά] ἀτέλεια γέγονε | μὴ δόντων τῶν πολιτᾶν, ὑποτελεῖς | εἶμεν, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ σύνοικοι[3].

Litterae volgares praeter Ξ. 1 Cum proxime hoc decretum a dextra et ab inferiore parte quattuor tituli anni 194/3 a. Chr., a superiore parte unus anni 186/5, alter anni 188/7 a. Chr. incisi sint, H. hunc quoque titulum initio alterius a. Chr. saeculi exaratum esse verisimile iudicat. Ipse tamen testatur, eam esse titulorum dispositionem, ut nihil obstet, quin hunc primum inscriptum, postea demum alios additos statuamus. Quare fieri certe potest, ut Timaeus praetor idem sit de quo dixi 234[1]. 2 Inquilinis, qui alibi μέτοικοι aut πάροικοι vocantur. 3 Memorabile est, Aetolorum concilium de Delphorum rebus publicis decernere. Eodem recte H. rettulit, quod in titulis manumissionum etiam si manumissor Delphus sit, tamen una cum archonte Delphico nonnumquam praetor Aetolus inscribatur; cf. Wescher-Foucart 310. 324. 329. 376. Bull. de corr. Hell. V p. 410 n. 17. p. 415 n. 25. Verum post annum 191 a. Chr. nullum iam invenitur eiusmodi exemplum (Hermae XXXII p. 179). Sane Delphi per omne dominationis Aetolicae tempus in Amphictionum concilio duo suffragia separata ab illis habebant (n. 215, 4. 237, 3. 248, 2. 249, 3). Verum hoc dignitati oppidi quo Amphictiones conveniebant concessum non impedire videtur, quominus civitatem tum Aetolorum sympolitiae interfuisse statuamus.

---

486 Stela marmorea cum aëtomate, inventa in Asclepieo Epidauriorum. Postremos versus ed. J. Baunack Aus Epidauros p. 10, totum titulum Cavvadias Fouilles d'Epidaure p. 73 n. 233 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 170 n. 175). Versum ab eo errore omissum suppleverunt J. Baunack Philologus 1895 p. 44 et Chr. Blinkenberg Nordiskt Tidskrift for Philol. X p. 276. Cf. A. Wilhelm Gött. Gel. Anz. 1898 n. 3 p. 223.

Litterae volgares Ionicae dispositae στοιχηδόν; titulum altera quarti a. Chr. n. saeculi parte incisum ex litteratura collegit C.

Θεός, τύχα ἀγαθά. Ἔδοξε τοῖς | Ἐπιδαυρίοις, Ἀστυπα[λ]αιεῦ|-
5 [σ]ιν, ἀποίκοις Ἐπιδαυρίων | ἐοῦσιν[1] καὶ εὐεργέταις, ἀτέ||[λ]ειαν
εἶμεν πάντων καὶ ἀσυ|λίαν καὶ ἐν (ε)ἰράναι καὶ ἐν πο|λέμωι καὶ
κατὰ γᾶν καὶ κατὰ | θάλασσαν, καὶ τὰ ἱα[ρεῖ]α[2] τὰ | τῶν
10 Ἀστυπαλ[αι]έων πέμπεσ||[θα]ι σὺν τᾶι τῶν Ἐπιδαυρίων | [πομ]-
πᾶι καὶ θύεν τοῖς θεοῖ[ς | τοῖς][3] ἐν Ἐπι[δαύρωι ------].

1 Scymnus peripl. 551 Megarensium potius colonos dicit. 2 Supplevi. ἱα[ρώμ]ατα τὰ Cav. Sed cum syllabam τα semel, non bis in lapide esse testentur Bl. et Baun., volgare nomen reposui pro inaudito. 3 [βοῦν] aut [ἄρνα] fuisse coniecit C.; sed obiectum verbi θύεν eae potius Astypalaeensium victimae sunt, quae ante ut Epidauri in pompa ducerentur praeceptum est. Suppleverunt Blinkenberg et P. Foucart ap. Michel in addendis.

---

487 Tabula marmoris candidi cum aëtomate inventa in insula *Poro* (Calauria), delata Athenas. Edd. Boeckh Annali dell' Inst. arch. Rom. 1829 p. 155 (Opusc. VI p. 385). Stephani Mélanges gréco-romains I p. 118 sqq. Rangabé Ant. Hell. 740 (Syll.[1] 326. W. Prellwitz ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III p. 179 n. 3378. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 171 n. 177).

Σιφνίοις ἀτέλεια[1] ἐγ Κα|λαυρέαι κατὰ τὰ πάτρια.
5 Ἐπὶ Θεοφείδεος ταμία, ἔδο|ξε τᾶι πόλι τᾶι Καλαυρεα||τᾶν, ἐπαι-
νέσαι τὰμ πόλιν | τὰν Σιφνίων, ὅτι διατελεῖ | εὔνους ἐοῦσα τᾶι
πόλι τᾶι | [Καλαυρεατᾶν ----]

Litteratura Ionica volgaris, quam St. quarti a. Chr. n. saeculi esse iudicat. 1 Utrum ad portoria haec immunitas referenda sit, an ad liturgias aliaque onera quibus liberentur Siphnii qui Calaureae domicilium habeant, diiudicari non potest quia ipsum decretum intercidit. B.

---

488 Delphis in muro substructionum templi Apollinis Pythii. Ed. E. Curtius Anecdota Delphica p. 81 n. 56 (Syll.[1] 327. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 218 n. 272).

Θεο[ί]. | Δελφοὶ ἔδωκαν προμαντεία[ν Ἀλε]||ξανδρειεῦσι τοῖς ἀπ'
5 Αἰγύπτου, βασι[λεύ]|οντος Πτολεμαίου τοῦ Πτολεμαίου βα[σι]||λέως[1],

Litterae volgares praeter Σ. 1 Ptolemaeus II Philadelphus (285—247 a. Chr.).

ἄρχοντος Ἀρισταγόρα[2], βουλευόντων | Χαριξένου[3], Ξένωνος, Θευδωρίδα.

2 Idem nomen archontis Delphorum habes ap. Wescher-Foucart Inscr. rec. a Delphes 3, 1 in recensu eorum qui Soteria vicerant. Quas tabulas ab anno 270 a. Chr. certe non magno temporis spatio distare constat (cf. n. 691[1]). Neque ullam video causam cur hic alium cognominem quam eundem qui illic est archonta agnoscere malimus. 3 Charixenus Delphus n. 281, 4. 17 (192/1 a. Chr.) necessario ab hoc distinguendus est propter temporum rationem.

1 Boeckhius αἰ emendandum putavit. Sed etiam in altero titulo Villoisonus H exhibet, quem utrobique errasse eo minus probabile est, quia ἢ in enuntiatis interrogativis pendentibus etiam in oraculis Dodonaeis invenitur (n. 794, 3. 796, 1. 797, 3. 798, 1. 800, 1). 2 ΛΗΝΑΙΟΒΑΚΧΙΟΝ Vill. At neque nomen mensis Ληναιοβάκχιος ullum sui simile habet in tota Graecia, et Ἰοβάκχιον mensem Astypalaeensium novimus ex titulo Bull. de corr. Hell. VIII (1884) p. 26: Ἀσ[τυπα]λαιεῖς ἐδάνεισαν τᾷ πόλει τᾷ Ἀρκεσινέων — ἔς τε μῆνα Ἰοβάγχιον· ἐὰν δὲ μὴ ἀποδῶσιν Ἀρκεσινεῖς ἐν μηνὶ Ἰοβαγχίῳ κτλ. Vides etiam illic addi appellativum μῆνα. Quare hic lenissima medela verum restitui Deutsche Litteraturztg. 1891 n. 19 p. 701. 3 ΣΤΕΦΑΝΩΙ.

503 Tabula fracta a sinistra et ab inferiore parte, in domo Graeci cuiusdam in vico *Dermendjik* prope locum ubi fuit Parium. Edd. Ph. E. Legrand Bull. de corr. Hell. XVII (1893) p. 550 n. 48; ex eius apographo M. Holleaux Revue des études Grecques IX (1896) p. 1 sqq.

[Δόγμα τὸ γενόμενον ὑπὸ][1] τῶν συνέδρ|[ων[2] ἐν τῆι τῶν Πανα-
θην]αίω[ν][3] πανηγύ|[ρει.]

Litterae Ionicae volgares praeter ΘΣ, non dispositae στοιχηδόν. 1 Supplevi. [ἔδοξε τῆι ἐκκλησίαι] τῶν συνέδρων Holl. At neque usitatum est synedrorum conventum ἐκκλησίαν vocari, neque ἔδοξεν hic locum habet, cum v. 3 γνώμη τῶν συνέδρων fuerit. Etenim haec verba indicio sunt, illinc demum tenorem decreti incipere, ut v. 1. 2 argumenti indicem praemissum esse appareat. 2 Synedri sunt civitatium foederatarum, quibus Minervae Iliadis sacra curae erant. Parianos ei consilio interfuisse hic videmus, de Lampsacenis et Gargarensibus idem discimus ex n. 169, 2. 59, de Iliensibus ex n. 479, 18. Quamquam de his quidem, quorum in oppido delubrum situm erat et panegyris habebatur, vix opus erat testimonio. Horum populorum συνέδριον et σύνεδροι cum in titulo 169 identidem commemorantur, tum in aliis; cf. C. I. G. 3601, 7. 9. 13. 20. 3604, 7. Holl. 3 Supplevit Holl.

5 [Ἀγαθῆι τύχηι· γνώμη τ](ῶ)ν συνέδρ(ω)ν[4]· ἐπ‖[ειδὴ -------
-------]ζου τοῦ Ζωπύρου | [Παριανός, κατασταθ]εὶς ὑπὸ τοῦ
δήμο|[υ τοῦ Παριανῶν] ἀγορανόμος[5] εἰς τὰ | [νέα Παναθή](ν)αια[6]
10 ἐπὶ ἀγωνοθετῶ|[ν τῶν περὶ . . . .]όδωρον[7] Λυκόφρο‖[νος, φιλοτί-
μως] καὶ δικαίως ἠγορ|[ανόμησε μετὰ τῶν συ]ναρχόντων[8] τῆ|[ς
τε τῶν σίτων παρ]ασκευῆς ἐφρόντισ|[εν, ὅπως ὡς εὐτελέσ]τατα
15 ὠνῶνται οἱ ἐν|[δημοῦντες, καὶ] περὶ τῶν ἄλλων ὠνίω‖[ν τὴν
πᾶσαν ἐπι]μέλειαν ἐποιήσατ[ο, | καὶ παρέσχεν ἰατ]ρὸν τὸν θερα-
πεύσοντ|[α τοὺς ἀσθε]νοῦντας ἐν τῆ[ι] παν[ηγύ|ρει· ἐπεὶ οὖν
κα]θ[ῆ]κόν ἐστιν τὸ ψ[ηφίσ|μασι μνημονεύεσ]θαι τῶν καλῶν καὶ
20 ἀ‖[γαθῶν ἀνδρῶν, δ]εδόχθαι τοῖς συνέδροι|[ς, ἐπαινέσαι τὸν]
δῆμον τὸν Παριανῶ|[ν---------]

De Panathenaeis cf. not. 6. 4 ΟΝΣΥΝΕΔΡΟΝ apographum Legrandii. Emendavit et supplevit Holl. 5 Apparet eligi quidem agoranomum ab una civitate, eius officia vero ad commune populorum eiusque ferias Panathenaicas spectare. Id Holl. quidem sic expedire conatus est, ut inter civitates quae foederi interessent per singulas ferias in orbem iisse statueret hoc ius et officium aedilis constituendi. Sed aliud monstrant quae infra v. 11 leguntur (cf. not. 8). 6 ΚΑΙΑ Legrandii exemplum. Supplevit et emendavit Holl. Panathenaeorum et n. 479, 18 mentio fit, et in nonnullis aliis titulis, in quibus distinguuntur τὰ μικρὰ Παναθήναια (C. I. G. 3601, 11) et τὰ νέα (C. I. G. 3598, 8) vel [τὰ μεγάλ]α καὶ νέα Παναθήναια (C. I. G. 3620, 2. 3 ex certissima Holleauxii restitutione). 7 Supplevit A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX p. 70, cum Holl. ἐπὶ ἀγωνοθετῶ[ν τοῦ δεῖνος,] . . . . οδώρο[υ], Λυκόφρο|[νος] scripsisset. Illud praestat, quia sic accusativum traditum mutare non cogimur. 8 Collegium fuit agoranomorum, quos singulos singulae civitates eligebant. Sine dubio omnibus eodem exemplo a synedris laudes decretae sunt et in uniuscuiusque patria publice lapidi incisae, sed forte fortuna unum Parianum exemplar aetatem tulit.

---

504 Tabula marmoris candidi, quondam Mesambriae in muro ecclesiae, nunc Petropoli (*Ermitage*). Ex Anonymi cuiusdam Graeci (in Ἑρμῆ λογίῳ 1812 p. 48) et Blarambergii (Ephem. Odess. 1829 n. 95) exemplis edidit Boeckh C. I. G. 2053 (Syll.[1] 339), ex ipso lapide B. Latyschew Mitth. des arch. Instituts in Athen IX (1884) p. 223 n. 8.

Ἀγαθῆι τύχηι. | Ἀγορανόμοι τῆς λαμπροτάτης Μεσαμ|βριανῶν
πόλεως Αὐρ(ήλιος) Ἀσκληπιάδης Ἀ|σκληπιάδου καὶ Δημοσθένης
5 Τατᾶ βουλευ‖ταὶ παρακαλοῦσιν πάντας τοὺς κατερ|γαζομένους

τὴν πόλιν[1] ἔρχεσθαι καὶ | ἀπογράφεσθαι κατὰ τὸν νόμον τῆς | πόλεως καὶ τὸ ἔθος· εὐτυχῶς.

Litterae ZΦΠCШ. Ligaturae litterarum perfrequentes. 1 Negotiatores intelleguntur qui in urbe consistunt. B. Sane κατεργάζεσθαι τὴν πόλιν pro ἐργάζεσθαι κατὰ τὴν πόλιν soloece dictum est, sed in titulo tertii p. Chr. saeculi talia nullam offensionem habent.

---

505 Duo fragmenta inter se contingentia tabulae marmoris Pentelici, inventa Eleusine. Ed. Philios Ἐφ. ἀρχ. 1887 p. 187 n. 37. Ex Lollingii apographo Koehler C. I. A. IV, 2 p. 159 n. 614 *c*.

[Λ]υσίας Θεσβίων[ο]ς Ἐλευσίνιος εἶπεν· [ἐ]||πειδὴ Δίων[1] ἔκ τ[ε]
τῶν ἔμπροσθεν χρόνω[ν] | γραμματεύων τ[ο]ῖς ταμίαις τῶν σιτω-
5 ν[ι]|κῶν[2] καὶ τοῖς ἐπ[ὶ] τεῖ διοικήσει[3] διατε[λ]||εῖ εὔνους ὢν
Ἀθ[η]ναίων τοῖς τεταγμέν[ο]|ις Ἐλευσῖνι κα[ὶ] χρείαν παρεχό-
μενος κ|αὶ κοινεῖ καὶ ἰ[δ]ίαι φανερὰν αὐτοῦ ποι|ῶν τὴν εὔνοιαν
[ἣ]ν ἔχει πρὸς αὐτοὺς, κα|ὶ νῦν γραμματεύων τῶι ταμίαι τῶν
10 σιτω||νικῶν τὸν ἐνιαυτὸν τὸν ἐπὶ Μενεκλέου|ς ἄρχοντος[4] πο[λ]λὴν
σπουδὴν πεποίηται | περὶ τὴν τοῦ σ[ί]του δόσιν καὶ τῶν ἐκ-
κλη|σιαστικῶν[5] τῶ[ν] διδομένων ἐπὶ τὸν σῖτο|[ν· ἀ]γαθεῖ τύχ[ε]ι,
15 δεδόχθαι Ἀθηναίοις τ||[οῖς τε]ταγμέν[ο]ις Ἐλευσῖνι, ἐπαιν[έ]σα|[ι
Δίωνα κ]αὶ στ[ε]φανῶσαι αὐτὸν θαλλοῦ σ|[τεφάνωι ε]ὐνο[ί]ας
[ἕ]νεκα καὶ φιλοτιμία|[ς τῆς πρὸς αὐτ]ούς· εἶναι δὲ αὐτῶι καὶ
20 ε||[ἰς τὸ λοιπὸν φιλ]οτιμηθέντι εὑρέσθαι ἀ||[γαθὸν ὅτου ἂν δοκ]εῖ

Litterae volgares dispositae στοιχηδόν; elementi ⊙ punctum multis locis evanuit. 1 Hominem qui etiam infra v. 16 sine patris pagive significatione nominatus erat, peregrinum aut servum publicum fuisse monet Koe. 2 Pluralis non collegium significat, sed singulos annuos magistratus qui se exceperunt. Cf. v. 9. 3 Hi sane iam proximis ante Meneclem archonta (not. 4) annis plures erant. Cf. n. 194, 55. 195, 60. 197, 71. 520, 34; quare utrum unius quadriennii magistratui operam suam praestiterit Dio an pluribus deinceps in medio relinquendum est. 4 Ol. 124, 3 (282/1 a. Chr.); cf. 198[1]. 5 Dividebantur militibus tesserae (σύμβολα), quibus redditis frumentum accipiebant. Quod institutum quia a mercedis ecclesiasticae distributione (cf. n. 496[11]) ad cibaria militibus danda translatum erat, mansit his tesseris ἐκκλησιαστικῶν nomen. Koe. Philii opinio, hic de ipsa mercede ecclesiastica dici, non modo illis difficultatibus implicatur, quas ipse sensit, sed etiam cum verborum vi et conexione pugnat.

ἄξιος εἶναι. τὸ δὲ | [ψήφισμα τόδε ἀναγράψα]ι ἐν στήλει λιθ|[ίνει ----------]

---

506 Basis quadrata lapidis rubri Laconici, inventa in insula Cytheris. Ed. Kumanudis Ἀθηναίου IV p. 466 n. 25 (Syll.[1] 340).

Ὀνασίπολις γυμνα|σιαρχήσας τὸ πυρι|ατήριον[1] καὶ τὸ κόνισ|μα[2] Ἑρμᾶι.

1 Sudatorium; cf. 507[1]. 2 Idem significare videtur vox ceteroquin ignota, quod κονίστρα aut κονιστήριον. Kum.

---

507 Tabula marmoris albi inaedificata ad portam periboli monasterii Haghios Rhighinos in insula Scopelo (Peparetho). Ed. P. Girard Bull. de corr. Hell. III (1879) p. 181 (Syll.[1] 341).

Εὐκρατίδης Καλλικράτου | γυμνασιαρχήσας | ἀνέθηκεν τὸν λουτρῶνα[1].

Litterae volgares optimae aetatis. 1 Balineorum a gymnasiarchis dedicatorum haud infrequens est in titulis memoria. Praeter n. 506 cf. Hermae VII p. 113 sqq. (Sesti) v. 33: κατεσκεύασεν δὲ τόν τε λουτρῶνα καὶ τὸν ἐ[φε]ξῆς οἶκον. Collitz Gr. Dialektinschriften II p. 32 n. 1436 (Hypatae): Εὔανδρος Ἀγαθοκλέος γυ[μνασιαρ]χήσας τὰν ἐξέδραν, τὸν οἶκον, τὸν λουτρ[ῶνα καὶ τὸ ἐγ]κόνιμα Ἑρμᾷ καὶ τᾶι πόλε[ι].

---

508 Marmor quadratum erutum Deli ad templum Apollinis. In superficie caverna hemisphaerica diam. 0,51. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. III (1879) p. 374 n. 15 (Syll.[1] 342).

....η[μ]ος Διοδότου | Μαραθώνιος, ἐπιμελητὴς | Δήλου γενόμενος[1], σήκωμα | σιτηροῦ ἡμεδίμνου[2] Ἀπόλλω[νι].

Litterae ΘΓΣ. 1 Postquam Delus Atheniensibus reddita est (a. 167 a. Chr.), hi quotannis curatorem eo mittebant. 2 Agoranomi mensuras frumenti dedicare solent (Cf. n. 501. C. I. Att. III 98. Lebas-Foucart Inscr. II 241 *b*). Quod hic idem fit a curatore Deli insulae, huius quoque officium praecipue ad mercaturam spectasse conieceris. De voce σήκωμα (mensura ad normalem exacta et probata) cf. Boeckh Staatsh. der Ath. II[2] 358.

---

509 Lapis inventus prope Carystum. Edd. Bursian Archäol. Anzeiger 1856 p. 267*. Boeckh epigr.-chronol. Studien p. 176. P. Girard Bull. de corr. Hell. II (1878) p. 275 n. 1 (Syll.[1] 343. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 565 n. 658).

Ἄρχοντος Εὐαινέτου
λιμενοφύλακες[1]
Καλλίας Ἀριστοδήμου
Κτησιππίδης Κράτωνος
Νικοσθένης Κτησικλέου
Εὐτέλης [Κ]λεαρίστου
Ναυσίας Ἐπισθένου
Χαιρέας Ἀρισ[τ]ο[μ]ήδου
Αἰσχίνης Τηλεμάχου
γραμματεύς
Ἁρμόδιος Θεάνδρου
σιτώνης
Ἀντιλείδης[2] Ἐπικράτου
τοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέραι
ΗΗΗ𐅄ΔΔΔΙΙΙΙ
κῆρυξ· Ἀρίστων Ἀριστ----

Litterae volgares praeter ΘΞΣ. 1 λιμενοφύλακες Carystiorum etiam in alio titulo sunt, quem edidit F. Haase ind. lect. hib. Vratisl. 1856/7 p. 7. 2 ΑΝΤΙΑΕΙΔΗΣ Boeckh. ΑΝΤΙΛΕΙΔΗΣ Girard, qui iniuria emendavit Ἀντι(κ)λείδης. Patronymicum est a nomine Ἀντίλεως derivatum ut Στησιλείδης, item hominis Ionis insulani nomen (n. 530, 205 sqq.), a Στησίλεως (n. 588, 112 sqq.).

4. Iudicia.

510 Marmor inventum Ephesi prope flumen Caystrum fere duobus miliariis Anglicis a vico *Ajassuluk* septentrionem versus, delatum in museum Britannicum. Edd. Wood, Discoveries at Ephesus Append. 8 p. 2 n. 1. R. Dareste Nouvelle revue historique de droit français et étranger I (1877) p. 161 sqq. cum commentario pleno doctrinae et acuminis, usus ectypo chartaceo a C. Newtono accepto. (Syll.[1] 344). R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscr. juridiques Grecques p. 30 n. V. E. L. Hicks Greek Inscriptions in the British Museum III, 2 p. 107 n. CCCCLXXVII. (Th. Thalheim Gr. Rechtsalterthümer ed. 4 p. 152 n. II.) Cf. quae de titulo disputavit E. Sonne de arbitris externis p. 58 n. LXXXVII et p. 87.

Litterae volgares, sed pro omnibus fere lineis rectis arcuatas habentes, quod litteraturae genus, simillimum illi quod habes n. 314 (circiter 140 a. Chr.), omnino tertio et altero a. Chr. saeculis perfrequens est, antea et post inusitatum. Lineae horizontales, quibus legis paragraphi distinentur, in ipso lapide sunt.

-------- | οἱ δικασταί[1]. — ἐξεῖναι δὲ τοῖς δικασταῖς, ἐὰν αὐτοῖς μὴ φαίνηται δικαστικὸν εἶναι[2] τὸ πρᾶγμα ἀλλ' ὁ μὲν | γεωργὸς πλέονος τετιμῆσθαι ὁ δὲ τοκιστὴς ἐλάττονος, ἐξεῖναι αὐτοῖς τιμῆσαι ὅσου ἂν δοκῇ καλῶς | ἔχειν. — τοῦ δὲ χρέους μὴ εἶναι ἀντιτίμησιν[3]. — ἐὰν δὲ ἡ μὲν τίμησις συνομολογῆται,

---

1 Initio titulus mutilus est, sed principale certe eorum quae perierunt argumentum quale fuerit ex sequentibus collato titulo 329 perspexit D. Quem de aetate quidem, quod tituli n. 329 similitudine adductus hunc quoque Mithridatis temporibus exaratum statuebat, opinio fefellit, nam litteratura (v. supra) eum aliquanto antiquiorem arguit, ut dubitari nequeat quin Aristonici potius bellum (post a. 133 a. Chr.) formula hic identidem redeunte ὁ κοινὸς πόλεμος (not. 6) indicetur. Sic Hicks, qui recte negat ex decreto Tenio C. I. G. 2335, 7 sqq. καθ' ὃν καιρὸν ἐπιγενόμενος ὁ κοινὸς πόλεμος καὶ συνεχεῖς πειρατῶν ἐπίπλοι τὴν νῆσον οὐχ ὡς ἔτυχεν συνηνάγκασαν ὑπὸ τῶν δανείων ἐπιβαρηθῆναι (fere 100 a. Chr.) quicquam de huius tituli aetate colligi licere. At vim legis acutissime perspexit D., qui statuit eam post bellum finitum rogatam esse ut succurreretur debitoribus hypothecariis qui neque solvendo essent neque in summa omnium civium inopia emptores fundorum suorum invenire possent ut ex pretiis solutis creditoribus debita redderent. Namque ut bonis cederent creditoribus, ab eis pro illius temporis condicione exigi non poterat sine summa iniquitate, quoniam ex iure Graecorum hypotheca, si debitor solvendo non erat, utique tota ad creditorem perveniebat, etiamsi multo maioris pretii erat quam summa pecuniae debita. Quod cum in illa communi calamitate iniquum videretur, lege cautum est, ut fundi obligati aestimarentur et pro portione pecuniae debitae et pretii dividerentur inter debitorem et creditorem. Plane geminum exemplum editores inscr. iur. Gr. monstrant apud Caesarem B. Civ. III, 1, 2: *cum fides tota Italia esset angustior neque creditae pecuniae solverentur, constituit* (Caesar) *ut arbitri darentur; per eos fierent aestimationes possessionum et rerum, quanti quaeque earum ante bellum fuisset, atque hae creditoribus traderentur.* Vs. 1—8 ad aestimationem fundi et iudicium de pecunia debita spectant, sequentia ad ipsam agri divisionem. 2 Pretium fundi uterque aestimabat, debitor (γεωργός), et creditor (τοκιστής). In eis quae proxime antecedebant constitutum erat, ut iudices definirent, utrius aestimatio sequenda esset. Nunc additur, si neutri assentiri possent quia alterum nimium alterum parum pretii statuisse appareret, licere ipsis iudicibus aestimare. 3 Licet debitori cum creditor aestimavit, quanti sit ager, item aestimare (not. 2); sed in summa pecuniae debitae hoc facere debitor vetatur. Quae D. in his inesse volt '*Le résultat de leur opération* [i. e. aestimationis fundorum] *est soumis aux juges, qui peuvent le modifier d'office* (ἀντιτίμησις), *mais seulement dans l'intérêt du créancier*', id verba significare nullo modo possunt. Thalh. id indicari opinatur, licere quidem utrique etiam de summa debita τίμησιν facere, neque vero hic ut in fundi pretio permitti iudicibus, ut tertium aliquid statuant, sed utique aut creditoris aut debitoris aestimatione standum

τὸ δὲ | δάνειον διαμφισβητῆται, ἢ τὸ μὲν δάνεον [συν]ομολογῆ-
5 ται, ἡ δὲ τίμησις ἀντιλέγηται, περὶ τοῦ διαμφι||σβητουμένου τὴγ
κρίσιν εἶναι. — ἃ δ' ἂν οἱ δικασταὶ κρίνωσιν, ἀναγράψαντες
εἰς λεύκωμα οἱ εἰσ|αγωγεῖς[4] καὶ τὰς ἐπικρίσεις τὰς τῶν διαι-
τητῶν ἃς ἂν ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου συνομολογήσωσιν[5] παραδότω|-
σαν τοῖς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ πολέμου ἡιρημένοις[6]. — ὅταν δὲ παρα-
λάβωσιν οἱ ἐπὶ τοῦ κοινοῦ πολέμου ἡιρημέ|νοι τὰς κρίσεις καὶ
τὰς διαίτας, κληρούτωσαν ἐκ τῶν τριάκοντα τῶν ἡιρημένων ὑπὸ
τοῦ δήμου καθ' ἑκάστην | πενθήμερον ἄνδρας πέντε διαιρετὰς
τῶγ κτημάτων, κληρούτωσαν δὲ καὶ τοὺς τόπους ἀναγραψά-
10 με||νοι, οἱ δὲ λαχόντες διαιρείτωσαν καθ' οὓς ἂν ἕκαστοι τόπους
λάχωσιν μὴ διασπῶντες μήτε τὰ τοῦ τοκιστοῦ | μέρη μήτε τὰ
τοῦ γεωργοῦ, ἀλλὰ τὰ μέρη τέμνοντες συνεχῆ ἀλλήλοις, καὶ
ἀποδιδότωσαν τῆς γῆς τοῖς τοκισταῖς | [καὶ τοῖς γεωργοῖς κα]τὰ
λόγον ἑκατέροις τῶν ἐνόντωγ χρημάτων, συλλογισάμενοι τό τε
δάνεον καὶ τὴν τίμη|[σιν, ἀφοριζέτωσ]αν[7] δὲ ἐν τῆι διαιρέσει
τῆς χώρας ὁδοὺς πρός τε τὰ ἱερὰ καὶ πρὸς τὰ ὕδατα καὶ πρὸς
τὰς ἐπαύ|[λε]ις καὶ πε[ρὶ][8] (τ)ά(φ)ους. — ἐὰν δέ τινες διαμφισ-
15 βητήσωσιν τῆι γεγενημένηι διαιρέσει, ἐπαγγειλάτωσαν τοῖς || ἐπὶ

---

esse. Sed hoc mea quidem sententia cum praepositionis ἀντί vi conciliari nequit. 4 Athenis hoc vocabulum et in universum de magistratibus qui iudiciis praesidebant usurpabatur et magistratum quendam decem virorum significabat (Lipsius ad Meier et Schoemann Att. Proc. p. 94. C. I. Att. III 1193, 30). Ephesi proprium magistratus nomen fuisse videtur, quia aliter, cum hae lites omnes eiusdem generis sint, non intellegeretur cur magistratus ad quem deferendae essent non nominatim indicaretur. Cf. n. 511, 18. 28. 39. 42. 5 Ut Athenis, sic Ephesi quoque antequam lis ad iudicium perveniret, arbitri sententiam pronuntiabant. In qua si acquiescere volebant inter quos lis erat, id ut coram iudicibus pronuntiarent ac sic sollemniter confirmarent, lege constitutum fuisse videtur. Apparet enim vocibus ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου nullo modo neque ἡγεμόνα δικαστηρίου neque arbitros (διαιτητάς) indicari posse. Aliter D. p. 165, qui διαιτητάς aestimationi bonorum interfuisse putat. 6 Magistratus extraordinarius eo consilio constitutus, ut omnia quae communis belli causa decreta erant, perficienda curaret. Ceterum ὁ κοινὸς πόλεμος non ut Hicks voluerat bellum una cum aliis sociis civitatibus gestum significat, sed bellum quod communi civium consensu geritur cuiusque mala ac pericula ad omnem populum pertinent, cf. v. 55 τούτῳ [μὴ] εἶναι κοινὸν τὸμ πόλεμον. v. 61. 66. 71. Tha. 7 Supplevit D. διαιρείτωσαν W. 8 Woodii supplementum Hicksii collatione confirmatum est. [πρὸς] Dar., [τοὺς] nos in proëcdosi. Sed apparet, hic non ut in sacris et aquis aditum modo significari, sed circuitum. Deinde ΙΑΙΟΥΣ lapis.

τοῦ κοινοῦ πολέμου ἡιρημένοις καὶ τῶι ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου τεταγμένωι. — ὁ δὲ ἀποδεδειγμένος ἐπὶ | τοῦ δικαστηρίου ἐξαγέτω ἐπὶ τὸν τόπον, οἱ δὲ δικασταὶ ἐάν τι δοκῆι αὐτοῖς μὴ δικαίως διιηρῆσθαι ἀνισού|τωσαν κατὰ λόγον ἑκάστοις προσνέμοντες τοῦ δανείου καὶ τῆς τιμήσεως, τοὺς δὲ γενομένους ὑπὸ τῶν | διαιτητῶν[9] ἢ τῶν δικαστῶν μερισμοὺς ἀνενεγκά[τ]ωσαν οἱ διαιτηταὶ καὶ οἱ | δικασταὶ ἐπὶ τοὺς ἡιρημένους ἐπὶ τοῦ κοινοῦ πολέμου, ἀναγράψαντες τά τε ὀνό‖ματα τῶν ἀνδρῶν καὶ τοὺς τόπους καὶ τοὺς ὅρους τῶμ μερισμῶν, — οἱ δὲ ἡιρημέ|νοι γράψαντες εἰς λευκώματα παραδότωσαν τοῖς νεωποίαις[10] θεῖναι ἐπὶ τὸ ἔδεθλον[11]. | δότωσαν δὲ καὶ τῶι ἀντιγραφεῖ τούτων ἀντίγραφα, ἵν' ἐξῆι τῶι βουλομένωι τῶμ πο|λιτῶν ἐφορᾶν τοὺς γεγενημένους μερισμοὺς τῶν ἐγγαίων. καὶ κοινῆμ μὲν διαίρεσιν | ταύτην εἶναι, — ἂν δέ πως ἄλλως πρὸς αὐτοὺς ὁμολογήσωσιν[12] ὑπὲρ τῆς διαιρέσε‖ως καὶ ἀπογράψωνται πρὸς τοὺς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ πολέμου, οὕτως αὐτοῖς εἶναι ὡς ἂν ὁμο|λογήσωσι πρὸς ἀλλήλους, ἀντίγραφα δὲ λαμβάνειν τὸγ γεωργὸν τῶν τοῦ τ[οκισ]|τοῦ τοῦ αὐτῶι προσκοινωνοῦντος, καὶ τὸν τοκιστὴν τῶν τοῦ γεωργοῦ τοῦ αὐτ[ῶι προσ]|κοινωνοῦντος τιμημάτωγ καὶ δανείων[13], καὶ ἐπίτροπον ὑπὲρ ὀρφανοῦ καὶ τοὺς συ[νορφα]|νιστὰς οὓς ἂν παραλαμβάνωσιν ἕκ[αστοι·] ἄλλων δὲ μηθένα λαμβάνειν μηδὲ τοὺς ‖ ἐπὶ τούτων τεταγμένους[14] διδόναι, [μηδὲ] αὐτοὺς λαμβάνειν· εἰ δὲ μή, ἐξώλη εἶναι | καὶ αὐτὸν τὸν λαβόντα καὶ ὃς ἂν ἑτέ[ρωι δ]ῶι, καὶ ὑπόδικον εἶναι καὶ τὸν λαβόντα καὶ | τὸν δόντα ὡς ἀπειθοῦντα καὶ ἐπιβουλεύοντα τοῖς συ(μ)φέρουσι τῆς πόλεως. — ὅσοι δὲ ἐπὶ | τοῖς ὑπερέχουσι δεδανείκασιν[15], εἶναι τὴγ κομιδὴν αὐτοῖς

---

9 Arbitros (v. 6) non interfuisse divisioni, sed eam aut a divisoribus (v. 9) perfectam esse, si creditores et debitores in eorum decreto aquiescerent, aut a iudicibus, si alteruter ad hos provocasset, monuit Tha. Exspectaveris igitur ὑπὸ τῶν διαιρετῶν ἢ τῶν δικαστῶν, sive illi divisores hic minus accurate διαιτηταί vocantur, sive mero lapicidae errore bis nomina confusa sunt. 10 Magistratus permagnae in omnibus rebus quae ad cultum deae pertinebant auctoritatis. Cura litterarum publicarum in templo incidendarum aut conservandarum etiam alibi eis mandatur (Cf. 186[5]). 11 Templum Dianae Ephesiae. 12 Si privatim inter eos convenerit. D. 13 Pluralem aliquid miri habere, sed probabiliter eo referri quod plerumque idem debitor eidem creditori pro pluribus pecuniae summis separatim mutuis datis plura praedia pignori opposuerit observat Tha. 14 Magistratus (οἱ ἐπὶ τοῦ κοινοῦ πολέμου ἡρημένοι) et ipsi exempla litterarum apud se depositarum sibi conficere et aliis dare vetantur. 15 Si quando unus

ἐκ τοῦ περιόντος μέρους τῶι | γεωργῶι[16], κἂν εἷς κἂμ πλείους
35 ὦσι, τοῖς πρώτοις πρώτοις καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπεξῆς, τὸν δὲ ‖ [νό]-
μον εἶναι καὶ τούτοις καθάπερ καὶ τοῖς πρώτοις δανείσασιν· εἰ
δέ τινες | [ὑποθέ]ντες ἄλλοις κτήματα δεδανεισμένοι εἰσὶμ παρ᾽
ἑτέρων ὡς ἐπ᾽ ἐλευθέροις[17] | [τοῖς κ]τήμασιν, ἐξαπατήσαντες
τοὺς ὑστέρους δανειστάς, ἐξεῖναι τοῖς ὑστέροις | [δανεισ]ταῖς ἐξαλ-
λάξασι τοὺς πρότερον δανειστὰς κατὰ τὸν συλλογισμὸν τοῦ κοινοῦ
πο|[λέμου][18] ἔχειν τὰ κτήματα. ἐὰν δὲ ἐνοφείληταί τι αὐτοῖς
40 ἔτι, εἶναι τὴγ κομιδὴν τοῖς ‖ [δανειστ]αῖς ἐκ τῆς ἄλλης οὐσίας
τοῦ χρειστοῦ πάσης, τρόπωι ὧι ἂν δύνωνται, ἀζημίοις | [ἀπάση]ς
ζημίας. ἂν δὲ καὶ ἔγγυος ἦι, εἶναι τὴν ἐκ τοῦ ἐγγύου κομιδὴν
καθάπερ ἐκ τῶν | [τὰ μετέ]ωρα[19] ἐγγυωμένων. — ὑπὲρ τῶν
ἐγγύων τῶν ἐγγυωμένων πρὸς | [αὐτά] τὰ κτήματα. —
ἐὰμ μὲν ἴση ἦι ἡ τιμὴ τοῦ κτήματος τῶι δανείωι πρὸς ὃ | [ἂν
ἦι ἔ]γγυος, τῆι τιμήσει τῆι πρὸ τοῦ πολέμου γεγενημένηι, ἀπηλ-
45 λάχθαι τὸν ἐγγ‖[υον τῆ]ς ἐγγύης· ἐὰν δὲ πλέον ἦι τὸ ὀφείλημα
τῆς τιμῆς τοῦ κτήματος, τὸ πλέον ὀφει|[λόμενον[20] τῆς] τιμῆς
ὁ ἔγγυος ἀποτινέτω κατὰ λόγον[21], ὥσπερ οἱ ἄλλοι οἱ τὰ μετέωρα

---

idemque fundus duobus hominibus hypothecae datus est, alteri creditori pignoris loco est id quod restat priore pecuniae debitae summa a pretio totius fundi deducta (τὰ ὑπερέχοντα). D. 16 Ex ea parte praedii obligati quae restat debitori post divisionem secundum eas leges quae supra scriptae sunt cum priore creditore factam. D. 17 Cf. 426[4]. 18 I. e. secundum eam legem de qua dixi not. 1. 19 I. e. pecunias simpliciter mutuas datas sine pignore aut hypotheca. D. Qui igitur fideiussores fraudem eius, qui eundem agrum iterum hypothecae dedit simulans nondum obligatum esse, adiuverunt, ei privantur beneficio legis proxime insequentis (v. 43 sqq.). 20 Supplevi. ὀφείλημα W. D. Sed τὸ ὀφείλημα in eodem enuntiato de tota summa pecuniae debitae usurpatur. Quae si maior est quam agri pretium, id quod plus debetur (i. e. quo summa debiti summam pretii excedit) persolvat fideiussor, cui si haec lex lata non fuisset, tota pecunia quae debebatur persolvenda fuit. D. Tam iniquam legem fuisse negat Tha., qui etiam ex prioribus legibus praedem conveniri potuisse negat nisi de ea pecunia, qua summa debita pretium fundi obligati excederet. Nihil igitur beneficii extraordinarii hic praedibus concedi, nisi quod ex priore pretio, non ex eo quod per belli calamitates inminutum sit, illa differentia computanda sit. At de hoc aestimationis discrimine omnino hic nihil scriptum est, neque de iniquitate legis in praedem ex nostrae aetatis sensu existimandum est. 21 Qui in quartam partem pecuniae debitae pro debitore se obligarit, quartam partem eius summae, qua debita pecunia pretium agri excedit, persolvat, qui in dimidium, dimidiam, et sic pro portione

ἐγγυώ|[μενοι, ἐάν][22] μὴ ἐπιτετοκισμένον ἦι[23] εἰς πλείω χρόνον τῆς ἐν τῆι πράξει γεγενημένης | [ἐγγύης]. — ἐὰν δὲ ἐπιτετοκικὼς ᾖ ὁ δανειστὴς παρὰ τὴμ πρᾶξιν καὶ τὸν | [χρόνον τὸν] ὡμολογημένον ἐν τῆι πράξει, μὴ ἀποτίνειν τὸν ἔγγυον ὧι πλεῖον ‖
50 [ἦι ἐπιτ]ετοκ[ισ]μένον, ἐὰμ μὴ ἐπεσχηκὼς ἦι τὴν εἴσπραξιν[24] ὁ τοκιστὴς συμβου|[λομένου] τοῦ ἐγγύου. περὶ δὲ τούτου ἂν ἀμφισβητῶσιγ, κρίσιν αὐτοῖς γίνεσθαι | ἐπὶ τοῦ ξενικοῦ δικαστηρίου[25], ἂμ μή τι ὑπὸ τῶν διαιτητῶν συμπ[εισθῶσι][26], | τῆς δὲ δίκης ἄρχειν τὸν τοκιστήν. — εἰ δέ τις ἐπίτροπος ἐν τῆι ἐ[πιτροπῆι][27] | λαβὼν αὐτὸς ἔχει χρήματα τῶν τοῦ ὀρφανοῦ τρόπωι
55 ὁτωιοῦν, τούτω[ι μὴ] ‖ εἶναι κοινὸν τὸμ πόλεμον[28]. — ὅσοι δὲ φερνὰς ὀφείλουσι[29] θυγατρίοις ἢ [ἀ]δελφαῖς ταῖς αὑτῶν, μεμερικότες[30] ἐκ τῆς πατρώιας οὐσίας, ἢ ἐπίτροποι | ὑπὸ πατρὸς κατα-

---

reliqua. Aliter Tha., cui astipulari nequeo, quia etiam τοῖς τὰ μετέωρα ἐγγυωμένοις aliquid remissionis obtigisse opinatur, id quod pugnat cum v. 41. 22 Supplevit D. ἐγγυῶ[ντες, ἐάν] W. 23 Nisi debita summa pecuniae continentur usurae residuae maioris temporis, quam in quod fideiussio facta est. D. 24 Sc. τῶν τόκων. 25 Non tribunal Ephesium, ad quod lites peregrinorum ibi consistentium deferantur, sed iudices peregre Ephesum vocatos ad has inter creditores et debitores controversias componendas, quia civilium iudiciorum hac in re aequitati diffidebatur, hic significari viderunt So. et Tha. Ubicunque de iudiciis ad extraordinariam belli communis condicionem spectantibus dicatur (v. 1. 16), hoc ξενικὸν δικαστήριον intellegendum esse non minus quam ubi eius definita mentio fiat (v. 52. 87. 97) Tha. observat, obloquentibus sane So. et editoribus Inscr. iur. Gr. Ab hoc extraordinario peregrinorum iudicio distingui legitimas apud ordinarios iudices lites v. 78: κρίσιν αὐτοῖς εἶναι κατὰ τοὺς νόμους. Morem iudices ex aliis civitatibus advocandi frequentissimum esse apud Graecos notum est. Ipsum vocabulum collectivum δικαστήριον de eiusmodi iudicibus usurpatur I. G. Sept. I 4130, 9. ξενικὸν δικαστήριον est ap. Pollucem VIII, 62, ubi a civilibus iudiciis ad illud provocari dicitur, et Bull. de corr. Hell. V p. 102, 4 et Pausan. VII, 9, 5 ξενικά σφισιν εἶναι διδόασι δικαστήρια. Contrarium ἐπὶ τοῦ ἀστικοῦ δικαστηρίου n. 511, 32. 49. Alius generis sunt Medeoniorum ξενοδίκαι (n. 426, 38), i. e. cives qui de peregrinorum causis iudicant. 26 Supplevi. συμπ[εισθῆι] W. D. Cf. not. 5. 27 Si quis tutor pecunias pupilli habet, quas per tempus tutelae (ἐν τῇ ἐπιτροπῇ) ab illo mutuas sumpsit (λαβών) et pro quibus fundum aliquem suum pignori opposuit. Nam hoc quoque praeceptum ad ius hypothecarum spectare monuit Tha. 28 I. e. ne fruantur eis beneficiis quae debitoribus propter bellum commune legibus concessa sunt (cf. v. 61 μὴ εἶναι αὐτοῖς ὑπολογίζεσθαι τὸγ κοινὸμ πόλεμον). 29 De dote constituta quidem, sed non numerata, pro qua pater aut frater agrum oppigneravit, hic dici monuit Tha. provocans ad n. 818, 4. Cf. ibi not. 2. 30 Si dotem a patre constitutam post illius mortem frater ex bonis paternis

λελειμμένοι ἢ ὑπὸ δήμου ἡιρημένοι ταῖς ὀρφαναῖς | ταῖς ὑπ' αὐτῶν ἐπιτροπευομέναις μὴ ἀποδεδώκασι τὰς φερνὰς ἃς οἱ |
60 πατέρες ἔταξαν, ἢ γήμαντες καὶ διαλυθέντες μὴ ἀποδεδώκα||σι τὰς φερνὰς οὔσας ἀποδότους κατὰ τὸν νόμον, τούτους ἀποδιδόναι | τὰς φερνὰς καὶ τοὺς τόκους κατὰ τὰς πράξεις, καὶ μὴ εἶναι αὐτοῖς ὁπολο|γίζεσθαι τὸγ κοινὸμ πόλεμον[31], ἀλλὰ τὸ γενόμενον διάπτωμα ἀναπλη|ρούτωσαν εἰς τὴν φερνὴν ταῖς ὀρφαναῖς οἱ ἐπίτροποι ἐκ τοῦ ἄλλου οἴκο[υ] | οὗ ἂν ἐπιτροπεύωσι.

65 Ὅσοι δὲ ἐπὶ κτή[μ]ασιν δεδανεισμένοι εἰσὶν ἀπὸ Δημαγόρου πρυτάνεως[32] καὶ μηνὸς Ποσιδεῶ|νος, τούτοις τ[ὸ]μ μὲγ κοινὸμ πόλεμον εἶναι ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις, τὰς δὲ τιμήσεις εἶναι | τῶγ κτημά[τ]ων ἐν οἷς χρόνοις τὰ δάνεα καὶ αἱ πράξεις γεγόνασιν[33], ὅπως εἴ τινες κεκαρμένοις | τοῖς κτήμα[σ]ιν ἢ τῶν ἐπαυλίων καθῃρημένων συνηλλάχασιν, οὕτως αἱ τιμήσεις αὐτῶν | γίνωνται ὡς διακειμένοις συνήλλαξαν τοῖς κτήμασιν. — ὅσοι δὲ πρὸ
70 Ἀπολλᾶδος[34] || καὶ μηνὸς [Λ]ηναιῶνος πράξεις πεπράγασιν ἐναντίας τῶι κοινῶι πολέμωι[35], μὴ εἶναι τὰς | πράξεις κυ[ρ]ίας, ἀλλ' εἶναι τοὺς ὀφείλοντας τούτοις ἐν τῶι κοινῶι πολέμωι. — ὅσοι

---

sorori solvere debet, debitor excluditur beneficiis legis de bello communi; non item, si ipse frater demum patre defuncto sororem nuptum dedit et ei dotem constituit et praedio hyothecae dato firmavit. Tha. 31 Cf. not. 28. 32 Prior legis pars (usque ad v. 64) ad eas pecunias spectat, quae iam ante bellum debebantur. Nunc de eis statuitur, quae postea demum mutuae sumptae sunt. Ac belli quidem initium a mense Posideone qui fuit Demagora prytane repetitur. Atque etsi neque huius neque Apollae, Danai, Manticratis (v. 69. 72. 93. 98) prytanum anni noti sunt, tamen apparet Demagorae, Manticratis, Apollae annos hoc ordine continua quidem serie se excipere (v. 98), his omnibus vero recentiorem esse Danaum, cuius anno haec lex lata est (v. 93). Quod quoniam summa cum probabilitate lex ad bellum Aristonici relata est (cf. not. 1), haud absurde Hi. Demagorae annum 132/1, Manticrati 131/0, Apollae 130/29, Danao 129/8 a. Chr. vindicavit, ut bellum a m. Ianuario 131 a. Chr. ad Februarium 129 a. Chr. fuerit. Manticratem et Danaum etiam in nummis Ephesiorum (Mionnet Suppl. VI n. 184. 196. 237) inveniri monuit D. De prytanibus Ephesiorum eponymis idem provocat ad Waddington Expl. des Inscr. d'Asie mineure p. 60. 33 Contra in antiquioribus debitis aestimandum est, quanti fuerit fundus obligatus ante bellum (v. 44). 34 Haec declinandi ratio, quae redit v. 98, cum v. 72 ex more Ἀπολλᾶ sit, in sermone Ionum Asianorum iam satis antiquo tempore usitata fuit (cf. Δεονῦδος Roehl I. G. A. 494, 5. Εἰρηνᾶδος n. 600, 74. Ζωπᾶδος ibid. v. 139). V. Kühner-Blass Ausf. Grammatik der gr. Spr. I, 1 p. 493. 35 I. e. si qui creditores cum debitoribus hypothecariis pactiones fecerunt, quibus beneficia tum iam lege debitoribus concessa tollerentur.

δὲ ἀπὸ | μηνὸς Λη[ν]αιῶνος καὶ Ἀπολλᾶ πράξεις πεπράγασιν ἐπὶ τοῖς κτήμασιν, τούτοις δ' εἶναι | τὰς πράξε[ις] κυρίας καὶ μὴ εἶναι αὐτοῖς κοινὸν τὸμ πόλεμον, ἐπειδὴ ἐν τῶι πολέμωι διαπι|στεύσαν[τες] εἰσευπόρησαν[36], τόκους δὲ αὐτοῖς εἶναι μὴ πλείους
75 δωδεκάτων[37]. — ὑπὲρ ‖ τῶν δανε[ιστ]ῶν τῶν ἐμβεβηκότων εἰς κτήματα. — ὅσοι μὲμ πρὸ μηνὸς Ποσιδεῶνος | τοῦ ἐπὶ Δη[μ]αγόρου ἐμβάντες εἰς κτήματα[38] κατὰ πράξεις ἔχουσιν τὰ κτήματα καὶ νέμον|ται, εἶναι [αὐ]τοῖς κυρίας τὰς ἐμβάσεις, εἰ μή τι ἄλλο ἑκόντες πρὸς αὐτοὺς[39] ὡμολογήκασιν. περὶ | δὲ τῆς π[α]γκτησίας[40] ἄν τινες ἀμφισβητῶσιν, κρίσιν αὐτοῖς εἶναι κατὰ τοὺς νόμους[41]. | ὅσοι δὲ ἐμ[βε]βήκασιν ὕστερον μηνὸς
80 Ποσιδεῶνος τοῦ ἐπὶ Δημαγόρα, νεμομένων τῶν δεδα‖νεισμέν[ων τὰ] κτήματα κατὰ τὸ ψήφισμα καὶ κατηγμένων ὑπὸ τοῦ δήμου, τὰ μὲγ κτήμα|τα εἶνα[ι τῶν δα]νεισαμένωγ καὶ νεμομένων, τὰ δὲ δάνεια τῶν δανειστῶν, τοῦ μερισμοῦ | γενομένου καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις δανειστᾶς. — ἐὰν δὲ διαμφισβητήσωσιν οἱ δανεί|σαντες πρὸς τοὺς ὀφείλοντας, φάμενοι ἐμβεβηκέναι πρότερον Δημαγόρου πρυτάνεως καὶ μη|νὸς Ποσιδεῶνος, κρίσιν αὐτοῖς γίνεσθαι καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν τῶι κοινῶι πολέμωι
85 ἐβλαμ‖μένοις. — εἰ δέ τινες μὴ ἐμβάντων τῶν δανειστῶν αὐτοὶ νεμόμενοι τὰ κτήματα ἑκόντες τι | συνωμολόγηνται πρὸς τοὺς δανειστὰς μὴ βιασθέντες, εἶναι αὐτοῖς τὰ ὡμολογημένα κύρια· | ἐὰν δὲ ὁ μὲμ φῆι βεβιάσθαι ὁ δὲ μή, εἶναι αὐτοῖς κρίσιν περὶ τούτων ἐν τῶι ξενικῶι δικαστηρίωι, προ|διαιτᾶσθαι[42] δὲ

---

36 Non cum Dar. ad debitores, sed ad creditores hoc rettulit Tha., de vocis εἰσευπορεῖν notione provocans ad Diodor. XVI, 40, 1: Θηβαῖοι κάμνοντες τῷ πρὸς Φωκεῖς πολέμῳ καὶ χρημάτων ἀπορούμενοι πρέσβεις ἐξέπεμψαν πρὸς τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα παρακαλοῦντες εἰσευπορῆσαι τῇ πόλει χρήματα. 37 Annuae usurae ne excedant duodecimam partem sortis (8½ p. c.). 38 Qui praedia sibi obligata, cum debitores solvendo non essent, possederunt. 39 αὐτοὺς W. et D., quod necessario ad debitores spectaret. Sed eorum cum in protasi mentio facta non sit, commodius mihi videtur αὐτοὺς (i. e. ἀλλήλους) legere, qua voce creditores et debitores coniunctim indicantur. '*Nisi quid aliud inter eos convenerit*'. Cf. n. 546, 28 ὡς ἂν ἀλλ[ήλους] πείθωσι. 40 Lites de dominio fundorum obligatorum intellexit D. ('*S'il s'élève des contestations sur la propriété*'). Nomen cum πᾶς compositum Tha. probabiliter rettulit ad quaestionem, utrum creditori totius agri obligati dominium adiudicandum sit, an partis modo, nempe cuius pretium summam pecuniae debitae aequipararet. 41 Secundum leges communes et ad iudices ordinarios. Tha. 42 Cf. not. 5.

αὐτοὺς ἐπὶ τῶν διαιτητῶν κατὰ τόνδε τὸν νόμον. — ὅσοι δὲ ἐγκαταλιπόντες τὰ | κτήματα ἀπηλλαγμένοι εἰσίν, οἱ δε τοκισταὶ
90 γεγεωργήκασιν, εἶναι τὰ κτήματα τῶν τοκιστῶν. ‖ ἐὰν δὲ βούλωνται οἱ ὀφείλοντες, ἀποδόντες τὰ ἀνηλωμένα[43] τοῖς τοκισταῖς καὶ τόκους ἐπι|τεσσερασκαιδεκάτους[44] καὶ εἴ τι αὐτοῖς ἀνήλωται εἰς τὴγ γῆν ἢ ἀπόλωλέ τι διὰ τὴγ γεωργίαν | ὑπολογισθεισῶν τῶγ γεγενημένων προσόδωμ, παραλαβεῖν τὰ κτήματα, ἐξεῖναι αὐτοῖς ἀπο|δοῦσιν ἐν ἐνιαυτῶι τῶι ἐπὶ Δαναοῦ μετέχειν αὐτοὺς τοῦ κοινοῦ πολέμου κατὰ ταὐτὰ | τοῖς ἄλλοις. — ὑπὲρ δὲ τῶγ γε-
95 γενημένων ἀναλωμάτων καὶ τῶν ἀπολωλότων ἐν τῆι ‖ γεωργίαι καὶ τῶμ προσόδων τῶγ γεγενημένων ἐὰμ μέν τι πρὸς ἀλλήλους συμφωνή|σωσιν ἢ συμπεισθῶσιν ὑπὸ τῶν διαιτητῶν, ταῦτ' εἶναι, εἰ δὲ μή, κρίσιν αὐτοῖς εἶναι ἐπὶ τοῦ | ξενικοῦ δικαστηρίου καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις, τῆς δὲ δίκης ἄρχειν τὸν ἐγκαταλιπόντα | τὸ κτῆμα. εἰ δέ τινες ἐπὶ Δημαγόρου ἢ Μαντικράτους ἢ Ἀπολλᾶδος[45] ἕως μηνὸς Ποσιδεῶνο[ς ----------]

43 Ad tributa quae per belli tempora agri domino pendenda erant haec rettulit Tha.; etenim de ipsa pecunia mutua data cogitari non licere, quia ea secundum leges de bello communi (v. 93 μετέχειν αὐτοὺς τοῦ κοινοῦ πολέμου κατὰ ταὐτὰ τοῖς ἄλλοις) divisione agri oppignerati redderetur; impensas in agrum colendum factas vero v. 94 separatim commemorari. 44 Annuam quartamdecimam capitis partem ($7^1/_7$ p. c.). 45 Cf. not. 32. 34.

511 Tabula marmorea fracta in tres partes, inventa in vico *Kastri* insulae Amorgi. Ed. G. Radet Bull. de corr. Hell. XII (1888) p. 229 n. 3. Cf. quae de titulo exposuit E. Szanto Mitth. des arch. Inst. in Athen XVI (1891) p. 33 sqq.

Litterae volgares dispositae στοιχηδόν, sed ita ut in media parte, maxime v. 29—35, ordo turbetur. Medio quarto a. Chr. saeculo non recentiorem esse tabulam cum litteratura tum orthographia ([ἐσ]αγωγῆς v. 19. ποιῶσιν v. 24. τὸς v. 28. 34. 36. ἔναι v. 29. 36. τῶ ἀστικῶ δικαστηρίο v. 32. 33. 49. 50. ποιομένων v. 38. ὀφελέτω v. 41. βολῆς v. 47. ἐξῆναι v. 49) arguit. Eodem referenda sunt vestigia dialecti Ionicae Ἕρηι v. 42. προθεσμίην v. 46. Radet. Apparet propter nimiam litium multitudinem eamque quae inde nata erat iudiciorum dilationem hanc legem latam esse quae illis malis mederetur. De cuius argumento ut recte existimetur, maximi momenti est vocis διαλλακταί notio, de qua cf. not. 7. 8.

------|γ----------|ν ---------- | ἐγ---------- |
5 προ----------‖σθω ---------|μα ἐ--------- | ἔδοξε[ν τῆι
βολῆι καὶ τῶι δήμωι[1], ------] | ἐπεστ[άτε· ----------]|των,
10 ἐκκ[λησία ---------]‖σα ἐστὶν ---------|ν ἐναργε---------|τα,
ὅσα μέχ[ρι ----------]|σασθαι καὶ ε[---------- μ]|εμψάμενος
15 ----------‖ηται, ὅστις δ--------|υτῶι δικασ----------|άτων,
ὅτωι μ---------|ίσαντο ἐπιτελ[---------- οἱ ἐσ]|αγωγῆς[2] ἐσά-
20 γω[σιν ----------] ‖ προβολήν, διδό[ναι δὲ ----------] |
μήτε καταψηφισ[-------- πρύτα]|νις ἐπιψηφιζέτω [μηδὲς μήτε
ἐν βολῆι μήτε ἐν δ]|ήμωι, μηδὲ ἐπερω[τάτω ----------]ιοι
25 ---|ποιοῦσιν αὐ(τ)ὸν[3] τὰ πο----------α προθ‖εσμίαν τὴν
ἐπὶ τ[----------η]ν γενο|[μέ]νην τῶμ [π.]ουεν.---------
---άρχο καὶ Σω|[κράτε]ος καὶ Τιμοκλ[είδεω]. μηδὲ ὅσαι δίκα|ι
[δι]εγράφησαν[4] ἐπὶ τὸς [εἰ]σαγωγέας τὸς ἀμ|φὶ Εὐρύδικον[5],
30 ταύτας μὴ ἔναι δικάσασθαι ‖ μήτε αὐτὸ μήτε ἐν ἐκκλήτωι[6]
μηδαμο[ῦ,] | ἐὰμ μὴ οἱ διαλλακταὶ[7] γράψαντες καταλεί|πω-

1 Supplevit Sza., qui versuum 7—26 maximam partem restituere conatus est sollerter quidem, sed tamen ita ut pleraque incerta maneant. Quare ex eius supplementis pauca modo recipienda existimavi. 2 Magistratus cuius officium est causas ad iudices deferre (εἰσάγειν εἰς τὸ δικαστήριον). Non appellative de quolibet magistratu qui ἡγεμονίαν δικαστηρίου habeat vocem usurpari, sed legitimum certi cuiusdam collegii nomen esse probant quae infra de eis leguntur; cf. not. 5. 12. 3 AYON. 4 Proprie haec vox circumscribendi, i. e. delendi notionem habet (Att. Process ed. Lipsius p. 42); ac sane huic quidem loco bene conveniret praeceptum quo cives vetarentur litem, quae in indice publice proposito deleta esset, amplius persequi. Sed recte Sza. monuit, pugnare cum hac interpretatione v. 48 sqq. Quare διαγράφειν hic potius perscribendi, i. e. singillatim in indice scripto recensendi notione accipiendum est, ut διαριθμεῖν pernumerandi vim habet. Significatur tabula omnium litium ab ipsis compositarum, quam διαλλακταί confecto suo negotio Arcesinae relinquunt (not. 8). 5 Collegium est, annuum ut quidem videtur, ex quo in unaquaque lite aut singuli aut bini (not. 12) causae ad iudices deferendae officio funguntur. Huic collegio traditur index ex quo statim perspiciatur, utrum causam aliquam ad se delatam persequi an repudiare debeant. Advocatos interpretatur Ra., sed id pugnat cum usu sollenni huius nominis itemque verbi εἰσάγειν. Id enim nunquam de eis qui actorum aut reorum partes agunt dicitur, sed semper de eo penes quem iurisdictio est. 6 Cf. n. 101, 49. 177, 29. 227, 12. 7 Eandem vim huic voci atque Atticae διαιτητῶν appellationi tribuunt R. et Sza. Neque negaverim, cum origine et derivatione vocabuli hanc opinionem conciliari posse. Sed ei etiam accommodatius videtur, extraordinarium hominum peregre ascitorum consilium (ξενικὸν δικαστήριον n. 510[25]) interpretari, qui

σιν[8] οἷς δεῖ τὰς δίκας ἐπὶ τῶ ἀστικῶ δικαστη|ρίο γενέσθαι. ὅσοι δ' ἂμ μὴ ἐκτίνωσιν καθ[ὰ] | οἱ διαλλακταὶ ἔταξαν ἢ πείσαντες[9]
35 τὸς κα||ταδικασαμένος, ἢ ὑπογραφὴμ ποιῶντ|αι[10] πρὸς τὸς χρεω-φύλακας, ἔ̄ναι τὰς δίκ|[α]ς κατὰ τῶμ μὴ ἐκτινόντων μηδὲ τὴν | [ὑ]πογραφὴν ποιομένων. μηδὲ πρύτανι[ς] | προτιθέτω μηδὲ ἐπι-
40 ψηφιζέτω μηδὲ ἐσα[γ]||ωγεὺς ἐσαγέτω, ἐὰν δὲ ἐσάγηι παρὰ τὰ γε|γραμμένα ἢ ποιήσηι[11], ὀφελέτω τρισχιλίας | δραχμὰς τῆι Ἥρηι καὶ ἄτιμος ἔστω καὶ ὁ ἐ[σ]|αγωγεὺς ἑκάτερος[12] ὀφελέτω
45 τρισχιλίας | δραχμὰς καὶ ἄτιμος ἔστω καὶ ὑπόδικος || καθ' ὃ ἂν ἐσαγάγηι δίκην παρὰ τόδε[13] ψήφισ|μα καὶ τὴμ προθεσμίην. |

Τισομενὸς εἶπε· τα μὲν ἄλλα τὴν τῆς (β)ολῆς[14], | τὰς δὲ δίκας τὰς διαγρ[αφείσας ἐν τοῖς] λευκ|ώμασιν ἐξῆναι αὐτῶ δι-

---

nimiam litium pendentium multitudinem arbitrio suo, cui non ut civium iudiciis diffidebatur, dirimant itaque concordiam turbatam restituant. Item extraordinarium officium cives inter se in gratiam reducendi vox διαλλακτής significat apud Aristotelem Ἀθ. πολ. 5, 2: εἵλοντο κοινῇ διαλλακτὴν καὶ ἄρχοντα Σόλωνα. 38, 4: Παυσανίας ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς μετὰ τῶν δέκα διαλλακτῶν τῶν ὕστερον ἀφικομένων ἐκ Λακεδαίμονος. 8 Cum haec lex ferretur, dubium etiamtum erat, utrum tam felici eventu negotio suo functuri essent compositores peregrini, ut omnes causas pendentes ad finem perducerent, an aliquot ex eis ordinario civium iudicio relinquere cogerentur. Quod si accidat, harum quoque indicem domum redeuntes magistratui civili qui iurisdictionem habet relinquere iubentur. Hoc potissimum enuntiatum meae vocis διαλλακταί interpretationis (not. 7) fundamentum est. Etenim si hac lege perpetuus et ordinarius civium arbitrorum (διαιτητῶν) magistratus instituetur, nullo modo sic in universum dubitari poterat, utrum aliquando lites aliquas ordinariis iudicibus diiudicandas relicturi essent necne, sed singillatim exceptio significanda erat hunc in modum: πλὴν τούτων, οἷς ἂν ἐπὶ τοῦ ἀστικοῦ δικαστηρίου δεῖν τὰς δίκας γενέσθαι γράφωσιν. 9 Concinnius esset ἢ (καθὰ) αὐτοὶ ἔπεισαν τοὺς καταδικασαμένους. 10 I. e. scripto fateantur se debere. 11 Si contra ea quae hic scripta sunt causam ad iudices detulerit, sive omnino quidpiam contra ea fecerit. 12 Utrique ex litigantibus suum esse advocatum (εἰσαγωγέα) sumit R. Contra quem recte monuit Sza., neque hoc negotium illa voce significari posse (cf. not. 5), et summae iniquitatis esse, si alteruter pecasset, utrumque puniri. Immo ex collegio εἰσαγωγέων in quaque causa binos coniunctim officio fungi debuisse, ut omnino non posset sine utriusque culpa res contra legem ad iudices pervenire. Nullam video aliam difficultatis expediendae viam, etsi singularis v. 39 aegre cum hac interpretatione conciliatur. 13 Conieceris aut τὸ post τόδε excidisse, aut τόδε perperam pro τό τε incisum esse. 14 ΡΟΛΗΣ.

50 [κάσασθαι ἐπὶ τὸ] ἀστικὸ ‖ δικαστηρίο μέχρι ἑκατ[ὸν δραχμῶν[15]
---]ημα γ|..γε μένωι ἐκκλήτω[ι ----------]ιαχ|---------

15 Cf. n. 101[75].

512 Stela marmoris candidi, utrimque inscripta, inventa Calymnae, exstat in museo Britannico. Ed. C. T. Newton Greek inscriptions in the British Museum II p. 84 n. CCXCIX (R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscriptions juridiques Grecques p. 158 n. X. P. Müllensiefen et F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III p. 318 n. 3591). Cf. quae de titulo exposuerunt R. Dareste Bull. de corr. Hell. X (1886) p. 235 sqq. et E. Sonne de arbitris externis p. 49 n. LXI.

[----- ο]ὐδὲ τὸ ἐπικαλε[ύμενον[1] ----------|.]ε ἔλασσον τούτου.

Litterae volgares praeter ΞΣ et Γ quod dextrum brachium brevius arcuatum habet. 1 Spectant hae litterae omnes ad litem liberorum Diagorae Coi (v. 86) impuberum, quorum causam agit tutor Philinus Dioclis f. Cous (v. 87), contra civitatem Calymniorum; quae lis a Cnidiis (v. 56), quorum ad arbitrium utrique provocaverunt, diiudicatur. De causa ex superstitibus tituli partibus haec enucleata sunt a N. et Dar.: Calymniorum populus pecunias mutuas acceperat a Pausimacho et Hippocrate Cois (v. 58). Per satis magnum temporis spatium de reddendis illis pecuniis nihil actum est. Hippocrate defuncto in eius locum successit Cleumedes filius (v. 60. 63. 64. 65. 69. 80), post huius obitum Cleuphantus nepos (v. 80). Interea Pausimachus quoque mortuus erat, et ius eius in Diagoram transierat, quem Pausimachi filium fuisse nusquam quidem enuntiatur, sed temporum ratione reputata perquam probabile est. Is filiis impuberibus relictis diem supremum obiit. Iam cum pro eis Philinus tutor debita repeteret, Calymnii se quicquam illis etiam debere negaverunt. Etenim talentum illius antiqui aeris alieni a Pausimacho et Cleumede sibi remissum esse (v. 59. 60), aliam summae debitae partem pignoribus et hypothecis quae ipsi dedissent venditis creditores recuperasse (v. 60. 61); tum pactos cum Pausimacho et Cleumede pensiones complures fecisse (id quod Cleumedis heredes quidem negabant, 64. 65), denique Cleumedi et eius filio Cleuphanto reliqua omnia reddidisse (v. 66—76). Iam Cleumedis heredum contra Calymnios lis (v. 65. 66) hic in censum non venit; Diagorae vero filii, qui manifesto Pausimachi heredes sunt, ex illis postremis pensionibus, quas distincte Cleumedi Hippocratis filio et Cleuphanto Cleumedis filio modo factas scribitur v. 80. 81, nihil ad se pervenisse dicebant ideoque ex his Pausimachi portionem, quam triginta talentorum esse aestimabant, a Calymniis repetebant. Cnidii secundum Calymnios iudicabant (v. 83). Cuius sententiae rationes etsi hic non

ἐξορκώ[ντω δὲ τοὶ στραταγοὶ τοὺ]|ς δικαστὰς τοὺς δικάζοντας[2]
[--------, ὁ δὲ ὅρκως ἔστω ὅδ]|ε· ναὶ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω[3]
5 τὸν Λύκ[ιον καὶ τὰν Γᾶν[4], δικασσέω περὶ] ‖ ὧν τοὶ ἀντίδικοι
ἀντώμοσαν[5] κατὰ γ[νώμαν τὰν δικαιοτάτα]|ν, καὶ οὐ δικασσέω
κατὰ μάρτυρα, εἴ κα μὴ [δοκῆι ἀλαθέα μαρτ]|υρεῖν, οὐδὲ δῶρα
ἔλαβον τᾶς δίκας ταύτας ἕ[νεκα παρ' οὐδενὸς | ο]ὔτε αὐτὸς ἐγὼ

---

perscriptae sunt, tamen maxime probabile est Calymnios iudicibus probasse Cleumedem et Cleuphantum etiam Diagorae nomine ac mandatis illas pecunias ab ipsis accepisse, ut si re vera non ad illum pervenisset pars summae Pausimacho quondam debita, non Calymniorum civitas, sed Cleumedis heredes a Diagorae liberis conveniendi essent. Ordo litterarum huius litis hic est: I. Decretum Cnidiorum de arbitrio, quod Calymnii et Diagorae filii petiverant, constituendo (v. 1. 2). Hoc sic restituere conatur So.: [Ἔδοξε τᾶι βουλᾶι καὶ τῶι δάμωι, γνώμαι προστατᾶν· τοὺς στραταγοὺς ἑλέσθαι δικαστὰς διακοσίους τέτορας, οἳ δικασσέοντι τὰν δίκαν ἂν δικάζεται τὰ Διαγόρα παιδία τᾶι πόλει τᾶι Καλυμνίων, τῶν μὲν φαμένων ὀφείλεσθαι αὐτοῖς ὑπὸ τᾶς πόλιος τᾶς Καλυμνίων τάλαντα τριάκοντα, τῶν δὲ φαμένων ὀφείλειν οὐδὲν ο]ὐδὲ τὸ ἐπικαλε[ύμενον ὑπὸ τῶν Διαγόρα παιδίων ο]ὐδὲ ἔλασσον τούτου. In quibus etsi sunt quae offensione non careant, maxime particularum οὐδὲ — οὐδὲ pro οὔτε — οὔτε usus, tamen in universum decreti sententiam et tenorem recte assecutus videtur. II. Lex de ordine iudicii (v. 2—52), quem singillatim praescribi opus erat, quia hoc non legitimum et ordinarium iudicium erat, sed in hanc solam causam petentibus eis inter quos litigabatur constitutum. Sane ad exemplum legis quae Cnidi in ordinariis iudiciis valebat hic ordo constitutus videtur, siquidem perquam accurate concinit cum Atheniensium institutis (cf. not. 5. 6. 13. 14. 15. 16). III. Actio filiorum Diagorae (v. 53—82). IV. Iudicium (v. 83—90). 2 Non modo ubique per totam Graeciam iudices iureiurando obstringi solebant, sed etiam ipsae formulae haud dissimiles erant inter se. Cf. titulum Eresium ap. Collitz Gr. Dialektinschriften I p. 106 n. 281 *B*, 44 sqq. ὄμνυν δὲ τοὶς πολίτ[αις] τοὶς δικάζοντας· [ν]αὶ δικάσσω τὰν [δίκαν, ὅ]σσα μὲν ἐν τοῖς νό[μ]οισι ἔνι, κὰτ τοὶ[ς νόμ]οις, τὰ δὲ ἄλλα ἐκ [φιλοπ]ονίας(?) ὡς ἄριστα κα[ὶ δ]ικαίτατα, καὶ τιμά[σ]ω, αἴ κε κατάγνω, ὄρθω[ς] καὶ δι(καί)ως· οὕτω ποήσω ναὶ μὰ Δία καὶ Ἄλιον et iusiurandum heliastarum Atheniensium apud Demosthenem XXIV, 149—151, cuius etsi de fide dubitatur, tamen memorabile est partem eius quae vel maxime falsarium prodere visa sit hominibus doctis, hic ad verbum redire (not. 6). 3 Formam accusativi Atticis familiarem ne a Doriensium quidem usu alienam fuisse demonstravit Ahrens de dialectis II p. 239. N. 4 Supplevit N., qui monet Cereris nomini, quod Athenis hoc loco in iurandi formulis collocari soleat, spatium non sufficere. Cf. n. 461, 1. 5 Cf. Harpocration ἀντωμοσία· γράμματά τινα γράψαντες ἀποφέρουσι πρὸς τὴν ἀρχὴν οἵ τε κατηγοροῦντες καὶ οἱ κατηγορούμενοι, περὶ ὧν ἂν (ἦι) ἡ δίκη· καλεῖται δὲ οὕτως, ἐπειδὴ ἀντώμνυον οἱ διώκοντες καὶ οἱ φεύγοντες, οἱ μὲν ἀληθῆ κατηγορήσειν, οἱ δὲ ἀληθῆ ἀπολογήσεσθαι. Cf. Att. Process ed. Lipsius p. 825 sqq.

οὔτε ἄλ(λ)ος οὔτε ἄλλα ἐμὶ[ν[6] τέχναι οὐδὲ μαχανᾶι οὐδ]εμιᾶι·
10 εὐορκεῦντι μέμ μοι εὖ εἶμεν, ἐπιορκεῦν[τι δὲ τὰ ἐναντία.] ‖ τὰ
δὲ ψαφίσματα καὶ τὰς προκλήσις καὶ εἴ τι κα ἄλλο δ[έον[7] ἐγ
δα]|μοσίου φέρηται, τιθέσθων ἐπὶ τὸ δικαστήριον τοὶ ἀ[ντίδικοι
ἑκ]|άτεροι ἐσφραγισμένα τᾶι δαμοσίαι σφραγῖδι πόλιος ἑκα[τέ-
ρας[8],] | καθά κα ἑκατέρα ἁ πόλις ψαφίξηται, καὶ παραδόντω
τοῖς στρατ|αγοῖς[9], τοὶ δὲ στραταγοὶ λύσαντες ἐγδιδόντω ἐς τὸ
15 δικαστήριο‖ν πάντα τὰ γράμματα ἀμφοτέροις τοῖς ἀν[τ]ιδίκοις.
τιθέσθων δὲ κα[ὶ] | τὰς μαρτυρίας ἑκάτεροι πρὶν οὗ[10] λέγεσθαι
τὰν δίκαν. λεγέσθω δὲ | τᾶς δίκας ὁ μὲν πρᾶτος λόγος ἑκατέ-
ροις ποτὶ χόας δεκαοκτώ[11], ὁ δὲ | δεύτερος ποτὶ χόας δέκα·
συναγόρους δὲ ἐξέστω ἑκατέροις | παρέχεσθαι τέτορας[12], ἐξέστω
20 δὲ καὶ μαρτυρὲν τοῖς συναγόροις[13]. ‖ τὰ δὲ ψαφίσματα καὶ τὰς

---

6 Cf. formulam apud Demosth. XXIV, 150: οὐδὲ δῶρα δέξομαι τῆς ἡλιάσεως ἕνεκα οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ οὔτ' ἄλλος ἐμοὶ οὔτ' ἄλλη εἰδότος ἐμοῦ, οὔτε τέχνῃ οὔτε μηχανῇ οὐδεμιᾷ. Aristoteles Ἀθ. πολ. 55, 5: ἀναβάντες δ' (οἱ ἐννέα ἄρχοντες) ἐπὶ τοῦτον (τὸν λίθον) ὀμνύουσιν δικαίως ἄρξειν καὶ κατὰ τοὺς νόμους καὶ δῶρα μὴ λήψεσθαι τῆς ἀρχῆς ἕνεκα. Pollux VIII, 86: ὤμνυον δ' οὗτοι — συμφυλάξειν τοὺς νόμους καὶ μὴ δωροδοκήσειν. C. I. A. II, 545, 11: μηδὲ δῶρα δεξε[ῖσ]θαι. 7 Supplevit N., probantibus reliquis editoribus. Qui si verum viderunt, accusativus absolutus habendus est: "cum eo opus sit". 8 Coorum et Calymniorum. Sane horum modo est causa publica, cum adversarii eorum privati aliquot homines Coi sint. Quod et hic et infra (v. 70. 71) ipsius reipublicae Coae aliquas partes in hoc negotio esse videmus, id N. et Dar. bene eo rettulerunt, quod Hippocrates et Pausimachus, qui argentarii fuisse viderentur, non de suo pecunias illas Calymniis mutuas dedissent, sed a multis civibus Cois collectas, ita ut totius populi interesset eas non perire. 9 Praetores Cnidiorum ἡγεμονίαν δικαστηρίου habuisse in illo extraordinario iudicio et hinc et aliunde (v. 44. 48. 52) apparet. 10 Cum πρὶν cum genetivo non Atticum quidem sit, sed tamen antiquum (Pindar. Pyth. IV, 76 πρὶν ὥρας), ne attractio quidem πρὶν οὗ c. inf. quicquam offensionis habet. N. Cf. ἐφ' ᾧτε item cum infinitivo coniunctum. 11 Cf. n. 314, 56 sqq. N. 12 Hoc beneficio utrique non usi sunt nisi ex parte, nam actores quidem unum omnino συνάγορον habebant eumque necessarium quia ipsi impuberes erant, tutorem Philinum (v. 86 sq.), Calymnii vero tribus contenti erant (v. 88 sqq.). 13 Cf. Isaeus XII, 4: ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐμέ γε οὐδεὶς ἀνθρώπων οὕτως τελέως ἂν ἄφρονα ὑπολάβοι, ὥστε τούτῳ (Euphileto fratri, pro quo verba facit) μαρτυρεῖν τὰ ψευδῆ, ὅπως τὰ πατρῷα διὰ πλειόνων διανείμωμαι. ibid.: εἰ νῦν μὲν μαρτυρῶ ὡς ἔστιν ἀδελφὸς ἡμέτερος item § 5 μεμαρτυρηκέναι, ἐμαρτύρουν κτλ. Aeschines II, 170: καὶ κάλει τὸν Τεμενίδην καὶ τοὺς συνεστρατευμένους μοι τὰς ὑπὲρ τῆς πόλεως στρατείας καὶ Φωκίωνα τὸν στρατηγόν, μήπω συνήγορον, ἂν τούτοις συνδοκῇ, ἀλλ' ὑπεύθυνον τῷ συκοφάντῃ μάρτυρα, ἐὰν ψεύδηται.

προκλήσις[14] καὶ τὰν γραφὰν τᾶς δίκας καὶ εἴ τί κ|α ἄλλο ἐγ
δαμοσίου φέρηται ἀναγινωσκέτω ὁ γραμματεύς, ὅν κα ἑ|κάτεροι
παρέχωνται, καὶ τὰς μαρτυρίας ἄνευ ὕδατος[15]· ὁ δὲ μάρτ|υρ, ὁ
μὲν δυνατὸς ἐὼν παρεῖμεν μαρτυρείτω παρεὼν ἐπὶ τοῦ δικα|-
στηρίου, τοὶ δὲ ἀδύν[α]τοι τῶμ μαρτύρων παραγενέσθαι ἐπὶ τὸ
25 δικ||αστήριον ἐγμαρτυρησάντω[16] ἐπὶ τῶν προστατᾶν[17] ἐν ἑκατέ-
ρα[ι] | τᾶι πόλι τετάρται ἐξ ἰκάδος μηνὸς Βατρομίου[18] ὃν
Καλύμνιοι ἄγοντ[ι,] | Κῶιοι δὲ Καφίσιον[19], παρεύντων τῶν
ἀντιδίκων εἴ κα χρείζωντι παρῆ||μεν· τοὶ δὲ μάρτυρες π[ο]τ-
ομνύντω[20] τὸν νόμιμον ὅρκον ἐπὶ τᾶν μ|αρτυριᾶν, ἀλαθέα

---

Romanorum Maio aut Iunio. Cf. E. Bischoff de fastis Graecorum antiquioribus p. 390 sqq. Quae sequuntur ΚΑΘ..ΤΞΑ|ΤΟ..ΑΤΕΡΑ .....ΟΝ obscura sunt. Mercedem fundorum locatorum modo semel per annum (n. 535, 6) modo binis pensionibus sex mensibus inter se distantibus (n. 543, 13 sqq. 834, 13. C. I. Att. II, 600, 25) numerari consuevisse adnotavit Hom. 4 Cf. n. 517[20]. De ὑπόδικος cum genetivo multae, non criminis, coniuncto Hom. provocat ad Platon. Legg. VIII, 846 B: ἐὰν δέ τις τῶν ἀρχόντων δοκῇ μετ' ἀδίκου γνώμης κρίνειν τὰς ζημίας, τῶν διπλασίων ὑπόδικος ἔστω τῷ βλαφθέντι. 5 Unoquoque anno dimidia pars agri arabitur, dimidia inculta iacebit, secundum morem pervolgatum apud Graecos (Büchsenschütz Besitz und Erwerb p. 301 sqq. Hermann-Blümner Gr. Privatalterthümer p. 102 n. 6). Hom. 6 I. e. περιταφρεύσει. Non sine haesitatione vocem inauditam reponere ausus sum. Sed ἀμφί et περί in multis compositionibus alternant, et ab Amorgiorum τράφη (v. 27) non minus legitime τραφᾶν derivatur quam ab Attico τάφρος ταφρεύειν. De fossis quibus agri circumdabantur cf. Varro de re rust. I, 14, 2. Sane longe aliud hic fuisse Hom. sibi persuasit; nempe interdici, ne in novali serant aliudve quid operis rustici faciant, contra in aratis agris id fieri iuberi. At id ipso praecepto [νεάσει] τὴ[ν] γῆν ἐναλλάξ iam continetur, neque id si voluisset qui pactum composuit, νεὸν et ἀρότους inter se opposuisset, sed similiter locutus esset ac n. 534, 18 τὴν ἡμίσεαν ἀροῦν καὶ μὴ πλείω. 21 ἐὰν δὲ πλείω ἀρόσει ἢ τὴν ἡμίσεαν, τῶν δημοτῶν ἔστω ὁ καρπὸς ὁ πλείων. 535, 15 παραδοῦναι τοὺς μεμισθωμένους τὴν ἡμίσεαν τῆς γῆς χερρόν. Neque enim quam nunc demum arari et conseri iubemus aut vetamus, iam νεὸν aut ἄροτον vocare possumus. Adde quod ipsum verbum cum ἀμφὶ compositum, qualecunque illud fuit, indicio est hic quid circa agrum, non in toto agro faciendum sit praecipi. Cf. praetera not. 43. 7 Ager novalis; frequentior inde ab Homero Ionica forma νειός, sed νεός habes apud Xenophontem Oecon. 16, 10. 13. 15. 17, 1. 8 In fastis Ionicis Anthesterion respondisse videtur cognomini Atheniensium mensi, qui est octavus a solstitio aestivo, Romanorum Februarius aut Martius (E. Bischoff de fastis Gr. antiquioribus p. 390 sqq.). 9 Hoc mensis nomen occurrit in fastis Deliorum, Teniorum, Samiorum, Olbiopolitarum, Cyzicenorum, Iasensium. Ac Deli quidem Atheniensium Pyanepsioni (Octobri aut Novembri) respondere certum est, in reliquis civitatibus certe non longe ab illo remotam sedem habuisse (Bischoff p. 390. 396. 397. 400). Quod hoc ordine hi duo menses enumerantur, inde iure collegit Hom., ab hiberno tempore coepisse Amorgiorum annum, ut Deliorum. 10 Supplevi. [ποιή]σηται Hom.,

συγ[γ]ραφήν. ἀποτείσει τ[ῆς ἀμπέ]λο[υ ἑκ]άστης καὶ συκ[ῆς] |
ὀβολόν, ἀρότου ἑκάστου [πλέθρ]ου τρεῖς δραχμάς. — | Οἱ § 3
δὲ ἐγγυηταὶ ἐγγυάσθωσαν [ἅπ]α[ν τὸ] τοῦ μισθώματο[ς] ||
15 καὶ τῶν ἐπέργων ἁπάντων [ἀπότεισ]μα[11], εἰὰμ μὲν βού|-
ληται ἔχειν ὁ μισθωσάμεν[ος· εἰ δ]ὲ μή, οἱ νεωποῖαι [ἀνα-
μι]|σθούντων. — Τειχία τὰπὶ [γ]ῆν [τὴν ἑα]υτοῦ[12] ἀνορθώ- § 4
[σει·] | εἰὰν δὲ [μ]ὴ ἀνορθώσηι, ὀφειλέτω ἑκάστης ὀρ[γυιᾶς] |
δραχμήν. φράξει τὰ ἐξ ὁδοῦ τειχία[13] ἅπαντα καὶ πε-
20 φ[ρα|γ]μ[έν]α [κα]ταλείψει ἀπιών ⁝ — Κοπροφορὰς ἐμβαλεῖ § 5
ἑκά|στου ἐνιαυτοῦ πεντήκοντά τε καὶ ἑκατόν, με[τ]ρή[σε]ι
δ[ὲ] | ἀρσίχ[ωι] χ[ωρο]ύ[σ]ηι μέδιμνον τέσσαρα ἡμίεκτα[14]·
ἐὰν | δὲ μὴ ἐμβάλῃ, ἀποτείσει ἑκάστης ἀρσίχου τρι[ώ]βο-
λον· | πίστιν δὲ ποιήσει[15] πρὸς τοὺς νεωποίας, ἢ μὴν
25 [ἐμ]βεβλη||κέναι τὴ[ν κό]προν κατὰ τὴν συγγραφήν ⁝ —
Τέγη[16] στεγνὰ | παρέξει κ[αὶ κα]ταλείψας[17] παραδώσει. — § 6

---

qui provocat ad I. G. Sic. et It. 645 I, 133: ὅτι δέ κα τούτων τι ποιῶντι πὰρ τὰν συνθήκαν. Sed haec ipsa monstrant, medio verbi ποιεῖν generi nullum hic esse locum. Ceterum similes multas illic v. 134. 163. 179 statui monuit Hom. 11 Vox ἔπεργα ea quae ad mercedem agri locati accedunt, veluti multas ex praeceptis quae antea scripta sunt impositas, significat. Inscr. iur. Verbum ἔχειν de retinendo fundo quem quis superiore anno iam conduxerat interpretatur Hom. Nempe tempus aliquod praefinitum erat, intra quod praedes dare debebat, nisi agrum de integro alii conductori locari (ἀναμισθοῦσθαι) vellet. ἀπότεισμα reposuit H. coll. n. 834, 26. 12 Accurate hic distinctio servatur, ex qua τεῖχος dicitur de moenibus urbis, τοῖχος de parietibus domus, τειχίον de maceriis quae agros vineas hortos aliave loca sub divo sita cingant. τὰπὶ [γ]ῆν [τὴν ἑα]υτοῦ muros intra agrum qui locatur sitos interpretatur H. Sed nec accusativus sic recte usurpatus esset, neque conductoris terra dici potest fundus sacer qui ei locatus est. Quare editores inscr. iur. ab uno latere terram sacram a proprio eius qui conduxit fundo muro divisam sumunt, quem collapsum ne fines in dubium vocari possint ille suis sumptibus instaurare iubeatur. Sic recte regiones inter se opponuntur ἐπὶ γῆν τὴν ἑαυτοῦ et ἐξ ὁδοῦ. 13 Ex altera parte via publica terminabatur Iovis Temenitae ager. Hic quoque maceria erat, sed ea quidem non plane corruerat, ut illa altera. Quare illa de integro aedificanda est (ἀνορθώσει), haec reficienda. Quod sane inusitate verbo φράττειν, quod alias saepiendi vim habet, indicatur; hic est in eam condicionem redigere ut iam φραγμοῦ vice fungatur, i. e. ut homines introitu arceat. 14 Cf. n. 545[16]. 15 Hoc loco iurisiurandi fidem intellegendam esse indicant particulae ἢ μήν. Alia vi πίστιν ποιεῖν infra usurpatur (cf. not. 29. 41). 16 Cf. n. 1778. 17 Ad ἀλείφω, non ad λείπω referendum esse hunc aoristum vix est quod moneatur. Κ.....ΤΑΛΕΙΨΑΣ legit Radet, ΚΟΝΤΑΛΕΙΨΑΣ Weil.

Τὰς ἀμπέλους τὰς | ἐκκοπτομένας ἀποδιδόσθωσαν[18] οἱ νεω- § 7
ποῖαι ⁝ — Τὰς τράφα[ς][19] | ὀρύξει ἐμ μηνὶ [Ἑ]ραιῶνι[20], § 8
ὅπως ἂν σταθ(μ)ήσωνται[21] οἱ νεω|ποῖαι, τετρίποδας[22] καὶ
τρίποδας, καὶ[23] τὰ φυτὰ ἐμβαλεῖ ‖ παρόντων τῶν νεω-
ποιῶν, ἀμπέλους εἴκοσιν δι' ὁπόσου[24] | ἂν κελεύωσιν οἱ
νεωποῖαι, συκᾶς δέκα, καθ' ἕκαστον τὸν | ἐνιαυτόν, καὶ[25]
ἐποικοδομήσει τειχίον ὑπὲρ γῆς[26] ⁝ — .ιθω[. . .[27] δὲ] | § 9
ἐγγύην ἕ[ξ]ει[28], ἐὰν μὴ [τε]ι[χ]ίο[ν] γίνη[τ]αι· ὁ δὲ μισθω-
σάμενο[ς | πίσ]τιν [π]οιήσει[29] πρὸς τοὺς νεωποίας. — Ἐὰν § 10
δὲ μὴ ἐμφυτε[ύ‖ηι] τὰ φυτά, ἀποτεισάτω ἑκάστου δραχμήν:

Hanc quidem lectionem favere restitutioni κον(ί)α(ι) (ἀ)λείψας, sed ei obstare quod uterque quarto loco Τ dispexisset adnotat Hom. Accedit quod κονία parieti potius quam tecto oblinendo apta esse videtur. Cf. n. 556, 25: καὶ πιττῶσαι τὰς ὀροφάς. 587, 179 sqq. 18 Venumdandi notionem hic in verbo inesse, de qua re dubitanter loquitur Hom., certissimum est propter medium verbi genus. Ceterum quae hic scripta sunt aliter intellegi nequeunt nisi ut pretium arborum in dei aerarium redigatur. Item n. 535, 31 sqq. olearum venditarum pretium pago Aexonensium cedit, sed usurae conductori de mercede agri deminuuntur. 19 I. e. τάφρους. Traiectionem consonarum etiam apud Heracleotas Italiae habes (τράφως I. G. Sic. et It. 645 I, 130), terminationem a communi usu abhorrentem apud Herodotum IV, 201 νυκτὸς τάφρην ὀρύξας. Non eaedem fossae, quas v. 7 commemoratas fuisse conieci, hic intellegendae sunt, sed quae arboribus et vitibus serendis inserviunt. 20 ΙΕΡΑΙΩΝΙ Weil, ΙΕΙΡΑΙΙΩΝΙ Radet. Heraeon Teniorum est (Bischoff p. 390), et in ipsa insula Amorgo Iunonis sacra praecipuo honore floruisse constat (n. 517[49]). Quare merito hanc emendationem omnium maxime probabilem iudicat Hom., etsi etiam de Ἑρμαιῶνι aut Ληναιῶνι cogitari liceat. 21 Emendavi. ΣΤΑΘΗΣΩΝΤΑΙ lapis, quod editores retinuerunt non curantes vocis significationem inauditam aut flexionem barbaram. σταθμᾶσθαι metiri, perpendere, deliberare est. Magistratui igitur vindicatur ius singillatim definiendi, ubi et quanta altitudine fossae faciendae sint. 22 Haec adiectiva esse ad τὰς τράφας spectantia contra Hom., qui aliter interpretatus erat, demonstraverunt editores inscr. iur. Ceterum τετρίπους pro τετράπους propter similitudinem frequentioris τρίπους formatum memorabile est. 23 Cum Hom. hinc novam paragraphum initium capere opinatus esset, ed. inscr. iur. haec omnia arctissime cohaerere et ἐμβαλεῖ ἐς τὰς τράφας intellegendum esse demonstraverunt. 24 Quanto spatio intermisso. Hom. 25 Hic quoque perperam Hom. novam paragraphum incipere vult. 26 Maceriam sine calce ex lapidibus collecticiis compositam, quae tueatur teneras arbores. Inscr. iur. 27 [π]ιθῶ[νος] Hom. Sed et hoc nomen et totam paragraphum obscurissimam esse recte monent editores inscr. iur. 28 Sic Hom. dubitanter. ΕΡΕΙ lapis. 29 Hic formula πίστιν ποιεῖν eam vim habere videtur, quam v. 52, non quam v. 24.

— Πρόβατα | [δὲ μὴ ἐξ]έστω ἐ[πιβό]σκε[ι]ν[30] ε[ἰς] τὸ τέ- § 11
μενος μηδενί· εἰὰν δ[έ τις | βό]σκῃ, ἔστω πρόβατα[31] [ἱ]ε[ρὰ]
τοῦ Διὸς τοῦ Τεμενίτου[32], [ἐνδε|ικνύειν δὲ ἐ]ξέστω τῶι
βουλομένωι ἐπὶ τῶι ἡμίσει[33] εἰς τὴν [βουλήν. | — Εἰὰν] § 12
βούλωνται οἱ νεωποῖαι προσθέτας[34] συκᾶς ‖ [ἐμφυ]τ[εύειν,]
ἐξέστω αὐτοῖς. — Ὅταν δὲ ἀπίηι ὁ γεωρ|[γός, κ]αταλ[είψει § 13
κο]προφορὰς ἑκατὸν πεντήκοντα καὶ | [παρ]αμετρήσ[ει] τοῖς
νεωποίαις ἀρσίχωι χωρούσηι | [μέ]διμνο[ν] τέσσα[ρα ἡμ]ί-
εκτα· ἐὰν δὲ μὴ παραμετρήσηι, | [ἀπ]οτεισάτ[ω] ἑκάσ[τη]ς
ἀρσίχου δραχμήν· εἰσπραξάντων ‖ [δὲ ο]ἱ ν[εωποῖαι] ἢ αὐτ[οὶ
ὀφ]ει[λ]όντων διπλάσιον[35]. — Παρασκά|[ψει] τὴ[ν γ]ῆν § 14
[πᾶσ]αν· εἰὰν δὲ [μὴ παρ]ασκά[ψ]ηι, ἀποτινέτω ⁝ I | [— —
Τὰ μὲν ἔπεργα][36] διδό[τω] ἅμα τῶι μισθώματι. — § 15
Ἀποδι|δότ[ω δὲ τὸ τέλ]ος[37] ἅ[π]αν τοῦ [ἐν]ιαυτοῦ χωρ[ὶς]
τοῦ μισθώμ[ατος | τοῖς ταμίαις] ἐμ μηνὶ Θαργ[η]λιῶνι·
εἰὰν δὲ μή, [ὑ]πόδ[ικος ‖ ἔστω τοῦ ἡμ]ιο[λ]ίου[38] τοῖς τα-
μίαις ⁝ — Ὅσα δ' ἂν ἀμφισ[βητῆ|ται ὑπό][39] το[υ], πω- § 16
λούντω[40] [τ]αῦτα οἱ νεωποῖαι ἐν τ[ῆι ἀγορᾶι | τῶι πίστιν]
ἀρίστην ποιοῦντι[41] ἢ αὐτοὶ ἀποτινόντων· [τῶι | δὲ βου]λ[ο-
μ]ένωι ἔστω ἐπὶ τῶι ἡμίσει ἐνδεικνύ[ειν[42] εἰς τὴ|ν ἐκκ]λ[η]-
σία[ν] ⁝ — [Ἐ]ὰν φυτεύηι ἢ ὑπάγη[ι τι νεῶν[43], ‖ ὅσων ἂν § 17

---

30 Cf. n. 570, 2 [ἐν τ]οῖς ἄλσεσιν μ[ὴ ποιμ]αίνεν μηδὲ κοπρ[εόε]ν· ἢν δὲ ποιμαίνηι [ἢ ὑ]φορβῆι ἢ βοκολῆι, [ὁ ἱ]δὼν κατειπάτω. Sane illic non de fundis locatis dici videtur. 31 Mera neglegentia articulus τὰ omissus videtur. 32 Idem cognomen Neptuni apud Myconios est n. 615, 5, Ἑστία Τεμενία n. 600, 9. 59. Dei intellegendi videntur, quorum τεμένη erant sine templis. 33 Pretii ovium. Hom. 34 Quae accedant ad eas, quas conductor severit. 35 Cf. n. 517[33]. 36 Cf. not. 11. 37 De vectigali dici videtur, quod ex qualibet agri locatione respublica exigebat. 38 Cf. not. 4. 39 ΑΜΦΙΣ.....|...ΤΟ.. Rad. Nihil ex his nisi ΑΜΦΙΣ legit Weil. ὅσα δ' ἂν ἀμφισ[βητοῖ]το Hom. soloece. ὅσα δ' ἂν ἀμβισ[βητήσηι] το[ύ-των] Inscr. iur., quo in enuntiato subiectum desideratur. Utrique vitio mederi conatus sum supplemento, quod incertum esse non ignoro. 40 Ius templi venit ea condicione, ut emptor certam pecuniam aerario sacro pendat ac deinde in iudicio actione instituta, quae deo deberi iudicatum erit in suam rem familiarem redigat. Certissimum eiusdem instituti exemplum habes infra n. 546, 21. Z. 41 Qui praedibus aut praediis satisdare potuerit quam optime. 42 Alibi haec delatio cum praemio dimidii vocibus φάσις, φῆναι significatur. Cf. n. 493, 11. 552, 83. 569, 5. Ross Inscr. inedd. fasc. II p. 7 n. 94, 6. Zi. 43 Huius paragraphi restitutio, perquam lubrica illa quidem, Homollio debetur. Interdictum fuisse ne in ea parte

φυτεύσ]ει (ν)εῶ(ν)[44] ἀποτείσει ἑκάστης ὀργυι[ᾶς | -------
----------]

dimidia agrorum, quae quoque tempore inculta iacere deberet, quicquam sereretur, et rei naturae accommodatum est quia domini intererat cavere ne nimis exhauriret agrum conductor, et aliorum contractuum (v. not. 6) similitudine defenditur. Sed eo certius est, iniuria Homollium eandem vim inesse velle in § 2 (v. 7. 8). 44 ΔΕΩΗ. Emendavit Hom.

532 Stela parva marmoris albicantis inventa in loco qui vocatur ἅγιος Μερκούριος ad extremam partem orientalem vallis Poeessiorum, delata Iulida (*Tziá*) in domum C. Manthi. Ed. F. Halbherr Museo Italiano di antichità classica I, 2 p. 191 (R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscriptions juridiques Grecques p. 253 n. XIII. F. Bechtel die Inschriften des ionischen Dialekts p. 48 n. 47).

[Θε]οί. | Ποιασσίων[1] ἡ γῆ· | [τ]ὸν ἐνοικοῦντα[2] | [ἀ]ποδιδόναι
5 με‖νὸς Βακχιῶνος[3] | δεκάτηι : ΔΔΔ, | ἂν δὲ μὴ ἀποδῶι, |

Litterae Ionicae volgares non στοιχηδόν dispositae. Titulus priore quarti a. Chr. saeculi parte incisus videtur. Etenim antiquior non fuerit propter certa Atticae dialecti vestigia (not. 1. 2), recentior non habendus est propter orthographiam. Nam infinitivorum quidem terminatio in -εν pro -ειν fortasse etiam paullo inferiore tempore usitata erat, at quod certa hic exstant vestigia distinctionis apud insulanos Ionas antiquitus usitatae inter genuinam vocalem η (Ε) et eam quae ex ᾱ nata est (Η), ultra medium saeculum quartum descendere vetant. Namque scribitur hic ἡ, γῆ, δεκάτηι, οἰκίην, ὀρθήν, sed μενὸς et ἔμερα. Sane iam titubantem sensum prodit μὴ utrobique (v. 7. 14) perperam per Η scriptum. 1 Attica vocalis (cf. Αὐλιᾶται, Πριανῆς sim. in tributorum laterculis) nondum comparet in tabula eiusdem aetatis n. 80, 82. Becht. 2 Contractio Attica est. B. Ceterum ὁ ἐνοικῶν de eo qui agrum colendum conducet non minus apte dicitur quam n. 155, 10 ἐποικίσαι de cultura agri usurpatur. Non pactum perfectae locationis hoc esse, sed condiciones modo praescribi, quibus quispiam conducere possit agrum, monent ed. inscr. iur. 3 Idem apud Myconios fuit (n. 615, 26); illic antecedunt Ποσειδεών et Ληναιών, subsequitur Ἑκατομβαιών. Illos duos Atheniensium Posideoni et Gamelioni, hunc Hecatombaeoni respondisse certum est; itaque apparet, in indice sacrificiorum aliquot menses, qui forte nullas haberent memorabiles caerimonias, silentio transmitti. Quare de Myconiorum Bacchione id modo pro certo pronuntiare licet, eum neque Anthesterione (Februario aut Martio) priorem, neque Scirophorione (Iunio aut Iulio) posteriorem fuisse. Ipsum Anthesteriona esse coniecit Latischew probante E. Bischoff de fastis Gr. ant. p. 395; sed argumentum, quod eo ipso mense

10 ἀπιέναι ἐκ τῶν | χωρίων[4]. φόρους ‖ φέρεν ἐς Ποιᾶσσα|ν· οἰκίην ὀρθὴν κα[ὶ] | στέγουσαν[5] παρέ|χεν· δένδρα ἔμε|ρα μὴ κόπτεν[6].

Athenis antiquissima Bacchi sacra fuissent (Thuc. II, 15, 4), non plane certum esse ne ipsos quidem fugit. 4 Cf. n. 834, 17: ἐὰν δὲ μὴ ἀποδιδῶι τὴν μίσθωσιν κατὰ τὰ γεγραμμένα —, ὀφείλειν αὐτὸν τὸ διπλάσιον καὶ ἀπιέναι Εὐκράτην ἐκ τοῦ ἐργαστηρίου μηθένα λόγον λέγοντα. 5 Cf. n. 531, 25: τέγη στεγνὰ παρέξει. n. 534, 22 sqq.: τὴν οἰκίαν τὴ[ν ἐν τῆι Ἁλμυρ]ίδι στέγουσαν παραλαβὼν κατὰ τ[αὐτὰ ἀποδώσει]. 6 Cf. Inscr. Gr. Sic. et It. n. 645 I, 135: οὐ κοψεῖ δὲ τῶν δενδρέων οὐδὲ θραυσεῖ οὐδὲ πριωσεῖ οὐδὲ ἧς οὐδὲ ἓν οὐδὲ ἄλλος τήνωι affert Be. Cf. praeterea n. 568, 5 sqq.

---

533 Fragmenta quinque tabulae inaedificata Thisbae (*Kakosi*) in diversis parietibus ecclesiae dirutae S. Trinitatis. *a* edd. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 3061. A. von Velsen Archäol. Anzeiger 1856 p. 288* n. XVII (K. Keil zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 588). Ex accuratissima Lollingii collatione W. Dittenberger I. G. Sept. I, 2226. *b* ex L. Rossii apographo K. Keil Zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 604 (inde I. G. Sept. I, 2227). *c d e* F. B. Tarbell et J. C. Rolfe The american journal of archaeology 1890 p. 114 n. VI. Fragmenta *b c* arctissime cohaerere docui et totum titulum restituere conatus sum ind. lect. Hal. hib. 1891/2 p. III sqq. (I. G. Sept. I Add. p. 747 sqq.).

a

Μᾶρκος Οὔλπιος [------- ἀνθύπατος λέγει[1]·] | Ὁ βουλόμενος Θισβ(έ)ων[2] χωρίον δη[μόσιον ἢ ἱερὸν ---------- φυτεῦ|σαι[3]] τῶν ἐπ' ἐμοῦ γεωργουμένων [παραδότω τοῖς στρατηγοῖς τῆς πόλεως] | βιβλίον, γράψας ἐν αὐτῶι τόπον τε δν

Litterae ΔΕΘΜΞΠΣΩ. Passim binae litterae, plerumque Η et Ν aut Ν et Τ, inter se ligatae. Tertii p. Chr. n. saeculi ineuntis lapis esse videtur. Paragraphi spatiis vacuis litterarum 2—5 inter se distinentur. 1 Supplevi ex n. 422, 2. 423, 1. 2. Nam edictum, non ut v. 55 sqq. epistulam proconsulis hic haberi spatii rationes arguunt. 2 Emendavi. ΘΙCΒΑΙΩΝ lapis. Sed ethnicum ubique Θισβεύς est (n. 268, 174. 300, 5. 53. 57. 58. 675, 41) et Ε cum ΑΙ in hoc titulo etiam alibi confunditur; cf. v. 15 [λήψε]ΤΕ, v. 18 ΑΛΑΛΚΟΜΕΝΕΟΥ (not. 9). 3 Totum edictum spectat ad fundos, qui usque ad id tempus arati erant, arboribus vel vitibus conserendos. Quem ad finem civibus (v. 23. 29. 39) locantur emphyteuseos iure, ut non modo ipsis qui conduxerunt perpetuum ius sit, sed etiam heredibus relinqui, venumdari, oppignerari liceat, dummodo ne ad peregrinum perveniant (not. 27. 28).

5 βο[ύλεται λαβεῖν καὶ φόρον ὃν δώσει κατ' ‖ ἐν]ιαυτὸν ὑπὲρ
ἑκάστου πλέθρου[---------- | βου]λῆς ἢ ἐκκλη-
σίας κατὰ τὸ δεδογμένον [---------- |
----------ω]ν· κ[αὶ] εἰ [μ]έν τις ----------
---------- | ---------- τῇ ἐκκ[λησίᾳ ---------
---------- | ----------σ]θω εἰς ----------

b c

10 ----------υ ..σκοι καὶ α[---------- | --------
---------- κ]οιναί· γραφέ(τ)ω[4] [δ]' ἐν ε[---------- |
---------- κ]αὶ τὴν ποσό(τη)τα[5] τοῦ φόρου [----------
---------- | ---- τοῖ](ς)[6] τε ἄρχουσιν καὶ δεκατ[ευταῖς] κα[ὶ
---------- | ---------] τ(ὴ)ν[7] πρόσοδον
15 τὴν ἐ[κ τούτω]ν καὶ [----------‖------τ]α τοῦ
τό[π]ου. [λήψε]τ(αι)[8] δὲ [ὁ]πὲρ ἑκά[στου χωρίου ὁ καταλαβὼν] |
ἄνεσιν τοῦ φόρου τῶν πρώτων [ἐτ]ῶν πέντ[ε· ἔπειτα δὲ καθ'
ἕκαστον ἐνιαυτὸν] | δώσει τὸν φόρον τὸν ἐτήσιον το[ῦ κ]ατα-
λαμβανομ[ένου χωρίου τοῦ μηνὸς τοῦ] | Ἀλαλκομεν(έ)ου[9] τ(ῇ)[10]
πεντεκαιδεκ[άτῃ]· οἱ δὲ μὴ πράξαντες σ[τρατηγοὶ τὴν πρόσο]|δον
ὑπεύθυνοι ἔσονται ὧν οὐκ ἔ[πρ]αξαν[11]. § εἰ δέ τις λαβὼν [ἐν]-
20 τὸς [τῆς πεν]‖ταε(τί)ας[12] μὴ (φ)υτεύσαι[13], τό τε χωρίον [με]τα-
πωλήσουσιν οἱ καταλαμβάν[οντες] | στρατηγοὶ (κ)αὶ[14] ὃν ὑπέστη[15]
τελέσει[ν φό](ρ)ον[16] πράξουσιν παρ' αὐτοῦ τῆς [πενταετί]ας.
§ εἰ δὲ φυτεύσει ἓν μέρος ὡς (ε)[ἶναι][17] ἄξιον τοῦ φόρου τῶν
πέντε ἐτ[ῶν, τὸν μὲν] | φόρον μὴ πραττέσθω, πιπρασκέσθω [δὲ]
τὸ χωρίον πολείτῃ[18], καὶ τὸ ἀργὸν κα[ὶ τὸ πεφυ]|τευμένον, ἐπὶ
τῷ τὴν μὲν τειμὴν τ[οῦ π]εφυτευμένου εἰσκομισθῆναι τῇ πόλ[ει,
25 τὸν] ‖ δὲ φόρον παντὸς τελεῖσθαι καθ' ἕκαστο[ν] ἐνιαυτόν, ὅσον
τελέσ(ε)ι(ν)[19] καὶ ὁ πρότερο[ς ὡμο]|λόγησεν, συγχωρουμένου τῷ
πρια[μέν](ῳ)[20] τοῦ φόρου τῆς πενταετίας ὑπὲρ [τοῦ ἀρ]|γοῦ μόνου.

---

4 ΓΡΑΦΕΓΩ. 5 ΠΟΣΟΠΙΤΑ. 6 ΕΤΕΑΡΧΟΥΣΙΝΚΛΙΔΕΚΑΤ. 7 ΤΙΝ. 8 ΤΕ. 9 ΜΕΝΑΙΟΥ. Emendavi; etenim hic Boeotorum mensis in titulis volgari sermone compositus Ἀλαλκομένειος scribitur, in Boeoticis Ἀλαλκομένῑος ex dialecti legibus (I. G. Sept. I Indices p. 761). Iam ε pro ει ante vocalem omni aetate omnique loco perfrequens est, αι pro ει inauditum. At pro illo Ε errore ΑΙ incisum esse huius tituli aetate non est mirandum (cf. not. 2). 10 ΤΙ. 11 Cf. n. 531, 44. 12 ΤΑΕΠΑΣ. Emendavi. 13 ΟΥΤΕΥΣΑΙ. Emendavi. 14 ΑΙ. 15 I. e. ὑπέσχετο. 16 ΓΟΝ. Supplevi et emendavi. 17 ΩΣΣ. Supplevi et emendavi. 18 Cf. not. 3. 27. 19 ΤΕΛΕΣΕΘΙΗ. Emendavi. 20 Ο. Supplevi et emendavi.

§ λαμβανέτω δὲ [ὁ πολεί]της ἕκαστος μὴ πλέον πλέθρω[ν ---
----·] | εἰ μέντοι τις φωραθείη (φ)υτεύσας[21] τ[ούτοις[22] πλέον,
πωλήσουσιν [οἱ στρατηγοὶ | τῷ βουλ]ομένῳ τῶν πολειτῶν[23] ἐπὶ
30 τῷ καὶ (ἐ)κ[24] τούτου σώζεσθαι τῇ πόλει ‖ [------φόρον] τοσοῦ-
τον ὅσον τ[ελέσειν] ὡμολόγησεν ὑπὲρ ἑκάστο[υ πλέθρου. § ἢν
δὲ μηδεὶς | βούληται πρίασθαι, πράξουσ]ιν παρὰ το[ῦ πρώτου
λαβό]ντος τὸν γεινόμε[νον φόρον, | ὅσον ὑπὲρ ἑκάστου πλέθρου
τελέσειν ὑπεδέ]ξατο.

d

[---------- πλέ]θρον (τ)ο[ῦ[25] ---------- |
35 ----------]άμενος καὶ ---------- ‖ ----------
---------ου ἐξ ὅσου τ[---------- | ----------
π]αρὰ τῆς πόλεω[ς ---------- | ----------]ίῳ καὶ τὰ
ἄλλα κα[---------- | ---------- πραττ]ομένου τοῦ φόρου
[---------- | ---------- πολ]είτῃ[26] δανειστῇ, ὡς κα[ὶ
40 ---------- ‖ ---- δημ]οσίου χωρίου ἡ δ[---------- |
------- δ]ημοσίου καθ' ἡμ[---------- | --------- α]ὐ-
τὸς γραφέτω---------- | ----------ντ..οι εκα------
---------- | ---------- πόσον ἢ ὅτ----------‖
45 ------ατος ὁ-------·

e

[---------τ]ό τε ὄνομα [τ]ο[ῦ ---------- | --------]
εἰ δέ τις ἐξαπατήσα[ς τῶν] ὀφειλόν[των ξένῳ[27] ὑποθείη | τι
τῶν χωρίων τῶ]ν δημοσίων καὶ τοῦτο ἐλενχθείη, ἀφαιρε[ίσθω
αὐτὸν τὸ | χωρίον τὸ ὑποτεθὲν] ἡ πόλις, ὁ δε δανειστὴς ὁ ξένος
50 ἐκ τῶν ἄλλ[ων κτημάτων ‖ τῶν τοῦ ὑποθ]έντος τὴν εἴσπραξιν
ποιείσθω τοῦ ὀφειλομέ[νου. § εἰ δέ τις | διαθήκ]αις καταλίποι

---

21 ΟΥΤΕΥCΑC. Emendavi. 22 Dativum hic pro genetivo comparationis usurpari manifestum est. Qui soloecismus nescio an referendus sit ad ablativum Latinum *his* perperam translatum. 23 Cf. not. 3. 27. 24 ΘΚ. 25 I ∪. 26 Cf. not. 3. 27. 27 Supplevi. Cum nemini illos fundos publicos conducere liceret nisi civi (not. 3), fieri poterat ut conductor quispiam peregrino, quem de hac lege celaret (ἐξαπατήσας, sc. τὸν ξένον), agrum pignori daret. Iam si solvendo non erat, curandum erat ut neque civitas suo iure privaretur neque creditori peregrino, qui bona fide egerat, damnum daretur. Quare huic ex privatis debitoris bonis sua recuperare permittitur, cum civitas agrum publicum locatum a conductore repetat.

ξένῳ[28] συνγενεῖ ἢ φίλῳ τούτων τι τῶν [χωρίων, ἄκυρος | ἔστω α]ὐτοῦ ἡ δωρε[ά], ἔστω δὲ τῆς πόλεως τὸ χωρίον. § εἰ δ[έ τις μὴ καταλι|πὼν δια]θήκας τελευτήσαι, ᾧ μή εἰσιν νόμιμοι κληρονόμοι, [ὑ]π[αρχέτω | κατ' ἀμφ]ότερα[29] κληρονόμος τοῦ ἑαυτῆς κτήμ[ατ]ος ἡ πόλις.

55 [Γε]μίνιος[30] Μόδεστος ἀνθύπατος Θισβ[έων τοῖς τε ἄρχουσι καὶ] | τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν[31]· ἱκανὸν [μὲν οὖν ---------- | εἶναι] κύρια τὰ δόξαντα ὑμεῖν περὶ τῆς πρότε[ρον ----------|------] γεγενημένης, καὶ τὸ τοῦ ἀξιολ[ογωτάτου ---------- | ------- ἐ]π' [α]ὐτ[ῶ]ν ἐπιχωρίου καὶ ----------

28 Idem quod antea (v. 47 sqq.) de fundis oppigneratis, hic de eis qui testamento relinquantur praecipitur, nisi quod in hac causa non erat, cur heredi testamentario prospiceretur. Ceterum et ξένῳ hic additum et totius proximae paragraphi argumentum docent, civi testamento relinqui licuisse ius agri publici colendi. 29 Et quia bona vacantia, privata quoque, reipublicae cedunt, et quia dominium fundi, quem defunctus possederat, iam reipublicae erat (τοῦ ἑαυτῆς κτήματος), is iure hereditatis ab intestato ad eam recidit. 30 Supplevi. Geminium Modestum, maritum Sabiniae Celsinae, in titulo Cirtensi C. I. Lat. VIII 7054 inveniri adnotatur Prosopogr. imp. Rom. II p. 116 n. 91. Qui cum illic *praetorius vir* appelletur, perquam probabile est eundem ad proconsulatum Achaiae, provinciae praetoriae, pervenisse. 31 Huius epistulae argumentum ex reliquiis exilibus quae aetatem tulerunt cognosci non potest; ne id quidem constat, eam item ad emphyteusin agrorum publicorum civitatis Thisbensium spectasse. Nam fieri poterat ut nulla alia de causa eidem lapidi cum prioris proconsulis edicto incideretur, nisi quod ad eundem populum data erat.

---

534 Marmor musei Britannici. Ed. Chandlero Inscr. II p. 74 n. 110 ed. Boeckh C. I. G. 103. Accuratissime Hicks Ancient Greek Inscriptions in the British Museum I p. 24 n. XIII (Koehler C. I. Att. II 1059. R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscriptions juridiques Grecques p. 235 n. XIII).

Ἐπὶ Ἀρχίππου ἄρχοντος[1], Φρυνίωνος δημαρχοῦ[ντος].

Litterae volgares dispositae στοιχηδόν. 1 Bis hoc nomen intra breve spatium occurrit in fastis Atticis, Ol. 114, 4 (321/0 a. Chr.) et Ol. 115, 3 (318/7 a. Chr.). Quod editores priorem ex his annis praetulerunt, sine idonea causa fecisse mihi videntur. Nam quod Koe. ad C. I. Att. II, 724 *B*, 7 [ἐπ' Ἀρχί]ππου Ῥαμνου[σίου] ἄρχοντος provocans in recentiore ambiguitatis vitandae

[Κ]ατὰ τάδε μισθοῦσιν Πειραιεῖς Παραλίαν καὶ Ἁλμυρί[δ]α[2]
καὶ τὸ Θησεῖον[3] καὶ τἆλλα τεμένη ἅπαντα· τοὺς μισθω[σ]αμένους
5 ὑπὲρ : Δ : δραχμὰς καθιστάναι ἀποτίμημα[4] τῆς μ[ι]σθώσεως
ἀξιόχρεων· τοὺς δὲ ἐντὸς Δ δραχμ(ῶ)ν[5] ἐγγυητὴ[ν] ἀποδιδό-
μενον[6] τὰ ἑαυτοῦ τῆς μισθώσεως. ἐπὶ τοῖσδε μ[ι]σθοῦσιν ἀνεπιτί-
μητα καὶ ἀτελῆ[7]· ἐὰν δέ τις εἰσφορὰ γ[ί]γνηται ἀπὸ τῶν χωρίων
τοῦ τιμήματος, τοὺς δημότας ε[ἰ]σφέρειν[8]· τὴν δὲ (ἰ)λ(ὺ)ν[9] καὶ
10 τὴν γῆν μὴ ἐξέστω ἐξάγειν το[ὺ]ς μισθωσαμένους μήτε ἐκ τοῦ
Θησείου μήτε ἐκ τῶν ἄλλ[ων τεμενῶν μηδὲ τὴν ὕλην ἄλλοσ' ἢ
τῶι χωρίωι[10]. οἱ μισ[θω]σάμενοι τὸ Θεσμοφόριον καὶ τὸ τοῦ

---

causa demoticum addendum fuisse statuit, id titulo n. 163, 1 redarguitur, ubi simpliciter ἐπ' Ἀρχίππου ἄρχοντος legimus, etsi illud quidem monumentum manifesto anni 118/7 a. Chr. est. Quare de huius locationis anno res in medio relinquenda. 2 Cf. Hesych. ἁλμυρίδες· αἰγιαλοί· καὶ τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ παρὰ τὰς ἐσχατιάς, οὗ τοὺς νεκροὺς ἐξέβαλον. Nomen proprium fundi, derivatum illud quidem a soli salsugine, hic haberi apparet. Sed num hic idem sit cum cognomini loco cuius Hesychius mentionem facit, perquam dubium mihi videtur. 3 Theseum inter longos muros situm intellegit Boe. Sed spatium, quo muri illi distinentur, Piraeensium fuisse non videtur. Cf. n. 459 cum adn. 4 Fundum pignori dare iubentur conductores. Cf. C. I. Att. II, 570, 18 sqq.: ὅσο[ν] δὲ κατ' ἐν[ιαυτ]ὸν δανείζεται δανείζ[ον]τας ὅ[στις] ἂν πλεῖστον τόκον διδῷ ὃς ἂ[ν πείθ]ηι τοὺς δανείζοντας ἄρχοντα[ς τιμ|ή]ματι ἢ ἐγγυητῇ. Perfrequens usus verbi ἀποτιμᾶν et nominis ἀποτίμημα de agris oppigneratis est in cippis hypothecariis; cf. n. 818, 3. 820, 8. 824, 9. 827, 2. 5 ΔΡΑΧΜΑΝ. 6 Verbum nullam nisi vendendi notionem hic habere posse iure statuunt editores inscr. iur., ideoque ad πρᾶσιν ἐπὶ λύσει (n. 831 3) rettulerunt quae a pignoris constitutione re et usu non magnopere differebat. 7 Cf. C. I. Att. II, 600, 4 sqq. κατὰ τάδε ἐμίσθωσαν τὸ χωρί[ο]ν — ἀτ[ε]λὲς καὶ ἀνεπιτίμητον. IV, 2 p. 242 n. 1059 b, 1 sqq.: [κα]τὰ τάδε ἐμίσθωσεν ὁ δῆμος ὁ Π[ρασ]ιέων τὸ χωρίον τὸ Θεοδώρει[ον] — ἀτ[ελὲς] καὶ ἀνεπιτίμητον εἰσφορ[ᾶς καὶ] τῶν ἄλλων ἁπάντων. 8 Quae in Prasiensium locatione (not. 7) cum reliquis vectigalibus comprehenditur εἰσφορά, ea hic propterea separatim commemorari videtur, quia priora ad ea τέλη spectant, quae pagus ipse exigit. Ea omnia se remissuros promittunt Piraeenses, εἰσφορὰν vero, quam civitas Atheniensium imponat, pagum ipsum soluturum. Idem vides n. 535, 24. Alibi nonnunquam haec ita distinguuntur, ut reliquorum vectigalium quidem immunitas concedatur' sed εἰσφοραὶ conductori iniungantur. Cf. n. 834, 12 sq.: (ἐμίσθωσαν) — ἀτελὲς ἁπάντων. v. 25 sqq.: ἐὰν δέ [τις] εἰσφορὰ γίγνηται ἢ ἄλλο τι ἀπ[ότει]σμα τρόπῳ ὁτῳοῦν, εἰσφέρειν Εὐκράτην κατὰ τὸ τίμημα καθ' ἑπτὰ μνᾶς. Inscr. iur. 9 ΥΛΙΝ. Emendaverunt editores inscr. iur. coll. n. 550, 22. 10 Cf. n. 535, 27 sqq. Pro τῷ χωρίῳ exspectes εἰς τὸ χωρίον, ut illic est. Sed dativus commodi esse videtur; non licet privari fundum conductum utilitate

Σχοινοῦντος[11] καὶ (τ)|ἄλλα[12] ἐννόμια τὴν μίσθω[σ]ιν καταθήσουσι τὴμ μὲν ἡμίσ|εαν ἐν τῶι Ἑκατομβαιῶνι, τὴν δὲ ἡμίσεαν ἐν τῶι
15 Ποσιδε||ῶνι[13]. οἱ μισθωσάμενοι Παραλίαν καὶ Ἁλμυρίδα καὶ τὸ Θη|σεῖον καὶ τἆλλα εἴ πού τί ἐστιν, ὅσα οἷόν τε καὶ θεμιτόν | ἐστιν ἐργάσιμα ποεῖν, κατὰ τάδε ἐργάσονται· τὰ μὲν ἐ|ννέα ἔτη ὅπως ἂν βούλωνται, τῶι δὲ δεκάτωι ἔτηι[14] τὴν ἡ|μίσεαν[15] ἀροῦν
20 καὶ μὴ πλεί(ω)[16], ὅπως ἂν τῶι μισθωσαμένωι || μετὰ ταῦτα ἐξῆι ὑπεργάζεσθαι ἀπὸ τῆς ἕκτης ἐπὶ δέκ|α τοῦ Ἀνθεστηριῶνος· ἐὰν δὲ πλείω ἀρόσει ἢ τὴν ἡμίσε|αν, τῶν δημοτῶν ἔστω ὁ καρπὸς ὁ πλείων. τὴν οἰκίαν τὴ[ν | ἐν τῆι Ἁλμυρ]ίδι στέγουσαν παραλαβὼν[17] καὶ ὀρθὴν κατὰ τ[α|ὐτὰ ἀποδώσει----------]ον ὀρθαί. | ----------

quam terra effossa ei praebere potest. 11 Cum hoc manifesto loci, non herois aut hominis nomen sit, vix aliter intellegi poterit genetivus, nisi ut ab ἐννόμιον eum pendere statuamus. 'Qui Thesmophorium et scripturam Schoenuntis aliorumque pascuorum conduxerint'. 12 ΣΑΛΛΑ. 13 Cf. n. 531[3]. 14 Cf. n. 91[8]. 15 Cf. n. 531[6]. 16 ΠΛΕΙΛ. 17 Cf. n. 531, 25 sqq.

535 Lugduni Batavorum in museo publico. Ex Reuvensii exemplo et duobus apographis a Niebuhrio acceptis ed. Boeckh C. I. G. 93 (cf. Add. vol. I p. 899). Janssen Musei Lugduno-Batavi Inscr. Gr. et Lat. tab. I (Koehler C. I. Att. II, 1055. R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscriptions juridiques Grecques p. 238 n. XIII *bis*). Cf. quae adnotaverunt Boeckh ad C. I. G. 214. K. Keil zur Sylloge Inscr. Boeot. p. 621 sq. B. Keil Hermae XXIX p. 363 not. 1.

Κατὰ τάδε ἐμίσθωσαν Αἰξωνεῖς τὴν Φιλλεῖδα[1] | Αὐτοκλεῖ

Litterae Ionicae volgares non dispositae στοιχηδόν. 1 ΤΙΝΙΙΛΛΕΙΔΑ Janssen, ΦΙΛΑΕΙΔΑ Reuvens, ΦΕΛΛΙΔΑ et ΦΕΛΛΕΙΔΑ duo reliqua Boeckhii apographa. Item v. 32 ΦΙΛΑΕΙΔΟΣ Reuvens, ΦΙΛΛΕΙΔΟΣ Janssen, ΦΕΛΛΕΙΔΟΣ duo apographa Boeckhiana. Memorabile est, Janssenium, locupletissimum testem, utrobique alteram litteram I, non E exhibere. Quod tamen editores, etiam Koe., Φελλεῖδα et Φελλεῖδος praetulerunt, id referendum est ad γῆς φελλίδος memoriam apud Pollucem Onom. I, 227 et ad notam vocem φελλεύς, quam ubique appellative agrum sterilem et saxosum significare, cum a nonnullis et antiquitatis et recentiorum temporum hominibus perperam pro nomine proprio habita esset, evicit H. Sauppe Ausgewählte Schriften p. 117 sqq.

Αὐτέου καὶ Αὐτέαι Αὐτοκλέους τετ|ταράκοντα ἔτη ἑκατὸν πεντή-
κοντα δυοῖν δρ|αχμῶν ἕκαστον τὸν ἐνιαυτόν, ἐφ' ὧ(ι)τε καὶ φυ-
5 τε||ύοντα(ς)[2] καὶ ἄλλον τρόπον ὃν ἂν βούλωνται· τὴν (δ)|ὲ[3]
μίσθωσιν ἀποδιδόναι τοῦ Ἑκατομβαιῶνος μη|νός[4]· ἐὰν δὲ μὴ
ἀποδιδῶσιν, εἶναι ἐνεχυρασίαν Αἰ|ξωνεῦσιν καὶ ἐκ τῶν ὡραίων
τῶν ἐκ τοῦ χωρίου καὶ | ἐκ τῶν ἄλλων ἁπάντων τοῦ μὴ ἀπο-
10 διδόντος[5]. μὴ ἐ||ξεῖναι δὲ Αἰξωνεῦσιν μήτε ἀποδόσθαι μήτε μισ|-
θῶσαι μηδενὶ ἄλλωι, ἕως ἂν τὰ τετταράκοντα ἔτ|η ἐξέλθει. ἐὰν
δὲ πολέμιοι ἐξείργωσι ἢ διαφθείρ|ωσί τι, εἶναι Αἰξωνεῦσιν τῶν
γενομένων ἐν τῶι χ|ωρίωι τὰ ἡμίσεα. ἐπειδὰν δὲ τὰ τετταρά-
15 κοντα ἔτη || ἐξέλθει, παραδοῦναι τοὺς μεμισθωμένους τὴν ἡμ|ί-
σεαν τῆς γῆς χερρὸν[6] καὶ τὰ δένδρα ὅσ' ἂν εἶ ἐν τῶι χ|ωρίωι·
ἀμπελουργὸν δ' ἐπάγειν Αἰξωνέας τοῖς ἔτεσ|ι τοῖς τελευταίοις
πέντε. χρόνος ἄρχει τῆς μισθώ(σεως) | τοῦ Δημητρίου καρποῦ
20 Εὔβουλος ἄρχων[7], τοῦ δὲ ξυλίν||ου ὁ μετ' Εὔβουλον. τὴν δὲ
μίσθωσιν ἀναγράψαντας ε|ἰ(ς) στήλας λιθίνας τοὺς ταμίας τοὺς
ἐπὶ Δημοσθένου|ς δημάρχου στῆσαι τὴν μὲν ἐν τῶι ἱερῶι τῆς
Ἥβης[8] ἐν|δόν, τὴν δ' ἐν τεῖ λέσχει, καὶ ὅρους ἐπὶ τῶι χωρίωι

At neglexisse videntur homines, hic utique proprium, non appellativum nomen desideravi. Nam qui certum agrum locat, eum in instrumento locationis nominare debet, non describere. Dicat quispiam, ipsa propria agrorum nomina a natura et condicione soli repeti consuevisse. Ita sane est; cf. n. 534, 2 Παραλίαν καὶ Ἁλμυρίδα. v. 12 τοῦ Σγοινοῦντος. At item ab hominum nominibus derivabantur; C. I. Att. IV, 2 p. 242 n. 1059 *b*, 2 τὸ χωρίον τὸ Θεοδώρει[ον]. Quare cum utique Φιλλεῖδα et Φιλλεῖδος testimoniis fide dignioribus fulciantur, non video quid impediat quominus agro Φιλλῆς (γῆ) nomen fuisse statuamus a Φίλλις vel Φιλλέας derivatum. 2 ΦΥΤΕΥΟΝΤΑ. Aliquid turbatum fuisse manifestum est, ac maxime quidem arridet Koehleri sententia lapicidam exemplum a quaestoribus pagi sibi traditum aliquot vocibus neglegentia omissis corrupisse. 3 ΤΗΝΑ Janssen, cum antiquiora apographa Δ habeant. 4 Cf. n. 531[3]. 5 Memorabile est hic non ut n. 534, 4 sqq. et alibi praediis pignori oppositis aut praedibus constitutis satisdari, sed simpliciter ex re familiari conductoris pagum debita exigere iuberi. Similia sunt quae leguntur C. I. Att. II, 600, 33 sqq. ἐὰν δὲ μὴ ἀποδιδῷ τὴν μίσθωσιν ἐ[ν] τοῖς χρόνοις τοῖς γεγραμμένοις ἢ μὴ [ἐ]ργάζηται τὸ χωρίον κατὰ τὰ γεγραμμέ[ν]α, ἐξεῖναι τοῖς φρατριάρχοις καὶ Δυα[λεῦ]σιν ἐνεχυράζειν πρὸ δίκης. 6 Cf. n. 531[6]. 534[15]. 7 Ol. 108, 4 (345/4 a. Chr.). 8 Cf. C. I. Att. II, 581, 1 sqq. Φιλα[ῖ]ος Χρέμητος εἶπεν· ἐπειδὴ οἱ λαχόντες ἱεροποιοὶ εἰς τὸ τῆς Ἥβης ἱερὸν δικαίως καὶ φιλοτίμως ἐπε[μ]ελήθησαν τῆς θυσίας τῇ Ἥβῃ. v. 28 sqq. ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα ἐστήλῃ λιθίνῃ καὶ στῆσαι ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἥβης. Decretum Aexonensium pagi est, inventum eodem loco et tempore cum eo quem hic habes titulo.

25 μὴ ἔ|λαττον ἢ τρίποδας ἑκατέρωθεν δύο. καὶ ἐάν τις εἰσ||φορὰ ὑπὲρ τοῦ χωρίου γίγνηται εἰς τὴν πόλιν, Αἰξωνέ|ας εἰσφέρειν[9]· ἐὰν δὲ οἱ μισθωταὶ εἰσενέγκωσι, ὑπολο|γίζεσθαι εἰς τὴν μίσθωσιν. τὴν δὲ γῆν τὴν ἐκ τῆς γεω|ρυχίας μὴ ἐξεῖναι ἐξάγειν μηδενὶ ἀλλ' ἢ ἐς αὐτὸ τὸ χ|ωρίον[10]. ἐὰν δέ τις εἴπει ἢ ἐπιψηφίσει
30 παρὰ τάσδε τὰς σ||υνθήκας πρὶν τὰ ἔτη ἐξελθεῖν τὰ τετταρά-κοντα, εἶν|αι ὑπόδικον τοῖς μισθωταῖς τῆς βλάβης. Ἐτεοκλῆς | Σκάωνος Αἰξωνεὺς εἶπεν· ἐπειδὴ οἱ μισθωταὶ τῆς Φιλ|λεΐδος Αὐτοκλῆς καὶ Αὐτέας συνχωροῦσιν ὥστε ἐκκό|ψαι τὰς ἐλάας
35 Αἰξωνεῦσιν, ἑλέσθαι ἄνδρας, οἵτινες || μετὰ τοῦ δημάρχο καὶ τῶν ταμιῶν καὶ τῶ μισθωτῶ ἀπ|οδώσονται τὰς ἐλάας τῶι τὸ πλεῖστον διδόντι, τοῦ δὲ | εὑρόντος[11] ἀργυρίου λογισάμενοι ἐπὶ δραχμεῖ τὸν τό|κον τὸν ἥμυσυν ἀφελεῖν ἀπὸ τῆς μισθώσεως, καὶ ἐνγ|ράψαι ἐν ταῖς στήλαις τοσούτωι ἐλάττω τὴν μίσθωσιν· ||
40 τοῦ δὲ ἀργυρίο τῆς τιμῆς τῶν ἐλαῶν λαμβάνειν Αἰξων|έας τὸν τόκον· τὸν δὲ πριάμενον τὰς ἐλάας ἐκκόψαι ἐ|πειδὰν Ἀνθίας[12] τὸν καρπὸν κομίσηται τὸν μετ' Ἀρχία|ν ἄρχοντα[13] πρὸ τῶ ἀρότο, καὶ μύκητας[14] καταλιπεῖν μὴ | ἔλαττον ἢ (π)αλα(σ)τιαίους[15] ἐν
45 τοῖς περιχυτρίσμασιν[16], ὅ||πως ἂν αἱ ἐλᾶαι ὡς κάλλισται καὶ

9 Cf. n. 534[8]. 10 Cf. n. 534[10]. 11 Res vendita vel locata εὑρίσκειν dicitur pretium apud Atticos, eadem vi qua antiquitus ἁλφεῖν dici consueverat (Hom. Φ, 79 ἑκατόμβοιον δέ τοι ἥλφον, et infra n. 550, 14: ὁπ[ό]σην δ' ἂν ἅλφῃ μίσ[θ]ωσιν τὸ τέμενος). Itaque expectaveris pretii notioni passivum adiungi participium (εὑρισκόμενον, εὑρεθέν), sed usus activum praetulit; cf. Aeschines I, 96: καὶ γὰρ οὐδὲ τῆς ἀξίας ἕκαστον τῶν κτημάτων ἀπέδοτο, οὐδ' ἐδύνατ' ἀναμένειν τὸ πλέον οὐδὲ τὸ λυσιτελοῦν, ἀλλὰ τοῦ ἤδη εὑρίσκοντος ἀπεδίδοτο. Xenophon Mem. II, 5, 5: ὅταν τις οἰκέτην πονηρὸν πωλῇ, ἀποδίδοται τοῦ εὑρόντος. Boe. 12 Conductor agri. 13 Ol. 108, 3 (346/5 a. Chr.). 14 Vox proprie fungum significans variis modis ad res figura aliquatenus fungorum similes transfertur. De olivis aliquotiens usurpatur ut vitium quoddam quo arbores laborent indicetur (Theophrast. Hist. pl. IV, 14, 3. Nicander Georgic. fr. 78, 3 O. Schneider ap. Athen. II p. 60 f. Hesychius μύκης, Latine *fungus* Plin. Nat. hist. XVII, 223). Sed ei notioni hic nullum esse locum vidit Boeckhius et sine dubio recte interpretatus est truncum (πρέμνον) arboris excisae. 15 ΤΑΛΑΝΤΙΑΙΟΥΣ, quod antiquiora exempla exhibent, re vera in lapide esse Janssenii testimonio constat. Sed lapicidam errasse manifestum est, neque enim pondus stipitum, qui etiam cum radicibus terrae infixi haerebant, definiri poterat, sed altitudo. Emendavit Boeckh. 16 Scrobem, in qua olea plantata erat, testarum fictilium terrae immissarum orbe a reliquo agro divisam fuisse probabiliter coniecit Boeckh. Similiter n. 531, 32 scrobes, in quibus vites et ficus seruntur, exiguis maceriis circumdantur.

μέγισται γίγνωνται | ἐν τούτοις τοῖς ἔτεσι. οἵδε ἡιρέθησαν ἀποδόσθαι τὰ|ς ἐλάας· Ἐτεοκλῆς, Ναύσων, Ἀγνόθεος.

---

536 Tabula marmoris Pentelici inventa prope vicum *Menidi* terrae Atticae, delata Athenas in museum centrale. Edd. A. Conze Philologi XII p. 568. Koehler C. I. Att. II, 1060.

. . . . . χ. . . | . . . . . νοι θ. . |. . . . . νου καὶ .|. . .
5 . . . . . ένου οἱ [μ‖ετὰ . .]οκλείους Ἀχ|[αρνέ]ως, ἐφ' ὧι τε τὴ|[ν .]νναίαν[1] τὴν ἐκκ[2] τ|[ο]ῦ χωρίου ἅπαντος | ἑαυτῶν εἶναι· καὶ
10 ἐ‖ξεῖναι αὐτοῖς ἄγε|ιν ὑπονόμους διὰ τ|οῦ χωρίου, ὁποίαι[3] ἂ|ν
15 βούλωνται καὶ ὁπ|όσους ἂν βούλωνται(ι)[4], ‖ καὶ βάθος τῶν ὑπον|όμων ὁπόσον ἂν βού|λωνται.

Litterae Ionicae volgares dispositae στοιχηδόν. 1 Vox ignota. 2 Cf. n. 197[17]. 3 I. e. qua regione, quam in partem. 4 ΩΝΤΑ.

---

9. Aedificationes.

537 Tabula inventa in Piraeeo in angulo viae Σωτείρας et alius cuiusdam nomine tum etiam carentis. Edd. A. Meletopulos Σφαῖρα 28. Mai 1882. Idem in libello peculiari Ἀνέκδοτος ἐπιγραφή· ἡ σκευοθήκη τοῦ Φίλωνος, ἐν Ἀθήναις 1882 (inde Ἀθήναιον X p. 557). P. Foucart Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 540 sqq. (Syll.[1] 352). C. I. Att. II, 1054 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 454 n. 579). Germanice versum titulum cum delineationibus exhibuit R. Bohn, Centralblatt der Bauverwaltung Jahrg. II n. 33 p. 295. Commentario bonae frugis pleno illustravit E. Fabricius Hermae XVII p. 551 sqq.

[Θ] ε ο [ι].
[Σ]υνγραφαὶ[1] τῆς σκευοθήκης τῆς λιθίνης[2] τοῖς

Litterae volgares accurate dispositae στοιχηδόν, nisi quod nonnunquam I cum littera vicina unum modo locum occupat. Pro A haud raro Λ est, quod nolo singillatim enotare. 1 Non pactum ipsum hic lapis continet, sed leges quae scribuntur eis qui singulas operis partes efficiendas conducent. 2 Etiam antiquius armamentarium (ἡ ἀρχαία σκευοθήκη C. I. Att.

κρεμαστοῖς σκεύεσιν[3] | Εὐθυδόμου Δημητρίου Μελιτέως[4], Φίλωνος Ἐξηκεστίδου Ἐλευσινίου[5].

II 807*b*, 153) sine dubio lapideum erat, sed cum eius spatium non amplius sufficeret, in praesentia aliquot armamentaria lignea (σκευοθῆκαι ξύλιναι σκεύεσιν τριήρων C. I. Att. II 807*c*, 26) exstructa erant, sed deinde decretum est ut novum et multo amplius antiquo illo ex lapide fieret, ad quod hic titulus spectat. Quod quo tempore exstructum sit, definite quidem non traditur. Sed ex titulo 187, 12 videmus pecunias in navalium et armamentarii aedificationem collatas esse inde a Themistocle archonte (Ol. 108, 2. 347/6 a. Chr.) usque ad Cephisodorum (Ol. 114, 2. 323/2 a. Chr.). Atque ipso Themistoclis anno comitia in Piraeeo habita esse, quibus περὶ τῶν ἐν τοῖς νεωρίοις deliberaretur, apud Demosthenem XIX, 60 legimus. Tum a Philone orationem habitam cuius apud Ciceronem de orat. I, 14, 62 et Valerium Maximum VIII, 12, 2 mentio fieret coniecit Fouc. Non minus cum illa temporis definitione convenire, quod Aesch. III, 25 diceret ab Eubulo navalia et armamentarium exstructa esse. Ol. 110, 2 (339/8 a. Chr.) utrumque aedificium iam incohatum fuisse, sed propter bellum Demosthene rogante aedificationem aliquantisper intermissam esse constat ex Philochori fr. 135 (F. H. G. I p. 406). Atque ita recte in decreto honorario Lycurgi (Plut. Vitt. X or. p. 852 A. Cf. n. 168, 18) scriptum esse πρὸς δὲ τούτοις ἡμίεργα παραλαβὼν τούς τε νεωσοίκους καὶ τὴν σκευοθήκην καὶ τὸ θέατρον τὸ Διονυσιακὸν ἐξηργάσατο. Neque propterea quia in titulo 187 usque ad Cephisodori annum pensiones factae dicuntur, dubitandum est quin re vera Lycurgus, qui fere 326 a. Chr. decessit, haec aedificia ad finem perduxerit. Etenim in traditionum tabula C. I. Att. II, 807*b*, 88 est ἥλων σιδ[ηρῶ]ν τῶν ἀπὸ τῆς σκευοθ[ήκης] περιγενομένων μνᾶ καινῶν, unde videmus iam tum (Ol. 112, 3. 330/29 a. Chr.) tectum (cf. v. 57) perfectum fuisse. Apparet igitur illas annorum posteriorum pensiones ita factas esse, ut summae in praesentia ex aliis publicis aut sacris pecuniis ad exstructionem armamentarii erogatae restituerentur. Fouc. 3 Ubique in titulis navalibus distinguuntur σκεύη κρεμαστὰ et ξύλινα. (Cf. 530, 44 sqq.) Haec in ipsis navibus asservari solebant, illis custodiendis inserviebat armamentarium. Boeckh Seeurk. p. 68. 4 Euthydomus Demetrii f. Melitensis est in titulo C. I. Att. II, 1177, 7, quem medio quarto a. Chr. saeculo recentiorem non esse scriptura o pro ου indicio est. F. 5 Philo Eleusinius trierarchus est C. I. Att. II, 803*e*, 135 (Ol. 109, 3. 342/1 a. Chr.). Eum eundem fuisse cum architecto nobilissimo (Cicero et Val. Max. l. l. Strab. IX, 1, 15 p. 395 Cas. Vitruv. VII, 8. Plin. N. h. VII, 125. Plut. Sull. 14. Appian. Mithr. 41) nunc intellegitur. Fouc. Ceterum C. I. Att. II, 167, 35 item nomina quaedam genetivo casu inscripta fuerunt, quae curatorum (ἐπιστατῶν) et architecti a populo creati esse coniecit Koehler. Idem de hoc titulo statuit Fouc. Ac cum Philo procul dubio architectus sit, Euthydomum epistatam fuisse conieceris, sed cum semper collegio talium aedificiorum cura mandata esse videatur, non intellegitur, cur hic unus modo curator recenseatur. Fabr. eum una eum Philone hanc legem operis faciendi elaborasse coniecit. Cum nullum praemittatur populiscitum, has

Σκευοθήκην οἰκοδομῆσαι τοῖς κρεμαστοῖς σκεύεσιν ἐν Ζείαι[6]
5 ἀρξά‖μενον ἀπὸ τοῦ προπυλαίου τοῦ ἐξ ἀγορᾶς προσιόντι ἐκ τοῦ
ὄπισθεν τῶν ν|εωσοίκων τῶν ὁμοτεγῶν[7], μῆκος τεττάρων πλέ-
θρων, πλάτος πεντήκοντα π|οδῶν καὶ πέντε σὺν τοῖς τοίχοις.
κατατεμὼν τοῦ χωρίου βάθος ἀπὸ το|ῦ μετεωροτάτου τρεῖς πό-
δας, τὸ ἄλλο ἀνακαθαράμενος ἐπὶ τὸ στέριφ|ον[8] στρωματιεῖ καὶ
10 ἀναλήψεται ἴσον κατὰ κεφαλὴν ἅπαν ὀρθὸν πρὸς τ‖ὸν διαβήτην[9],
στρωματιεῖ δὲ καὶ τοῖς κίοσιν ἀπολείπων ἀπὸ τοῦ τοίχ|ου ἑκα-
τέρου πέντε κ[αὶ δέκ]α πόδας σὺν τῶι πάχει τοῦ κίονος· ἀριθμὸς |
τῶν κιόνων ἑκατέρου τοῦ στοίχου πέντε καὶ τριάκοντα, διαλεί-
πων δ|[ι]οδον τῶι δήμωι διὰ μέσης τῆς σκευοθήκης, πλάτος τὸ
μεταξὺ τῶν κιό|νων εἴκοσι ποδῶν, πάχος [δ]ὲ ποήσει τὸ στρῶμα
15 τετράπουν, τιθεὶς τοὺς ‖ λίθους ἐναλλὰξ φορ[μη]δὸν[10] καὶ παρὰ
μῆκος. οἰκοδομήσει δὲ τοὺς τοίχ|ους τῆς σκευοθήκη[ς κ]αὶ τοὺς
κίονας Ἀκτίτου λίθου[11], θεὶς εὐθυντηρί|αν[12] τοῖς τοίχοις, [π]λά-

---

condiciones lapidi non incisas esse nisi privato horum duumvirorum consilio, qua de causa etiam nomina eorum mero genetivo praemittantur, idem existimat. 6 De hac Piraeei parte cf. Bekk. Anecd. 261, 3. 311, 17. Phot. Hesych. s. v. Quibus locis omnibus itemque C. I. Att. II, 380, 10. 793*f*, 54. 807*c*, 33. 808*d*, 100. 809*e*, 59. 811*c*, 8 scribitur Ζέα. De ει pro ε ante vocales scribi solito cf. 1334. 1547. 7 Zeae erant centum nonaginta sex e numero trecentorum septuaginta duorum navalium, quae respublica Atheniensium quarto a. Chr. saeculo habebat (Boeckh Seeurk. p. 68. 414). Atque eorum pars ita exstructa erat, ut unum continuum tectum haberent (νεώσοικοι ὁμοτεγεῖς). 8 Editores commate post ἀνακαθαράμενος distinxerunt. Sed nescio an praestet coniungere ἀνακαθαράμενος ἐπὶ τὸ στέριφον. Solum purgandum est dum ad solidum saxum perveniatur. 9 Libella. Cf. E. Fabricius, de architectura Graeca commentationes epigraphicae. Berolini 1881 p. 72. Ceterum hoc στρῶμα non omni aedificii planiciei imponi, sed parietum modo fundamenta intellegenda esse, cum ex separata columnarum mentione (στρωματιεῖ δὲ καὶ τοῖς κίοσιν) tum ex constanti architectorum Graecorum usu collegit Fabr. in Herma. 10 De voce, quam Fabr. in Herma et nos in proëcdosi supplevimus, post Koehleri collationem dubitatio omnis exempta est. Alterni lapidum ordines in longitudinem (παρὰ μῆκος) et transversi collocantur. Eam vim adverbium φορμηδὸν haud raro habet. Cf. Thuc. II, 75, 2. 11 Quem volgo Piraicum vocant. Nam paeninsula Piraeei Ἀκτή appellabatur. Cf. Arist. Ἀθ. πολ. 61, 1 δύο δὲ (χειροτονοῦσι στρατηγοὺς) ἐπὶ τὸν Πειραιέα, τὸν μὲν εἰς τὴν Μουνιχίαν, τὸν δὲ εἰς τὴν Ἀκτήν. Multas lapicidinas antiquas in hac Piraeei parte etiamnunc conspicuas esse adnotat Fabr. 12 Cf. Hesych. εὐθυντηρία τὸ ἐν τῷ ἐδάφει σύμμαγμα ὑπὸ τῶν ἀρχιτεκτόνων. Sic 540, 105 sqq. ὑπευθυντηρία significat rudus calculosum quo solum integitur

τος τριῶν ποδῶν, πάχος τριῶν ἡμιποδίων, μῆκος τ|ετραπόδων τῶν λ[ίθ]ων, ἐπὶ δὲ ταῖς γωνίαις τετραπόδων καὶ τριῶν παλ|αστῶν, καὶ ἐπὶ τῆς εὐθυντηρίας ἐπιθήσει ὀρθοστάτας[13] περὶ μέσηι
20 τῆ‖ι εὐθυντηρία[ι], μῆκος τετράποδας, πάχος πένθ' ἡμιποδίων καὶ δακτύλ|ου, ὕψος τρίποδας, τοὺς δ' ἐπὶ ταῖς γωνίαις μῆκος ἐκ τοῦ μέτρου τῶν τρ|ιγλύφων, διαλείπων θυραίας κατὰ τὸ πλάτος τῆς σκευοθήκης δύο ἐκ[α]|τέρωθεν, πλάτος ἐννέα ποδῶν. καὶ οἰκοδομήσει μέτωπον[14] ἑκατέρωθε[ν] | ἐν τῶι μετα[ξ]ὺ τῶν θυρῶν,
25 πλάτος δίπουν, εἰς δὲ τὸ εἴσω δεκάπουν, καὶ π‖ερικάμψει τὸν τοῖχον[15] μέχρι τῶν πρώτων κιόνων πρὸς ὃν ἀνοίξεται ἡ | θύρα ἑκατέρα. ἐπὶ δὲ τοῦ ὀρθοστάτου πλινθίσιν[16] οἰκοδομήσει τοὺς τ|οίχους, μῆκος τετράποσιν, πλάτος πέντε ἡμιποδίων, ἐπὶ δὲ ταῖς γωνί|αις μῆκος ἐκ τοῦ μέτρου τῶν τριγλύφων, πάχος τριημιποδίοις· ὕψος δ|ὲ ποιήσει τῶν τοίχων ἀπὸ τῆς εὐθυντηρίας
30 ἑπτὰ καὶ εἴκοσι ποδῶν σὺ‖ν τῆι τριγλύφωι ὑπὸ τὸ γεῖσον, τὰς δὲ θυραίας ὕψος πέντε καὶ δέκα πο|δῶν καὶ ἡμιποδίου. καὶ ἐπιθήσει ὑπερτόναια[17] λίθου Πεντελησικοῦ, μῆ|κος δώδεκα ποδῶν, πλάτος ἴσα τοῖς τοίχοις, ὕψος δίστοιχα[18], παραστάδ|ας στήσας λίθου Πεντελησικοῦ ἢ Ὑμηττίου, ὀδοὺς ὑποθεὶς Ὑμηττίους, | καὶ γεῖσον ἐπιθήσει ἐπὶ τῶν ὑπερτοναίων, ὑπερέχον τρία ἡμιπόδια. ‖
35 καὶ ποιήσει θυρίδας κύκλωι ἐν ἅπασιν τοῖς τοίχοις, καθ' ἕκα-

---

ad efficiendam aequam planiciem cui deinde imponuntur lapides pavimenti (Fabricius de archit. p. 73). At hic fundamentum muri ex lapidibus sectis constructum intellegi apparet. 13 Ima pars muri lapidibus tres pedes altis exstruitur cum superiora e lateribus lapideis fiant (not. 16). ὀρθοστάται vocantur lapides, quia angustissimum latus εὐθυντηρίᾳ imponitur, ita ut stelarum instar erectae stare, non iacere videantur. Mentio eorum fit etiam C. I. Att. I 322, 60. 324c I, 60 sq. Conze Reisen auf der Insel Lesbos Tab. 6c, 6. Fabr. 14 Paries qui decem pedes introrsus pertinens duas portas eiusdem lateris dirimit. 15 Paries ab utraque portarum parte e regione μετώπου recto angulo introrsus reducitur usque ad primam columnam. Tamen exiguum spatium inter murum et columnam relinqui probabile est. Fabr. 16 Lapides tenues et lati, eadem forma qua sunt lateres. Deminutivum sic alibi non usurpari praeter Callixeni locum ap. Athenaeum V p. 206c, cum πλίνθοι sic iam C. I. Att. I 322, 10 sqq. inveniatur, monet Fabr. 17 Limina superiora portarum. Cf. Poll. VII, 122: τὰ δὲ ὑπέρθυρα (quam vocem de hac re etiam in titulis frequentissimam esse adnotat Fabr.) ὑπερτόναια. C. I. Att. II 167, 56 καὶ ἐπιθήσει ὑπερτόναια ξύλινα (illic quidem de fenestris dicitur). 18 I. e. duos ordines laterum lapideorum (not. 16) altitudine aequantia. Cf. C. I. Att. II 167, 55: ὕψος ποιῶ[ν τοῦ μ]ὲ[ν] ἐπαλξίου τρεῖς πόδας, τ[ῆ]ς δὲ θυρίδος δέκα στοίχους. v. 57: ὑπερτόναια — πάχος στο[ι]χιαῖα.

στον τὸ | μετακιόνιον, ἐν δὲ τῶι πλάτει τρεῖς ἑκατέρωθεν[19], ὕψος τριῶν ποδῶν, π|λάτος δυοῖν ποδοῖν, καὶ ἐναρμόσ(ε)ι[20] εἰς ἑκάστην τὴν θυρίδα χαλκᾶς θ|υρίδας ἁρμοττούσας. καὶ ἐπιθήσει ἐπὶ τοὺς τοίχους γεῖσα κύκλωι, κ|αὶ τοὺς αἰετοὺς οἰκοδομήσει καὶ γεῖσα
40 ἐπιθήσει καταιέτια. καὶ στ||ήσει τοὺς κίονας, ὑποθεὶς στυλοβάτην κατὰ κεφαλὴν ἴσον τῆι εὐθυν|τηρίαι, πάχος τριῶν ἡμιποδίων, πλάτος δὲ τριῶν ποδῶν καὶ παλαστῆς, | μῆκος τεττάρων ποδῶν[21]· πάχος τῶν κιόνων κάτωθεν δυοῖν ποδοῖν καὶ τ|ριῶν παλαστῶν, μῆκος σὺν τῶι ἐπικράνωι τριάκοντα ποδῶν[22], σφονδύλω|ν[23] ἕκαστον ἑπτά, μῆκος τετραπόδων, τοῦ δὲ πρώτου
45 πεντέποδος. τὰ δὲ ἐπ||ίκρανα ἐπιθήσει ἐπὶ τοὺς κίονας λίθου Πεντελικοῦ. καὶ ἐπιθήσει | ἐπιστύλια ξύλινα, ἐπὶ τοὺς κίονας κολλήσας, πλάτος πέντε ἡμιποδί|ων, ὕψος ἐννέα παλαστῶν ἐκ τοῦ ὑψηλοτέρου, ἀριθμὸς δεκαοκτὼ ἐφ' ἑκά|τερον τὸν τόνον. καὶ μεσόμνας[24] ἐπιθήσει ἐπὶ τοὺς κίονας ὑπὲρ τῆς δι|όδου, πλάτος
50 καὶ ὕψος ἴσα τοῖς ἐπιστυλίοις. καὶ ἐπιθήσει κορυφαῖα[25] || πλάτος ἑπτὰ παλαστῶν, ὕψος δὲ πέντε παλαστῶν καὶ δυοῖν δακτύλοιν | ἄνευ τῆς καταφορᾶς[26], ὑποθεὶς ὑπόθημα ἐπὶ τῆς μεσόμνης,

---

19 Adverbium Fouc. de utroque latere portarum intellexit, ut omnino duodecim fenestrae essent in antica et postica parte. Sed spatium non suffecisse monet Fabr. ideoque ἑκατέρωθεν de fronte et aversa parte aedificii interpretatur. Media igitur ex tribus utrobique supra portam erat. 20 ΕΝΑΡΜΟΣΑΙ. Emendavi. 21 Fouc. singulis columnis singulos stylobatas supponi opinatur, quorum dimensiones hic describantur. At Fabr. hoc pugnare observat cum constanti veterum usu, qui uni continuo stylobatae omnes eiusdem ordinis columnas imposuissent. Quare id etiam hic statuendum, longitudinem quattuor pedum vero ad singulos lapides referendam, τῶν λίθων additamento post μῆκος omisso quia supervacaneum videretur. 22 Multo graciliores sunt columnae quam templorum, quia contabulatio tecti, quam sustinent, tota ex ligno facta est. Fouc. 23 Nomen a similitudine vertebrarum ex quibus spina dorsalis componitur repetitum etiam Callixenus ap. Athen. V p. 206 a et Athenaeus mechanicus de machin. p. 11, 9 habent. Fabr. Cf. praeterea n. 538, 20. 539, 2. 587, 310. 24 Tigna quae supra mediam aedificii partem columnas inter se respondentes utriusque ordinis coniungunt, cum epistylia ab unaquaque columna ad proximam eiusdem ordinis pertineant. Alibi μεσόδμη legitur, ex qua forma manifesto a δέμω derivata haec Attica nata videtur assimilatione (μεσόνμη) et metathesi. 25 Mediis μεσόμναις imponuntur ὑποθήματα eisque trabes quae per totam aedificii longitudinem pertinentes summum tecti culmen efficiunt. Sic haec, quae Fouc. aliter interpretatur, intellegenda esse cum alia docent, tum ipsa vocis origo. 26 Superficies κορυφαίων utrimque oblique praecisa

μῆκος τριῶν | ποδῶν, πλάτος τριῶν ἡμιποδίων, καὶ διαρμόσει τὰ κορυφαῖα κερκίσι|ν[27] ἐπὶ τῶν μεσομνῶν, καὶ ἐπιθήσει σφηκίσκους[28] πάχος δέκα δακτύλων, π|λάτος τριῶν παλαστῶν καὶ τριῶν δακτύλων, διαλείποντας ἀπ' ἀλλήλω||ν πέντε παλαστάς. καὶ ἐπιθεὶς ἱμάντας[29] πλάτος ἡμιποδίου, πάχος δυο|ῖν δακτύλοιν, διαλείποντας ἀπ' ἀλλήλων τέτταρας δακτύλους, καὶ ἐπ|ιθεὶς καλύμματα[30], πάχος δακτύλου, πλάτος ἓξ δακτύλων, καθηλώσας ἧλ|οις σιδηροῖς[31], δορώσας[32] κεραμώσει Κορινθίωι κεράμωι ἁρμόττοντι π|ρὸς ἄλληλον. καὶ ἐπιθή[σ]ει ὑπὲρ τῶν θυρῶν ἐπὶ τὰ μέτωπα[33] ἐκ τοῦ ἐντὸς || ὀροφὴν λιθίνην λίθου Ὑμηττίου. καὶ θύρας ἐπιθήσει τῆι σκευοθήκη|ι ἁρμοττούσας εἰς τὰς θυραίας[34] χαλκᾶς ἔξωθεν ποιήσας. καὶ συνστρώ|σει τὸ ἔδαφος λίθοις τὸ ἐντὸς ἅπαν συναρμόττουσι πρὸς ἀλλήλους, κ|αὶ ἐπεργάσεται ὀρθὸν καὶ ὁμαλὲς ἄνωθεν. καὶ διαφράξει τὸ μεταστύ|λιον ἕκαστον ὀρθοστάταις δυοῖν λιθίνοις[35], ὕψος τριῶν ποδῶν, καὶ ἐν || τῶι μεταξὺ κινκλίδα ἐπιθήσε[ι] κλειομένην. ποιήσει δὲ καὶ τὰς ὀροφ|ὰς τὰς διὰ μέσου, ἐφ' ὧν τὰ σκεύη κείσεται, τὸ ἐντὸς τῶν κιόνων ἑκατέρ|ωθεν μέχρι τοῦ τοίχου διαρμόσας καθ' ἕκαστον

---

erat ut canterii (not. 28) firmiter ei imponi possent. Quod hac praecisione de altitudine et latitudine trabis deminuitur, non in censum venit. 27 Fibula ferrea, qua μεσόμνη, ὑπόθημα, κορυφαῖον transfixa erant, tota contignatio continebatur. 28 Canterii (*Dachsparren*), qui obliqui a pariete exteriore ad summum tecti fastigium (κορυφαῖον not. 25) currunt, et media sui parte epistyliis imponuntur. 29 Asseres horizontali positura canteriis (not. 28) impositi. Fabr. 30 Tabulae ligneae. In his non ut in canteriis et asseribus additur mensura intervalli, quia nullum erat, sed inter se contingentes tabulae perpetuam planiciem efficiebant, cui imponebantur tegulae. 31 Cf. not. 2. 32 Cf. C. I. Att. II 167, 68: καὶ [ἐ]πιβαλὼν [κ]άλαμον λελαμμένον, ὑποβαλ[ὼ]ν λοβὸ[ν] ἢ κάλαμον δο[ρ]ώσ[ε]ι πηλῷ ἠχυρωμ[έν]ῳ, πάχος τριδακτύλῳ· [κ]αὶ κεραμώσει Λακω[νικῶ]ι κερ[ά]μῳ — [τ]ιθεὶς ὅλας ἐν πηλῷ ὀρ[θὰ πα]ρὰ πλευ[ρ]άν. Fouc. Originem vocis obscuram iudicat Fabr. Sed mihi a δορά descendere videtur, quia illud integumentum haud inepte cum cute comparatur. 33 Hic latius patere videtur huius vocis vis, ut praeter eum parietem, qui inter duas portas situs supra solus μέτωπον vocatus est (v. 23) etiam partes muri exterioris introrsum reductas, quae e regione illius sunt, comprehendat. 34 Cf. C. I. Att. II, 807*c*, 48 θύραν καινὴν μονό[θ]υρον τὴν ἀπὸ τῆς [σ]κε[υο]θήκης ἀφαιρεθεῖσαν. Improbata quia non satis accurate elaborata erat. Unde tum (330/29 a. Chr.) iam valvas portis immissas fuisse apparet (cf. not. 2). 35 Hi lapides inter columnas collocantur ita, ut media pars aedificii, qua transitus patet populo, dirimatur ab intercolumniis.

τὸν κίονα καὶ παρὰ τὸ|ν τοῖχον ἑκατέρωθεν διερείσματι[36], πλά-
τος πέντε παλαστῶν, ὕψος ποδ|ιαίωι, ἐπιβάλλοντι ἐπὶ μὲν τὸν
70 τοῖχον τρεῖς παλαστάς, παρὰ δὲ τὸν κ||ίονα παραστάδια στήσει
λίθινα. καὶ ἐπὶ τῶν διερεισμάτων ἐπιθήσε|ι σφηκίσκους[37] ἑπτὰ
ἐφ' ἑκάστην τὴν χώραν, συμπληρῶν μέχρι τῶν κιόνω|ν, πλά-
τος τριῶν παλαστῶν, πάχος ἡμιποδίου, καὶ συνστρώσει πίναξιν |
ἅπαν τὸ χωρίον, συμβαλὼν καὶ κολλήσας, πλάτος τρίποδας,
πάχος δυοῖ|ν δακτύλοιν. ποιήσει δ[ὲ κ]αὶ μεσόμνας[38], ἐφ' ὧν
75 κείσεται τὰ ὑποζώματα[39] κ||αὶ τἆλλα σκεύη, παρ' ἑκάτερον τὸν
τοῖχον, διπλᾶς τὸ ὕψος[40]. καὶ ἐπικάμψ|ει[41] παρὰ τοὺς πλ[α]γίους
τοίχους, καὶ κατὰ τοὺς κίονας ἐπικάμψει καθ' | ἑκάστην τὴν
χώραν. ὕψος δὲ ποιήσει ἀπὸ τῆς ὀροφῆς τεττάρων ποδῶν, τ|ὴν
δὲ ἐπάνω μεσόμνην ἀπὸ τῆς ἑτέρας ἀπέχουσαν πέντε πόδας.
ἰκριωτ|ῆρα στήσας ἀπὸ τῆς κάτω ὀροφῆς μέχρι τῆς ἄνω ὀρο-
80 φῆς[42], πλάτος ἡμιποδ||ίου, πάχος ἓξ δακτύλων, διερείσας διερεί-
σματα εἰς τοὺς ἰκριωτῆρα|ς τὸ αὐτὸ πάχος, θράνους ἐπιθήσει
διανεκεῖς, ἕνα ἑκατέρωθεν, πάχος | ἓξ δακτύλων πανταχῆι, καὶ

---

36 Trabs magna a pariete, cui immittitur in longitudinem trium palmarum, pertinet usque ad columnam, iuxta quam pila lapidea constituitur eique extrema pars trabis imponitur. 37 Hae trabes media sui parte transversae imponuntur διερείσματι et deinde tabulis ligneis contabulantur. 38 Voci μεσόμνη Fabr. hic aliam vim tribuit ac v. 48 sqq., non tignum, sed integram contabulationem eo significari statuens, cui opinioni maxime favet v. 79, ubi ἡ κάτω ὀροφὴ et ἡ ἄνω ὀροφὴ est, cum tamen praeter μεσόμνας una modo ὀροφὴ antea descripta sit. Sed hae μεσόμναι non ut illa infima ὀροφὴ totam partem inter murum et columnas contegunt, sed aliquot pedes modo a pariete introrsus pertinent. 39 De hoc armamentorum genere subtilissime disputavit Boeckh Seeurk. p. 133 sqq. Funes sunt crassi, quibus '*navis a puppi ad proram continetur*' (Vitruv. X, 15, 6). 40 Duo tabulatorum ordines faciendi sunt, alter supra alterum. 41 Eadem latitudine qua utraque μεσόμνη parietes laterales sequitur, etiam angulo recto introrsus flexa non modo parietes anticum et posticum usque ad portam comitatur, sed etiam ad columnas pertinet, ita ut ab infima ὀροφῇ ea modo re discrepet, quod in unoquoque intercolumnio medius locus vacuus relinquitur, a tribus partibus μεσόμνῃ circumdatus. 42 Hic ἡ κάτω ὀροφὴ et ἡ ἄνω ὀροφὴ idem sibi volunt ac v. 78 ἡ ἐπάνω μεσόμνη et ἡ ἑτέρα. Nam si τὴν κάτω ὀροφὴν illam infimam contignationem interpreteris, quae v. 65—74 describitur, non video quo pacto illi una superior contabulatio opponi possit. Nam supra illam manifesto duae etiam ὀροφαί (μεσόμναι) sunt. Quod contra illam infimam contignationem hic neglegi non mirum est, siquidem hic totus locus in duarum μεσομνῶν structura describenda versatur.

ἐπὶ τούτων ἐπιθήσει πίνακας συνκολλήσ|ας, μῆκος τετράποδας,
πλάτος τρίποδας, πάχος δυοῖν δακτύλοιν, καὶ [κ]||αθηλώσει συν-
85 αρμόττοντας ἐξ ἴσου τοῖς θράνοις[43]. καὶ κλίμακας ποιή||σει
ξυλίνας ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰς μεσόμνας. ποιήσει δὲ καὶ κιβωτοὺς |
τοῖς ἱστίοις καὶ τοῖς παραρρύμασιν τοῖς λευκοῖς[44] ἀριθμὸν ἑκα-
τὸν | τριάκοντα τέτταρας, πρὸς τὸ παράδειγμα ποιήσας, καὶ
θήσει κατὰ τὸ|ν κίονα ἕκαστον καὶ μίαν εἰς τὸ καταντροκὺ[45]
χωρίον, καὶ ποιήσει ἀνο|ιγνυμένας τῶμ μὲν πρὸς τῶι τοίχωι
90 κειμένων τὸμ πρόσθιον τοῖχον, τ||ῶν δὲ κατὰ τοὺς κίονας κειμέ-
νων ἀμφοτέρους τοὺς πλαγίους τοίχου|ς, ὅπως ἂν ἦι ὁρᾶν ἅπαντα
τὰ σκεύη διεξιοῦσιν, ὁπόσ' ἂν ἦι ἐν τῆι σκευο|θήκηι. ὅπως δ'
ἂν καὶ ψῦχος ἦι ἐν τῆι σκευοθήκηι, ὅταν οἰκοδομῆι τοὺ|ς τοί-
χους τῆς σκευοθήκης, διαλείψει τῶν πλινθίδων ἐν τοῖς ἁρμοῖς
ἦ|ι ἂν κελεύηι ὁ ἀρχιτέκτων. ταῦτα ἅπαντα ἐξεργάσονται οἱ
95 μισθωσάμ||ενοι κατὰ τὰς συγγραφὰς καὶ πρὸς τὰ μέτρα καὶ πρὸς
τὸ παράδειγμα δ | ἂν φράζηι ὁ ἀρχιτέκτων. καὶ ἐν τοῖς χρόνοις
ἀποδώσουσιν, οἷς ἂν μισ|θώσωνται ἕκαστα τῶν ἔργων.

---

43 Describitur hic μεσομνῶν constructio. Trabes recta regione ex muro prominentes (διερείσματα) quarum altera pars muro immittitur, altera ἰκριωτῆρι imponitur, sustinent alias trabes (θράνους), quae parallelae sunt parieti, altera ipsi apposita, altera e regione eius interiorem contabulationis terminum efficit. Huc spectat ἑκατέρωθεν v. 81, non ad duas totius aedificii partes medio transitu divisas. Hae trabes rursus tabulis ligneis (πίναξι) integuntur quae continentem planiciem (ὀροφὴν) efficiunt. Fabr. 44 In traditionum tabulis identidem commemorantur παραρρύματα λευκὰ (quae videntur lintea fuisse) et τρίχινα, et ita quidem ut intellegatur unicuique navi quattuor fuisse, bina utriusque generis. Eis navis cum a fluctibus maris tum a telis hostium defenditur. Boeckh Seeurk. p. 159 sqq. 45 Cf. n. 587, 25 ἀπαντροκύ. Usitatam scripturam ἀντικρύ nusquam occurrere in inscriptionibus Atticis monuit K. Meisterhans Gramm. der att. Inschr. ed. 2 p. 62 not. 554.

---

538 Tabula marmoris Pentelici inventa Eleusine. Ed. D. Philios Mitth. des arch. Inst. in Athen XIX (1894) p. 179 (Koehler C. I. Att. IV, 2 p. 234 n. 1054 *d*. Ch. Michel Recueil d'inscr. p. 453 n. 578).

Litterae volgares Ionicae, dispositae στοιχηδόν, sed ita ut nonnunquam ordo turbetur, non profunde incisae, ita ut fere nusquam ⊙ et O discerni possint.

Θεοί. | Τάδε ἐμισθώθη ἐπὶ Διοτίμου ἄρχοντος[1], Μουνιχιῶνος τετράδι | ἱσταμένου· Ἐλευσῖνι ἐν τῶι ἱερῶι παρὰ τὸ νότιον τεῖχος τὸ τοῦ | ἱεροῦ[2], ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ ἐστρωμένου, ὃ τοῖς κίοσιν
5 ἔστρωται ‖ τοῖς προσθίοις[3], τάφρον ὀρύξαι πλάτος ὀκτὼ ποδῶν, μῆκος τριά|κοντα ποδῶν, βάθος μέχρι τοῦ στερίφου[4], καὶ ἐκφορήσαντα τὴν γ|ῆν ἔξω τοῦ ἱεροῦ εἰς τὸ θέατρον[5] τὸ ἐπὶ τοῦ

---

1 Ex duobus huius nominis archontibus recentiorem, qui Ol. 123, 3 (286/5 a. Chr. n.) in magistratu fuit (cf. n. 194[1]), intellegit Phi. Sed tum temporis si modo in Atheniensium potestate fuisset omnino Eleusis, certe eos non vacasse tali operi suscipiendo rectissime monuit Koe. ideoque annum Ol. 106, 3 (354/3 a. Chr.) potius esse statuit. 2 Muri quo peribolus delubri cingebatur partem meridionalem, non ipsius aedis parietem intellegi apparet. Distinguendum igitur utique hoc aedificium, etsi ipsum quoque columnarum ordinem habebat, a porticu Philonis (n. 539[1]). Neque vero de integro aedificatur, sed imperfectum et ex parte collapsum instauratur et ad finem perducitur. Iam bis infra (v. 13. 19) commemoratur στοά, ipso nomine satis accurate distincta a templi porticu, quae ubique in titulis (n. 539[3]) προστῶιον vocatur. Quam stoam ipsum esse illud antiquum aedificium incohatum, de quo perficiendo hic agitur, apparet. 3 Stylobata ordinis antici iam perfectus erat, columnae vero (v. 18 sqq.) nondum impositae. Ceterum cum addditamentum τοῖς προσθίοις prodat, etiam alias fuisse columnas, necessario statuendum est, porticum utrimque apertam et columnis cinctam fuisse; a postica vero parte sine dubio muro periboli (v. 2) terminabatur stoa. 4 Fossa stylobatae alterius lateris struendo inserviebat. Etenim initium capiebat a stylobata frontis (not. 3); neque muri fundamenta in hac fossa collocari inde apparet, quod duo modo ordines lapidum, primum λίθοι τῆς μαλακῆς πέτρας (v. 8), deinde καταληπτῆρες (v. 12) ponendi locantur, cum tamen hanc structuram integram esse inde appareat quod v. 18 ab ea statim transitur ad columnas erigendas. Alterius lateris angusti stylobata propterea non commemoratur, quia is ut ille anticae partis iam perfectus fuisse videtur. Patebat igitur porticus inter murum et anticum columnarum ordinem pedes triginta. 5 Ex additamento τὸ ἐπὶ τοῦ σταδίου Phi. coniecit fuisse Eleusine etiam aliud theatrum. Neque eius rei causa latere mihi videtur. Hoc enim theatrum, etsi extra peribolum erat, tamen ut stadium cum eo coniunctum ad certamina et caerimonias mysteriorum et Eleusiniorum destinatum ideoque non minus quam ipsum delubrum in tutela populi Atheniensium fuit, cuius illa erant ἱερὰ δημοτελῆ. Quomodo enim, si aliter res se habuisset, populus terram effossam illuc transferri iubere poterat? Verum pagum Eleusiniorum item suum habuisse theatrum, in quo Διονύσια τὰ κατ' ἀγρούς, pagi non civitatis feriae, peragerentur, docent paganorum decreta n. 518, 10: Ἐλευσῖνι ἐν τῷ θεάτρῳ τραγῳδῶν τῷ ἀγῶνι. 720, 6: Διονύσ[ια π]οιούντων Ἐλευσινίων. v. 20: Διονυσίων τῶν Ἐ[λ]ευσῖνι τοῖς τραγῳδοῖς. v. 31: ὅπως ἂν ἀναγραφεῖ τόδε τὸ ψήφισμα καὶ σταθεῖ ἐν τῷ Διονυ[σ]ίῳ. Neque recte O. Rubensohn, die Mysterienheiligtümer

σταδίου[6] τιθέναι το|ὺς λίθους τῆς μαλακῆς πέτρας προσεπιτέμνοντα οὗ ἂν ᾖι πέτρ|α[7], συντιθέντα τοὺς ἁρμοὺς στερίφους,
10 ἁρμόττοντας πανταχῆι, ‖ μῆκος τετράποδας, πλάτος δίποδας, πάχος τριημιποδίους, καὶ | ἐπεργάζεσθαι κατὰ τὸν στοῖχον ἕκαστον διανεκῆ. ἐπὶ δὲ τούτ|ων τιθέναι καταληπτῆρας[8] μῆκος τετράποδας, πλάτος πενθημι|ποδίους, πάχος πεντεπαλάστος, τῶν ἐκ τῆς στοᾶς[9] καθαιρουμέν|ων, ἐξεργασάμενο(ν)[10] ὀρθοὺς καὶ
15 εὐγωνίους πανταχῆι, καὶ τοὺς ἁ‖ρμοὺς ποιήσαντα ἐπὶ ἡμιπόδιον συντιθέναι ἀθραύστους καὶ | ἁρμόττοντας πανταχῆι καὶ ἐπεργασάμενον ὀρθὰ καὶ εὐτενῆ. | μισθωτὴς· Ἀντίμαχος Νεοκλείδου Κηφισιεύς : ΗΙΙΙ : ΗΗΗΗ[11] | ἐγγυητής· Νικόστρατος Ἀρεσίου Πειραιεύς. στῆσαι τοὺς κί|ονας τοὺς λιθίνους[12] τοὺς νῦν ὑπο-
20 κειμένους ὑπὸ τῆι στοᾶι κατὰ τ|αὐτά, προσεξεργασαμένους

---

in Eleusis und Samothrake p. 121 illud quod n. 720, 21 sqq. Damasias Thebanus choros duos Cereri et Proserpinae et Baccho obtulisse dicitur, ad scaenicos ludos per Eleusiniorum ferias habitos refert. Immo pagi sacra illic indicari luce clarius est. Illud vero theatrum, quod hic habemus, redit n. 587, 45, eius scaena commemoratur ibid. v. 304. Nullas dum theatri reliquias Eleusine effossas esse adnotat Phi. 6 In Eleusiniorum certaminibus (n. 587, 258. 259. 262) stadio opus fuisse sponte patet, etsi ne huius quidem ulla adhuc vestigia reperta sunt. 7 In universum quidem usque ad vivum saxum (μέχρι τοῦ στερίφου v. 6, cf. n. 537, 8 ἀνακαθαράμενος ἐπὶ τὸ στέριφον. 587, 46 τῷ ἀνελόντι καὶ ἀνακαθήραντι τοῦ πύργου τὸ λιθολόγημα ἐπὶ τὸ στέριφον) terra removetur illique lapides imponuntur. Sed si quo loco infra ipsam soli superficiem statim saxum invenietur, eius tanta pars praecidenda est ut lapides substructionis commode imponi possint. 8 Notionem vocis obscuram esse fatetur Phi. Sed sine dubio ei lapides significantur, qui summam partem stylobatae efficiunt ita ut in ipsis iam columnae erigantur; qui cum inferiori substructioni impositi sint, nescio an recte illam quasi continere et comprimere dicantur, qua vi καταλαμβάνειν nonnunquam usurpatur. Ceterum eos non ut illa inferiora ex lapidibus mollibus, sed ex marmore factos consentaneum est. 9 Cf. not. 2. 10 ΜΕΝΟΣ lapis. 11 Singulas drachmas et ternos obolos singulorum lapidum pretium, quadringentos vero lapidum numerum esse opinatur Koe. Sed is videtur de toto porticus pavimento lapidibus consternendo cogitare, quod nullo modo fieri potest propter fossam non plus quam octo pedes latam (v. 4) cui substructiones immittuntur; adde quod omnino a Graecorum more alienum erat omne solum eiusmodi substructionibus fundare (E. Fabricius Hermae XVII p. 563). Quod i de uno columnarum lateralis ordinis stylobata agitur, quadringentorum lapidum numerum nimium esse patet. Uterque numerus de summa pecuniae intellegendus mihi videtur, sed rationes eorum non dispicio. 12 Omnes et ordinis antici et duorum laterum columnae significari mihi videntur.

σφόνδυλον[13] ἑκάστωι τῶι κίονι τὸν [ἐκ βάσ]|εως[14], ὕψος δίποδα, τὴν αὐτὴν ἐργασίαν τῶι κίονι : ΔΠ|[15] : μισ[θωτὴς ----]|ης Παμφίλου [-------· ἐγ]γυητὴς Ἐπιχ[---------- Λε]|υκονοιεύ[ς].

13 Cf. n. 537[23]. 14 Supplevi. Singuli cuiusque columnae sphondyli nondum elaborati erant; quos sumpsi infimos fuisse, qui ipsi basi imponerentur. Nam praepositionem ἐκ de re usurpari cui quid impositum stet notum est (ὡρθοῦθ' ὁ τλήμων ὀρθὸς ἐξ ὀρθῶν δίφρων Soph. El. 742). 15 Numerus columnarum. Ph.

---

539 Tabula marmoris Pentelici fracta ab inferiore parte, inventa Eleusine. Ed. D. Philios Mitth. des arch. Inst. in Athen XIX (1894) p. 184 (Koehler C. I. Att. IV, 2 p. 236 n. 1054*f*).

Θεο[ί.] | Εἰς τὸ ἱερὸν Ἐλευσῖνάδε[1] τοῖς σφονδύ|λοις[2] τῶν κιόνων τοῦ προστώιου[3] εἰς το|ὺς ἁρμοὺς πόλους[4] ποῆσαι καὶ ἐμπόλια ‖ χαλκᾶ[5], δύο εἰς ἕκαστον τὸν ἁρμὸν ἐμπό|λια καὶ ἕνα πόλον,

Litterae volgares Ionicae dispositae στοιχηδόν quarti a. Chr. n. saeculi titulum esse demonstrant. Vs. 1 multo maioribus litteris, dispositis per totam lapidis latitudinem, exaratus. 1 Una cum hac tabula aliae tres inventae sunt aetatis et argumenti necessitudine arctissime cum ea conexae. Quae omnes manifesto spectant ad eam aedificationem quam Demetrio Phalereo gubernacula rerum tenente (317—307 a. Chr.) in delubro Eleusinio effecit Philo architectus nobilissimus (Vitruv. VII, 17, cf. n. 537[5]). Tum porticus quae fronti sacrarii praeposita erat, exstructa est; atque amplissimae quidem duae ex illis inscriptionibus (C. I. Att. IV, 2 p. 227 n. 1054*b*. p. 231 n. 1054*e*), satis mutilae illae quidem, variarum eius structurae partium mentionem faciunt, reliquae duae, haec quam edimus et C. I. Att. IV, 2 p. 235 n. 1054*e*), ad solas columnas spectant, ita ut hic quidem de vinculis aheneis, quibus singulae columnae partes (σφόνδυλοι) inter se colligandae sunt praecipiatur, illic de capitibus columnarum; cf. v. 1 sqq. τὰ ἐπίκρανα τῶν κιόνων τῶν εἰς τὸ προστῶιο[ν] τὸ Ἐλευσῖνι τετταρακαίδεκα ἀγαγεῖν Π[εν]τελῆθεν Ἐλευσῖνάδε. 2 Cf. n. 537[23]. 3 Ut hic, ita etiam C. I. Att. IV, 2 p. 233 n. 1054*c*, 52. p. 235 n. 1054*e*, 1 προστῶιον vocatur porticus a Philone exstructa. K. (Cf. not. 1.) 4 Vincula (*Dübel*) ahenea cylindri figura, quibus immissis singulis bini sphondyli columnae inter se colligantur. Cf. Hesychius ἐμπολῶντο· ἐνεβάλλοντο. Phil. 5 Non ipsis lapidibus immittebantur πόλοι, sed in utriusque planicie aes cubi figura (ἐμπόλιον) ita insertum erat, ut planicies superior plane aequaretur circumdanti lapidis superficiei. Haec aera, quae bina in singulos πόλους fuisse apparet, media habebant foramina rotunda quae accuratissime elaborata erant ad vinculum illud recipiendum.

τὰ μὲν κάτω τὰ πρῶτα | ἑγδάκτυλα πανταχῆι, τετράγωνα, τὰ δὲ | ἀνωτάτω πεντεδάκτυλα πανταχῆι, τὰ δ|ὲ ἄλλα ἀμειβόμενα
10 τὸ ἴσον ἀπὸ τοῦ μεγ‖ίστου εἰς τὸ ἐλάχιστον[6], τοὺς δὲ πόλου|ς στρογγύλους, τοὺ(ς)[7] μὲν κάτω μῆκος πεν|τεδακτύλους, πάχος δὲ διδακτύλους, τ|οὺς δὲ ἄνω μῆκος μὲν παλαστιαίους, [π]ά|χος δὲ
15 δακτύλου καὶ ἥμισεος δακτύλο, ‖ τοὺς δὲ ἄλλους ἀμειβομένους τῶι μήκ|ει καὶ τῶι πάχει τὸ ἴσον ἀπὸ τοῦ μεγίσ|του εἰς τὸν ἐλάχιστον[8]. χαλκοῦ δὲ ἐργά|σεται Μαριέως[9] κεκραμένου τὴν
20 δωδεκάτ|ην, τὰ ἕνδεκα μέρη χαλκοῦ, τὸ δὲ δωδέκα‖τον καττι-τέρου[10]. καὶ ἀποδώσει τὰ μὲν ἐ|μπόλια ὀρθὰ καὶ ἀστραφῆ[11] καὶ εὐγώνια, | τοὺς δὲ πόλους τορνεύσει στρογγύλο|υς πρὸς τὸ παράδειγμα καὶ ἐναρμόσει | εἰς τὰ ἐμπόλια ἁρμόττοντας καὶ
25 ὀρθο‖ὺς καὶ ἐντόρνους πανταχῆι, ὅπως ἂν τὸ | αὐτὸ ποιῶσιν περιαγόμενοι[12]. μισθώσε|ται δὲ κατὰ μνᾶν καὶ ἀποστήσει[13] τῶι ἀε|ὶ παρόντι τῶν ἐπιστατῶν[14] ἢ τῶι δημοσί|ωι ἢ τῶι ἀρχιτέκ-
30 τονι· ἀποδώσει δὲ τὰ ἔ‖ργα μὴ ἀποκωλύων τοὺς ἐργαζομένους | τοὺς κίονας[15]. ἐμισθώθη ἡ μνᾶ : IIIIIϹϽ. μισ|θωτής· Βλε-παῖος Σω[κλ]έους Λαμ(πτρεύς) : ἐ[γ]γυητ|ής· Κηφισ[οφ]ῶν Κεφα-λίωνος Ἀφ(ι)δναῖος[16].

6 Discrimen mensurae inter primum et alterum ἐμπόλιον pro portione idem erat atque inter alterum et tertium, inter tertium et quartum et sic usque ad summum. 7 ΤΟΥΜΕΝ. 8 Idem hic de vinculis ipsis praecipitur quod supra (not. 6) de eorum receptaculis dictum erat. 9 Aes Cyprium per omnes antiquitatis Graecae et Romanae aetates prae aliis nobile fuit. Cf. H. Blümner Technologie und Terminologie der Gewerbe und Künste IV p. 60 sqq. Marium oppidum aliquotiens in litteris commemoratur (Stephanus Byz. s. v. Diodor. XIX, 79, 4 cum Wesselingii nota), sed de huius potissimum civitatis metallis nusquam quod sciam mentio fit. 10 Duodecima pars (8½ p. c.) stanni medium fere locum tenet inter eas mixturae rationes quae nummis aheneis Graecis examinatis inventae sunt (2—17 %, cf. H. Blümner ap. Pauly-Wissowa Realencyklopaedie III, 1 p. 896). 11 Cf. n. 540[41]. 12 Si in orbem vertuntur vincula, unoquoque huius cursus loco aeque bene et accurate quadrare debent in foramina receptaculorum. 13 Appendet. 14 Sine dubio οἱ ἐπιστάται οἱ Ἐλευσινόθεν (n. 587, 3 sqq.) intellegendi sunt; etiam qui C. I. Att. IV, 2 p. 227 n. 1054 *b*, 2 ἐπιστάται τοῦ Ἐλευσινίου dicuntur, recte eosdem existimat Koe. 15 Cf. n. 540, 34. 16 ΑΦΔΝΑΙΟΣ. Cf. n. 495, 38.

540 Tabula lapidis leucophaei inaedificata Lebadeae in officina fabri ferrarii. Ex ectypo et apographis a P. Stamataki transmissis

ed. Kumanudis Ἀθηναίου IV p. 369 sqq. Commentario doctrinae pleno instruxit E. Fabricius, de architectura Graeca commentationes epigraphicae. Berolini 1881. p. 5 sqq. (Syll.[1] 353). Ex Lollingii apographo I. G. Sept. I, 3073 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 477 n. 589).

[---------- τῶν ἔ]ργων[1] τὸ ἐπίπεμπτον[2] ἀποτείσε|[ι ὁ ἐργώ-
νης· τοῦτο δὲ κ]αὶ τὸ ὑπερεύρεμα[3], καὶ ἐάν τι ἄλλο | [ἀργύριον
ἐκ τῶν] ἐπιτιμίων προσγένηται αὐτῶι, ἅπαν|τα πράξ[ουσιν] οἱ
5 ναοποιοὶ[4] τὸν ἐργώνην καὶ τοὺς ἐγγύους· ‖ ἐὰν δὲ μὴ δύνων-

---

Litterae volgares praeter ΞΠ. Scriptura in lapide per duas paginas sive columnas sic divisa, ut utraque nonagenos quaternos versus habeat. Tituli duae partes sunt, vacuo spatio dimidii fere versus (v. 89) inter se separatae: Prior (v. 1—89), initio mutila, ad titulos conficiendos, altera (v. 89—188) ad saxa quibus pavimentum templi consternitur collocanda spectat. Templum ipsum Iovis Regis est (not. 35) a communi Boeotorum exstructum (not. 66). Fabricius p. 15 pecunias Boeotis ab Antiocho IV Epiphane (175—164 a. Chr.) ad hanc aedificationem donatas esse coniecit, quam sententiam litteratura et sermone tituli confirmari observavit A. Wilhelm Mitth. des arch. Inst. in Athen XXII (1897) p. 181; itaque neque ante 175 a. Chr., quo Antiochus rerum potitus, neque post 171, quo foedus Boeotorum dissolutum est, incisum esse posse. Ceterum post hunc titulum aliorum ad idem opus spectantium fragmenta ibidem eruta sunt; cf. I. G. Sept. I, 3074. 3075. 3076. Bull. de corr. Hell. XX (1896) p. 318 sqq. Mitth. des arch. Inst. in Athen XXII (1897) p. 179. In hoc quod postremo loco commemoravi v. 10 Andronici Boeotorum archontis mentio fit; sed eius annus ignoratur. Leges, quas curatores (ναοποιοί) redemptoribus (ἐργώναις) scribunt, admodum similes sunt earum quas tituli alii paris argumenti atque aetatis, inprimis Tegeaticus (A. Michaëlis Jahrb. f. Phil. LXXXIII p. 585 sqq.) et Deliaci duo (C. I. G. 2266, quem tractavit Fabricius Hermae XVII p. 1 sqq., et Ἀθηναίου IV p. 454 sq.) continent. 1 V. 1—3 supplevit Fabricius, qui perspexit hic praecipi, quid faciendum esset si redemptor opus susceptum deseruisset. Utique ante ea quae nunc exstant scriptum fuit, eum pecunias quas iam accepisset, reddere debere; accedit multa quintae partis totius pecuniae qua opus faciendum conduxit, et si maiore pretio alteri locat civitas, quam ipse conduxerat, etiam quod interest inter hoc et illud, reipublicae reddendum est ab eo (not. 3). 2 Quinta pars. Cf. Harpocr. ἐπιδέκατον et ἐπίπεμπτον, ubi Lysias et Plato (comicus) huius significationis testes laudantur. F. Eodem redit vocabulorum ἐπιδέκατος τόκος similiumque usus. Sane praeterea τὸ ἐπίπεμπτον etiam ipsum caput addita quinta parte significat. 3 I. e. ὅσῳ ἂν πλέον εὑρίσκῃ (cf. v. 7. 76) τὸ ἔργον πάλιν πωλούμενον. 4 Magistratus ordinarius fuisse videtur; certe eiusdem nominis formae pro dialecti ratione paullulum discrepantes (νεωποιοί, νεωποῖαι, ναποῖαι) tales magistratus significant in titulis aliarum civitatium Graecarum. Contra in titulo Tegeatico

ται, εἰς τὸ λεύκωμα ἐκγράψουσιν[5]· ἐγ|δίδομεν[6] δὲ τὸ ἔργον ὅλον πρὸς χαλκόν[7], τὰς μὲν στήλας[8] καὶ τοὺς θριγκοὺς[9] πρὸς λίθον ἐφ' ὡμαλίαν[10] ὅτι ἂν εὕ|ρωσιν[11], τοὺς δ' ὑποβατῆρας ἐν προσέργωι[12] ποιήσει, τῶν | δὲ πώρων[13] ὑποτίμημα[14] λήψεται
10 τοῦ λίθου ἑκάστου δρα||χμὰς πέντε ὅσους ἂν παρίσχηι, τῶν δὲ γραμμάτων | τῆς ἐγκολάψεως καὶ [τῆς] ἐγκαύσεως στατῆρα καὶ | τριώβολον τῶν χιλίων γραμμάτων[15]· ἐργᾶται[16] δὲ συνε|χῶς μετὰ τὸ τὴν δόσιν[17] λαβεῖν ἐντὸς ἡμερῶν δέκα, | ἐνεργῶν τεχνί-

---

qui opera locant ἐσδοτῆρες, curatores extraordinarii fuisse videntur, ut Athenis ἐπιστάται τῶν δημοσίων ἔργων. 5 I. e. in laterculum debitorum aerarii referetur. Cf. Lys. IX, 6 ἐπιβαλόντες δὲ τὸ ἀργύριον πράξασθαι μὲν οὐκ ἐπεχείρησαν, ἐξιούσης δὲ τῆς ἀρχῆς γράψαντες εἰς λεύκωμα τοῖς ταμίαις παρέδοσαν. Praepositio sane minus apta cuipiam videatur; sed aut error ex ambiguitate scripturae ἐγγράφειν natus (n. 329 6) subest, aut ἐκγράφειν eadem breviloquentia pro γεγραμμένον ἐκτιθέναι dicitur atque illud usitatissimum προγράφειν pro γεγραμμένον προτιθέναι. 6 Ipsi ναοποιοί et architectus hic loquuntur. 7 Fabricius haec sic interpretatur ut opus ex aere et ex lapide faciendum (ἔργον πρὸς χαλκὸν — πρὸς λίθον) distinguantur. At primum quidem enuntiati conformatio id potius suadet, ut universum opus, de quo primo loco dicitur, deinde dividi statuamus in duas partes (τὰς μὲν στήλας καὶ τοὺς λίθους — τοὺς δ' ὑποβατῆρας). Quare τὸ ἔργον ὅλον minime ad opera ex aere facienda spectare potest. Accedit quod in hac verborum collocatione ne licet quidem πρὸς χαλκὸν ad τὸ ἔργον referre, sed necessario ad ἐγδίδομεν referendum est. Atqui πρὸς χαλκὸν ἐκδιδόναι nihil aliud significat quam '*ea condicione locare, ut pretium aere* (non auro aut argento) *persolvatur*'. Desideraveris sane merum genetivum χαλκοῦ. At cf. 226, 14 sqq.: τῶν τε ἀρχόντων θέντων τὰ ἱερὰ ποτήρια εἰς τὴν τῆς πόλεως χρείαν — πρὸς χρυσοῦς ἑκατόν. 8 Tabulae quibus tituli inscribuntur. 9 Coronae quae tabulis imponuntur. 10 Aequabili in singulos lapides (πρὸς λίθον) pretio. ὡμαλίαν ad nominis compositi ἀνωμαλία similitudinem soloece fictum esse monuit F. 11 I. e. quanti conducentur haec opera, quantum pretium inter redemptores et magistratus conveniet. 12 Quae πρόσεργα vocantur, eorum pretium effectis demum operibus et probatis a magistratu persolvitur (v. 63). F. 13 Ex quibus substructiones fiunt. Contra lapides ex quibus tabulae ipsae et coronae sculpebantur, a magistratibus datos consentaneum est, cum in eis opera modo (ἔργον) redemptoribus locetur. F. 14 Pretium lapidum et litterarum a curatoribus in antecessum constituitur. Cf. [Arist.] Oecon. II, 35, 1353 a 10 τὸν μὲν ἐπιμελητὴν κατὰ χώραν εἶα, τοὺς δὲ φόρους πράσσεσθαι ἐκέλευεν ὅσους αὐτοὶ ὑπετιμήσαντο. F. 15 Stater Boeoticus et tres oboli valent drachmas atticas 3, 47, marcas Germanicas 2, 71. Inde efficitur, hanc quae exstat tabulam inscribendam triginta fere drachmis Atticis constitisse. F. 16 Cf. n. 226, 126. 734, 113. Hermae XVI p. 172. 17 Pensio pretii qua redemptor opus licitus est. F.

15 ταις ἱκανοῖς κατὰ τὴν τέχνην, μὴ ἐ||λαττον ἢ πέντε, ἂν δέ τι μὴ πείθηται τῶν κατὰ τὴν | συγγραφὴν γεγραμμένων ἢ κακοτεχνῶν τι ἐξελέγχη|ται, ζημιωθήσεται ὑπὸ τῶν ναοποιῶν καθ' ὅτι ἂν φαίνη|ται ἄξιος εἶναι μὴ ποιῶν τῶν κατὰ τὴν συγγραφὴν γε|γραμμένων, καὶ ἐάν τις ἄλλος τῶν συνεργαζομένων
20 ἐξε||λέγχηταί τι κακοτεχνῶν, ἐξελαυνέσθω ἐκ τοῦ ἔργου καὶ | [μ]ηκέτι συνεργαζέσθω[18]· ἐὰν δὲ μὴ πείθηται, ζημιωθήσε|ται καὶ οὗτος μετὰ τοῦ ἐργώνου· ἐὰν δέ που παρὰ τὸ ἔρ|γον συνφέρηι τινὶ μέτρωι τῶγ γεγραμμένων προσλι|πεῖν ἢ συνελεῖν[19],
25 ποιήσει ὡς ἂν κελεύωμεν, μηδὲ ἀπολε||λύσθωσαν ἀπὸ τῆς ἐργωνίας οἱ ἐξ ἀρχῆς ἔγγυοι καὶ ὁ ἐρ|γώνης, ἄχρι ἂν ὁ ἐπαναπριάμενος τὰ παλίνπωλα[20] τοὺς | ἐγγύους ἀξιοχρέους καταστήσηι· περὶ δὲ τῶν προπε|ποιημένων οἱ ἐξ ἀρχῆς ἔγγυοι ἔστωσαν ἕως τῆς ἐσχά|της δοκιμασίας· μηδὲ καταβλαπτέτω μηθὲν τῶν ὑπαρ||-
30 χόντων ἔργων ἐν τῶι ἱερῶι ὁ ἐργώνης· ἐὰν δέ τι καταβλά|ψηι, ἀκείσθω τοῖς ἰδίοις ἀνηλώμασιν δοκίμως ἐγ χρόνωι | ὅσωι ἂν οἱ ναοποιοὶ τάξωσιν· καὶ ἐάν τινα ὑγιῆ λίθον δια|φθείρηι κατὰ τὴν ἐργασίαν ὁ τῆς θέσεως ἐργώνης, ἕτε|ρον ἀποκαταστήσει δό-
35 κιμον τοῖς ἰδίοις ἀνηλώμασιν, οὐ||θὲν ἐπικωλύοντα[21] τὸ ἔργον, τὸν δὲ διαφθαρέντα λίθον ἐξ|άξει ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐντὸς ἡμερῶν πέντε, εἰ δὲ μή, ἱερὸς ὁ λίθος | ἔσται· ἐὰν δὲ μὴ ἀποκαθιστῆι ἢ μὴ ἀκῆται τὸ καταβλα|φθέν, καὶ τοῦτο ἐπεγδώσουσιν οἱ ναοποιοί· ὅτι δ' ἂν εὕρηι, | τοῦτο αὐτὸ καὶ ἡμιόλιον[22] ἀποτείσει
40 ὁ ἐργώνης καὶ οἱ ἔγ||γυοι· ἐὰν δὲ κατὰ φυὰν διαφθαρῆι τις τῶν λίθων, ἀζήμιος ἔσ|τω κατὰ τοῦτον ὁ τῆς θέσεως ἐργώνης.

---

18 Praeter hoc coercitionis ius curatorum officium non spectat ad operarios, sed hi a redemptoribus conducuntur ab iisque mercedem accipiunt. 19 Addendi et demendi notiones in his verbis inesse apparet; ac recte F. προσλιπεῖν proprie '*aliquantum ultra mensuram relinquere i. e. non sculpendo praecidere*' significare monet. 20 Qui ea, quae prior redemptor imperfecta reliquerit, perficienda conduxerit. Cf. Pollux VII, 12 τὸ δὲ δεύτερόν τι πιπράσκειν ἀναπωλεῖν καὶ ἀναπιπράσκειν λέγουσιν — καὶ τὰ δεύτερον πιπρασκόμενα ἀναπωλούμενα — ἢ παλίμπωλα. F. 21 Sic errore lapicidae pro ἐπικωλύων exaratum coniecit F. non improbabiliter, etsi fortasse accusativus defendi potest ad lapidem relatus, qui dum collocatur non impediat reliqua opera. De hoc condicionis genere cf. n. 539, 28: ἀποδώσει δὲ τὰ ἔργα μὴ ἀποκωλύων τοὺς ἐργαζομένους τοὺς κίονας. 22 Ipsum pretium quo locabitur et dimidium intellexit F. At sic καὶ abesse debebat. Immo praeter pretium, quod reipublicae restituendum est, sesquialterum tantum multae loco penditur.

ἐὰν δὲ πρὸς αὐ|τοὺς ἀντιλέγωσιν οἱ ἐργῶναι[23] περί τινος τῶν γεγραμμέ|νων, διακρινοῦσιν οἱ ναοποιοὶ ὀμόσαντες ἐπὶ τῶν ἔργων, πλεί|ονες ὄντες τῶν ἡμισέων[24]· τὰ δὲ ἐπικριθέντα κύρια ἔστω[25]. ‖
45 ἐὰν δέ τι ἐπικωλύσωσιν οἱ ναοποιοὶ τὸν ἐργώνην κατὰ | τὴν παροχὴν τῶν λίθων[26], τὸν χρόνον ἀποδώσουσιν ὅσον ἂν | ἐπικωλύσωσιν. ἐγγύους δὲ καταστήσας ὁ ἐργώνης κατὰ | τὸν νόμον λήψεται τὴν πρώτην δόσιν ὁπόσου ἂν ἐργωνή|σηι πασῶν τῶν
50 στηλῶν καὶ τῶν θριγκῶν τῶν ἐπὶ ταύτας ‖ τιθεμένων, ὑπολιπόμενος παντὸς τὸ ἐπιδέκατον, ὅταν δὲ | ἀποδείξηι πάσας εἰργασμένας καὶ ὀρθὰς πάντηι καὶ τέλος | [ἐχ]ούσας κατὰ τὴν συγγραφὴν καὶ μεμολυβδοχημένας ἀ|ρεστῶς τοῖς ναοποιοῖς καὶ τῶι ἀρχιτέκτονι, λήψεται τὴν | δευτέραν δόσιν πάντων τῶν
55 γραμμάτων τῆς ἐπιγραφῆς ‖ ἐκ τοῦ ὑποτιμήματος πρὸς τὸν ἀριθμὸν τὸν ἐκ τῶν ἀντι|γράφων ἐγλογισθέντα, ὑπολιπόμενος καὶ τούτου τὸ ἐπιδέ|κατον, καὶ συντελέσας ὅλον τὸ ἔργον, ὅταν δοκιμασθῆι, κομι|σάσθω τὸ ἐπιδέκατον τὸ ὑπολειφθὲν καὶ τῶν πώρων τὸ ὑπο|τίμημα ὅσους ἂν θῆι, καὶ ὅσα ἂν γράμματα ἐπι-
60 γράψηι ‖ μετὰ τὸ τὴν δόσιν λαβεῖν, κομισάσθω καὶ τούτων, ὅταν καὶ τὸ ἐ|πιδέκατον λαμβάνηι, ἐὰν μή τι εἰς τὰ ἐπιτίμια ὑπολογισθῆι αὐ|τῶι· ἐὰν δέ τι πρόσεργον δῆι[27] γενέσθαι συμφέρον τῶι ἔργωι, | ποιήσει ἐκ τοῦ ἴσου λόγου καὶ προσκομιεῖται τὸ γινόμενον αὐτῶι, | ἀποδείξας δόκιμον· ἐὰν δὲ ὁ τόπος ἀνα-
65 καθαιρόμενος μα‖λακὸς εὑρίσκηται, προσστρώσει πώροις ὅσοις ἂν χρεία ἦι καὶ | προσκομιεῖται καὶ τούτου τὸ γινόμενον αὐτῶι μετὰ τοῦ | ἐπιδ⟨δ⟩εκάτου· ἐπιθήσει δὲ καὶ ἐπὶ τὰς στήλας τὰς ὑπαρχού|σας[28] θριγκοὺς ἕνδεκα, προεπικόψας τὰς στήλας ἐπιλαβὼν | ὅσον ἂν κελεύωμεν πρὸς τὴν περιτένειαν τὴν δοθεῖσαν[29]· ‖

---

23 Cf. 523, 31. 24 Cf. Mytilenaeorum et Phocaeensium pactum de nummis cudendis Transactions of the royal soc. of Litt. VIII p. 549: δικ[άσταις δὲ | ἔμ]μεναι τῶι μὲν ἐμ Μυτιλήναι [ὑποδίκ|ωι] ταῖς ἄρχαις παίσαις ταῖς ἐμ Μ[υτιλ|ή]ναι πλέας τ[ῶ]ν αἱμισέων, ἐμ Φωκᾶι δ[ὲ τ]|αῖς ἄρχαις παίσ[α]ι[ς] ταῖς ἐμ Φωκᾶι πλ[έ]|ας τῶν αἱμισέω[ν]. 25 Haec paene ad verbum in titulis Tegeatico et altero ex Deliacis redire monuit F. 26 Cf. not. 13. Quot diebus post quam debebant lapides dederint curatores, tot accedent tempori redemptoribus concesso ad opus perficiendum. 27 Cf. n. 150[5]. 177[5]. 542, 32. 28 Non modo hae tabulae collocatae erant, sed etiam litterae incisae, ut nihil restaret nisi ut coronae imponerentur. F. 29 Nondum ita sculptae et laevigatae erant tabulae, ut coronae eis imponi possent, praeter certam quandam superficiei partem, qua in reliquis sculpendis documento uti debebant. Haec est ἡ περιτένεια

70 ἐξελεῖ δὲ καὶ τὰ δέματα τὰ ὑπάρχοντα ἐν ταῖς στήλαις ὅσα | ἂν ὑπερέχηι καὶ κωλύηι αὐτὸν ἐν τῆι ἐπικοπῆι καὶ τρήσας βα|θύτερα καθαρμόσει καὶ περιμολυβδοχοήσει δοκίμως, ἐμβαλεῖ | δὲ καὶ εἰς τούτους γόμφους δέματα καὶ περιμολυβδοχοήσει καὶ ἐρ|[γᾶ]ται πάντα καθὼς καὶ περὶ τῶν ἐπάνω γέγραπται· ἐκγδ(ί)-
75 δομεν[30] δὲ ‖ καὶ τούτους τοὺς θριγκούς, τοὺς μὲν ἑκπέδους καὶ πενταπέδους | τοῦ ἴσου, ὅσον ἂν καὶ οἱ λοιποὶ[31] εὕρωσιν, τοὺς δὲ τριπέδους τοὺς | τέτταρας σύνδυο εἰς τὸν θριγκὸν ἀπομετρησόμεδα. ⟨λήψε|ται δὲ καὶ τούτων τῶν θριγκῶν τὴν δόσιν⟩ ὅταν [δὲ][32] ἐπιδείξηι | τὰς στήλας ἐργασμένας καὶ κειμένας καὶ μεμο-
80 λυβδοχοη‖μένας καὶ τοὺς θριγκοὺς τοὺς ἐπὶ ταύτας τιθεμένους δε|δεμένους κατὰ κεφαλήν, λήψεται καὶ τούτων τὴν δόσιν, ὑπολι|πόμενος τὸ ἐπιδέκατον, καθὼς καὶ περὶ τῶν ἐπάνω γ[ε]γραπται· | ὅταν δὲ συνθῆι τοὺς θριγκοὺς καὶ ἀποδείξηι κειμένους, | μεμο-
85 λυβδοχοημένους, τέλος ἔχοντας, δεδεμένους κατὰ ‖ κεφαλήν, συμφωνοῦντας πρὸς ἀλλήλους δοκίμως, ἔπειτεν | ἐγνιτρώσει[33] τὰς στήλας καὶ ἀποδώσει τὰ γράμματα καθαρὰ | καὶ ἐκπλυνεῖ ἕως ἂν κελεύωμεν· τὰ δὲ ἄλλα ὅσα μὴ ἐν τῆι | συγγραφῆι γέγραπται, κατὰ τὸν κατοπτικὸν[34] νόμον καὶ να|οποϊκὸν ἔστω.
90 Εἰς τὸν ναὸν τοῦ ‖ Διὸς τοῦ Βασιλέως[35] εἰς τὴν ἔξω

ἡ δοθεῖσα. Cf. Fabricius p. 46. 59 sq. 30 De praepositionis scriptura cf. 77 9. 31 Quae novis tabulis imponendae sunt. 32 Cum duae litterae desint, [δὲ] supplevit Kum. Quod ferri non posse dixit F., qui haec antecedenti enuntiato adnectit, infra vero v. 81 post κατὰ κεφαλὴν puncto distinguit. At sic illo loco post λήψεται, ubi nulla est lacuna, particula desideraretur. Atque utique quod semel enuntiandum fuit, bis dictum est; nam utroque loco eadem δόσις intellegitur. Quare enuntiatum λήψεται δὲ — τὴν δόσιν v. 77. 78 errore vel neglegentia perperam insertum puto. Quo sublato omnia recte se habent. 33 ἐκνιτροῦν 'natri ope abluere' Alexis habet apud Athenaeum VI p. 230 b (Meineke F. C. III p. 383) ἐκπώματα ἐκνενιτρωμένα. In rationibus Corcyraeis I. G. Sept. III, 691, 12 est ἐς τὸμ βωμὸν νίτρου. F., qui praeterea de natri usu provocat ad Blümner Terminologie u. Technologie I p. 162. 34 κατόπται magistratus Boeotorum proprii, qui in rebus pecuniariis potissimum aderant magistratibus et cavebant, ne quid inique ageretur. Locationibus operum publicorum eos interfuisse ex titulo I. G. Sept. I, 303, 22 scimus. Boeckh C. I. G. I p. 730. Fabricius p. 45. 35 Cf. Paus. IX, 39, 4: ἀναβᾶσι δὲ ἐπὶ τὸ μαντεῖον καὶ αὐτόθεν ἰοῦσιν ἐς τὸ πρόσω τοῦ ὄρους Κόρης ἐστὶ καλουμένη θήρα καὶ Διὸς βασιλέως ναός. τοῦτον μὲν δὴ διὰ τὸ μέγεθος ἢ καὶ τῶν πολέμων τὸ ἀλλεπάλληλον ἀφείκασιν ἡμίεργον. Eius aedificii reliquiae, quae manifesto produnt id nunquam ad finem perductum esse, etiamnunc exstant. (Ulrichs Reisen und Forschungen I p. 168.

περίστασιν[36] τοῦ σηκοῦ | τῶν εἰς τὴν μακράν πλευρὰν καταστρωτήρων[37] ἐργα|σία καὶ σύνθεσις. — Ὁ ἐργωνήσας παρὰ τῶν ναοποιῶν | εἰς τὸν ναὸν τοῦ Διὸς τοῦ βασιλέως εἰς τὴν ἔξω περί|στασιν τοῦ σηκοῦ τῶν εἰς τὴν μακρὰν πλευρὰν ⟨τοῦ⟩ ‖ τοῦ τόπου τοῦ πρὸς μεσημβρίαν βλέποντος καταστρω[τήρων πέ]|τρας τῆς σκληρᾶς τῆς Λεβαδειικῆς τὴν ἐργασίαν κα[ὶ σύνθε]|σιν, πλῆθος δεκατρεῖς, μέτρα δὲ τούτων ἔσται μῆκος [καὶ] | πλάτος καὶ πάχος ἀκόλουθον τοῖς κειμένοις καὶ τέλος [ἔ]|χουσιν ἐν τῆι μακρᾶι πλευρᾶι[38], πρὸς οὓς οὗτοι τίθενται· παρα‖λαβὼν[39] δὲ ὁ ἐργώνης τοὺς λίθους παρὰ τὸν ναόν, οὗ καὶ [ἐδοκ]|ιμάσθησαν, ὑγιεῖς, τὰ μέτρα ἔχοντας, ἐκποιοῦντας πρὸς | τὰ μεγέθη τὰ γεγραμμένα, πρῶτον μὲν ἐργᾶται τῶν λίθων | πάντων τὰς βάσεις[40] ὀρθάς, ἀστραβεῖς[41], ἀρραγεῖς[42], συμμίλτους[43] | ἀπὸ ξοΐδος χαρακτῆς, πυκνῆς, ἐπηκονημένης[44] τὰ ἐπιβαί‖νοντα πάντα ἐπὶ τοὺς κρατευτὰς[45] καὶ ἐπὶ τὴν ὑπευθυντη[ρί]|αν μὴ

Stephani Reise durch einige Theile des nördl. Griechenlands p. 68 sqq. Schliemann Orchomenos p. 9 sqq.). F. 36 Ea stylobatae pars, quae inter columnas et parietem cellae sita est. Et hic quidem non dicitur nisi de longo latere meridiano. F. 37 Tabulae lapideae quibus commissis efficitur pavimentum. F. 38 Tredecim lapides in illa parte meridiana iam collocati sunt (v. 133 sqq.), alteri tredecim adhuc desiderantur. Atque illi quidem propter ipsum cellae parietem iacent, hi ante eos columnas versus ponendi sunt. Duo eiusmodi lapidum ordines etiam in Parthenone aliisque templis sunt. F. 39 A curatoribus dantur, ut tabulae quibus tituli inscribuntur cum coronis (not. 13). 40 Planiciem inferiorem, quae substructionibus imponitur. 41 Vox a στρέφειν derivata n. 539, 21 ἀστραφὴς scribitur. Eadem inconstantia cum in hac voce apud scriptores quoque observatur, tum alia haud pauca sunt manifesto ad verbi στρέφω radicem referenda, quae tamen β pro φ habeant, veluti στραβός, στρεβλός, στρόβος, στρόβιλος, στρόμβος. De vocis usu ac significatione ad Plut. ad principem ineruditum c. 2 p. 780 B (ὥσπερ ὁ κανών, αὐτὸς ἀστραβὴς γενόμενος καὶ ἀδιάστροφος, οὕτως ἀπευθύνει τὰ λοιπὰ τῇ πρὸς αὐτὸν ἐναρμογῇ καὶ παραθέσει) provocat F. 42 Cf. Theophr. Hist. pl. V, 3, 7 (τῶν ἐλαΐνων ῥιζῶν, ἀρραγεῖς γὰρ αὗται). F. 43 Regula (κανόνι) rubrica infecta examinatur lapis (id est μιλτολογεῖν); qui quo perfectius laevigatus est, eo minor pars eius regula rubricata per totam planiciem perducta rubricam non recipit. Qui igitur tam planus ac laevis est, ut totus rubrica inducatur, σύμμιλτος vocatur. F. 44 ξοΐς χαρακτὴ est scalprum dentatum (*Zahneisen*). Duo genera sunt ex quibus alterum (πυκνὴ ἐπηκονημένη) dentes plures et acutiores, alterum (τραχεῖα) pauciores et obtusiores habet. Illud eis lapidum partibus adhibetur, quae accuratius laevigandae sunt. F. 45 Substructiones quibus pavimenti tabulae imponuntur sic comparatae sunt, ut certis intervallis

ἔλαττον ἢ ἐπὶ δύο πόδας ἐκ τοῦ προσιόντος ἁρμοῦ[46], τὰ | δὲ μέσα συνψαύοντα ἀπὸ ξοΐδος χαρακτῆς τραχείας, ποι|ῶν ὀρθὰ πάντα πρὸς κανόνα διηνεκῆ μὴ ἐλάττω τοῦ ἐν|εργουμένου λίθου,
110 πλάτος μὴ στενότερον δακτύλων ἕξ, ‖ ὕψος ἡμιποδίου· ὑποτεμεῖ[47] δὲ τῶν καταστρωτήρων πάν|των ἐγ βάσεως τὸ ἐπὶ τὴν ὑπευθυντηρίαν ἐπιβαῖνον ἐ|κ τοῦ ἀπιόντος ἁρμοῦ πλάτος καὶ βάθος τὸ δειχθέν, ἐρ|γαζόμενος τὰς ὑποτομάς, καθὼς καὶ περὶ τῶν βάσεων | γέγραπται, χάλασμα ποιῶν ἐν τῆι ὑποτομῆι τῆι παρὰ
115 τὴ[ν] ‖ ὑπευθυντηρίαν μὴ πλέον δακτυλίσκου· ἐργᾶται δὲ καὶ | τοὺς ἁρμοὺς πάντας τοὺς ἀπιόντας τῶν καταστρωτή|ρων συμμίλτους, ὀρθούς, ἀστραβεῖς, ἀρραγεῖς, καθέτο(υ)ς[48], εὐ|γωνίους[49] πρὸς τὸ προσαγωγεῖον[50], στερεούς, κύκλωι τὰ τρία | μέρη[51]
120 μὴ ἔλαττον δακτύλων ἐννέα ἀπὸ λειστρίου λείου[52] ἐ‖πηκονη-

---

lapides formae oblongae (κρατευταί) transversi a cellae pariete columnas versus currant, medium vero inter eos spatium rudere calculoso expleatur (ὑπευθυντηρία). Atque semper quidem commissurae tabularum pavimenti supra ipsam mediam crateutarum partem sunt. Sic fit, ut margines dexter et sinister uniuscuiusque lapidis crateutis imponantur. Haec igitur pars planiciei inferioris accuratius laevigatur, item anterior pars duos pedes a margine. Reliqua pars planiciei inferioris (τὰ μέσα συνψαύοντα) minus accurate elaboratur, quia postea excavanda est (not. 46). F. 46 ἁρμοί, latera quattuor tabularum, opponuntur superficiei et planiciei inferiori. Atque ὁ προσιὼν ἁρμὸς anticum latus est, ὁ ἀπιὼν ἁρμὸς v. 112 manifesto de postico latere dicitur, at in eis quae sequuntur v. 116 sqq. plurali οἱ ἁρμοὶ οἱ ἀπιόντες tria reliqua praeter anticum latera comprehendi videntur; aliter enim de marginibus dextro et sinistro elaborandis omnino nihil diceretur. 47 Si unus lapis alteri adaptandus erat, Graeci eam modo planiciei partem, quae margini proprior erat, accurate laevigatam sic committebant, ut nihil intervalli esset; contra mediam planiciem paullulum excavabant, ut spatium (χάλασμα) relinqueretur. Hoc est ὑποτέμνειν. F. 48 ΚΑΘΕΤΟΣ. Emendavit F., perpendicularia interpretatus. 49 Ut rectos angulos habeant. F. 50 Inter instrumenta quibus in aedificando utuntur προσαγωγεῖον commemorat Plato Phileb. 56 C, ubi scholiasta adnotat τεκτονικόν ἐστιν ὄργανον, ὃ προσάγοντες εὐθύνουσι τὰ στρεβλὰ ξύλα. In titulo normam (‘*Winkel*’) designari manifestum est. F. 51 I. e. marginem cuiusque lateris dextrum, superiorem, sinistrum. Inferior cum media parte lateris minus accurate laevigatur ut in planicie inferiore media pars usque ad posticum marginem (not. 45), atque eadem quidem de causa. 52 λίστρον instrumentum quo lapides laevigantur ex Homero χ, 455 et Hesychio s. λίστρον et λιστρωτόν notum erat, λειστρίον hic primum comparet. ‘Apparet autem ex titulo nostro λειστρίον scalprum esse quo lapidarii subtilissimam assequebantur laevigationem. nam hoc instrumento utuntur ad sculpendos laterum margines qui

μένου μιλτολογῶν δοκίμως, τὰ δέ μέσα συν|ψαύοντα ἀπὸ ξοΐδος χαρακτῆς τραχείας, καὶ ἀναθυρώ|σει[53] τοὺς ἁρμοὺς πάντας τοὺς ἀπιόντας κανόν[ι λιθί]|νωι μιλτολογῶν δοκίμως, ἀναξέων τοὺς καν[όνας] | πάντας, ὁσάκις ἂν κελεύωμεν, πρὸς τὸν κανόν[α τὸν
125 λίθινον] ‖ τὸν ἐν τῶι ἱερῶι ὑπάρχοντα δοκίμως. ἀποξέσ[ει δὲ πρὸς[54]] | τοὺς ἁρμοὺς τῶν καταστρωτήρων τοὺς ἀπιό[ντας τοὺς[55] | τῶν] κειμένων καὶ τέλος ἐχόντων, πρὸς οὓς μ[έλλει] | τιθέναι, ἐκτείνας τὴν λινέην κατὰ κεφαλὴ[ν-----] | νειου ἐν ὀρθῶι [ἀρι]-
130 στεραχόθεν καὶ τοῦ προδόμ[ου τῆς] ‖ μακρᾶς πλευρᾶς καὶ γραμμὰς καταγραψάμε[νος παρόν]|τος τοῦ ἀρχιτέκτονος ἀφελέτω τὸ πρόσεργον[56] [τὸ ὑπάρχ]|ον ἀπὸ κολαπτῆρος, πλάτος ποιῶν τὸ δοθέν, ποι[ῶν πάντα] | ὀρθά, ὀξυώρια[57]· καὶ μιλτολογησάτω τὴν ἄκραν πάν[των τῶν] | λίθων τῶν κειμένων τῶ[ν] τρεισκαίδεκα
135 πρὸς κ[ανόνα] ‖ μακρὸν μὴ ἐλάττονα ποδῶν εἴκοσι, πάχος ἓξ δα[κτύλων,] | ὕψος ἡμιποδίου, μιλτολογῶν ἀπὸ λειστρίου λείου ἐ[πηκονη]|μένου, ποιῶν ὀρθά, ἀρραγῆ, σύμμιλτα, βάθος μὴ ἔλατ[τον ἐννέα] | δακτύλους, πρῶτον διαξέσας σημείας[58] παρὰ το[ὺς ἁρ-

---

propter subtilem commissuram diligentissime omnium erant perpoliendi. cum vero λειστρίον dicatur λεῖον ἐπηκονημένον, i. e. leve (non dentatum) et acutum, haud dissimile fuisse videtur ei scalpro quod hodierni lapicidae '*Scharireisen*' vocant' F. 53 In formam portae aut fenestrae mediam planiciei partem aliquantum exsecabit (cf. not. 46). 54 Supplevi. 55 Supplevi. Kumanudis v. 125 sqq. sic constituit τὸν ἐν τῷ ἱερῷ ὑπάρχοντα, δοκίμως ἀποξέσ[ας πάντας] | τοὺς ἁρμοὺς τῶν καταστρωτήρων τοὺς ἀπιό[ντας, καθὼς | τῶν] κειμένων καὶ τέλος ἐχόντων. At hic de lapidum qui iam collocati essent lateribus laevigandis dici monuit F. Is igitur legit τὸν ἐν τῷ ἱερῷ ὑπάρχοντα δοκίμως. ἀποξέσ[ει δὲ καὶ] | τοὺς ἁρμοὺς τῶν καταστρωτήρων τοὺς ἀπιό[ντας | τῶν] κειμένων καὶ τέλος ἐχόντων. Quo in supplemento vehementissime offendit τοὺς ἀπιόντας; nam posterioris ordinis lapidum, qui iam collocatus est, non postica, sed antica latera laeviganda eisque novos prioris ordinis lapides adaptandos esse apparet. (Cf. v. 144 ubi manifesto οἱ ἀπιόντες ἁρμοὶ opponuntur iis, de quibus hic dicitur.) Quare sic supplevi ut sententia sit: 'Ad exemplum posticorum laterum novorum lapidum antica eorum qui iam collocati sunt latera, quibuscum illa committenda sunt, laevigabit'. 56 Partem lapidis quae ultra lineas ductas prominet. F. 57 I. e. ὀξὺν ὅρον ἔχοντα (*scharfkantig*). 58 Sic (aut σημέα, σημήα) hoc verbum non modo in Polybii codicibus antiquissimis, sed etiam in omnibus paullo antiquioribus titulis (veluti in monumento Ancyrano) scribitur, ut mero eius temporis quo iam ε et αι idem sonabant errori tribuenda sit scriptura quae adhuc sola in scriptorum editionibus exprimitur σημαία. Ceterum hoc femininum, quod alibi signum militare indicat, hic pro volgari σημεῖον scriptum est.

μοὺς[59]] | καθ' ἕκαστον τῶν λίθων ἐν ὀρθῶι πρὸς τὸ προσα[γω-
140 γεῖον] ‖ καὶ τὴν γραμμὴν τὴν καταγραφεῖσαν, πρὸς ἣν [παραξέ]|σει τὴν παραξόην[60], παραξέσει δὲ καὶ τὴν ἐν τῶι πρ[οδόμωι γραμ]|μὴν ὡσαύτως, ἔπειτεν ἀναθυρώσει τοὺς ἁρμοὺς [πρὸς τὸν] | κανόνα τὸν λίθινον τῶν κειμένων καταστρωτ[ήρων, πρὸς] | οὓς
145 μέλλει τιθέναι, καθὼς καὶ περὶ τῶν ἀπιόντων [ἁρμῶν] ‖ γέγραπ-ται[61]· ὅταν δὲ μέλληι τιθέναι τοὺς λίθους, πρ[οεπικόψει] | τοὺς κρατευτὰς κατὰ κεφαλὴν καὶ τὴν ὑπευθυντ[ηρίαν, τοὺς] | μὲν κρατευτὰς ἀπὸ ξοΐδος πυκνῆς, χαρακτῆς, ἐπ[ηκονημέ]|νης, τὴν δὲ ὑπευθυντηρίαν ἀπὸ ξοΐδος ἀρτιστόμο[υ[62], ἀκολού]|θως τοῖς
150 κειμένοις καὶ τέλος ἔχουσιν, καὶ ἀποδείξ[ει ἐπικε]‖κομμένα δο-κίμως, εἶτεν θήσει τοὺς καταστρωτῆρ[ας, ἐργα]|ζόμενος καθὼς γέγραπται, ἀρχόμενος τῆς θέσεω[ς ἀριστε]|ραχόθεν, ὡς ἂν αὐτῶι δειχθῆι, ἕνα ἀμφ' ἁρμόν[63], ἐμβα[λὼν. . . .]|ψος ἐπίσφηνον[64], κατὰ κεφαλὴν δὲ στοιχοῦντα[65] τ[οῖς κειμένοις] | καὶ τέλος ἔχου-
155 σιν· καὶ ἐλαίωι δὲ καθαρῶι πρὸς πάν[τας τοὺς κα]‖νόνας χρή-σεται καὶ μίλτωι Σινωπίδι[66], ἐὰν δὲ μὴ χ[ρῆται μίλ]|τωι Σινω-πίδι ἢ ἐλαίωι καθαρῶι, ζημιωθήσεται ὑπ[ὸ τῶν ναο]|ποιῶν καὶ βοιωταρχῶν[67], καὶ οὐ πρότερον αὐτῶι λί[θος οὐδεὶς] | κατακλει-σθήσεται ἕως ἂν ἐπιδείξηι τοῖς ναοπο[ιοῖς χρησά]|μενος μίλτωι
160 Σινωπίδι δοκίμωι ἢ ἐλαίωι καθαρῶ[ι· ἐπιδεί]‖ξει δὲ τὴν μὲν ἐρ-γασίαν καὶ τὴν σύνθεσιν τῶι ἀρχιτέκ[τονι, τῶι δ' ὑ]|παρχιτέκ-τονι τῶν λίθων πάντων τοὺς ἁρμοὺς καὶ τ[ὰς βά]|σεις, ἅμα

---

59 Supplevi. το[ῖς ἁρμοῖς] F. contra sermonis usum. 60 Praecisio (*Schnittfläche*) quae alibi κατατομή vocatur (Harpocr. s. κατατομή). F. 61 V. 121 sqq. 62 Scalprum quod planam, i. e. obtusam, neque dentatam neque acutam cuspidem habet. F. 63 Ut unus lapis semper unius ex iis qui iam collocati sunt latus tangat, neque vero prioris ordinis binorum lapidum commissurae mediis posterioris ordinis lapidibus singulis respondeant et vice versa. Ad ἕνα videtur supplendum lapidem, et ἀμφ' ἁρμὸν dici pro ἀμφ' ἕκαστον ἁρμόν. F. Cf. εἷς ἀπὸ φυλῆς similesque locutiones. 64 De ligno cuneiformi, quod dum lapides collocantur inter eos intericitur, ne detrimentum capiant, interpretatur F. Adlerum et Dörpfeldium secutus. Substantivum in -ψος cadens quale fuerit non magis assequor quam Fabricius. 65 Ut superficies duorum lapidum accuratissime inter se coniungantur et unam quasi planiciem efficiant. 66 De rubrica Sinopensi F. provocat ad Strab. XII, 2, 10 p. 540 Cas. Vitruv. VII, 7, 2. Plin. N. h. XXXV, 31. Boeckh Staatshaush. II p. 354. 67 Hinc apparet, non a Lebadensium civitate, sed a communi Boeotorum templum exstructum esse.

τριμματολογῶν[68] τὰς μὲν βάσεις ἐκ χλόης ἐ[λαίας][69] | ἐν ταῖς ἰδίαις χώραις βεβηκότας[70] ὅλους ἀσχάστους[71], ἀνε[γκλή]|τους,
165 ἀνυποπάστους, ὁμοτριβοῦντας, διακρούων τὰ δ[ιάκε]||να(?)[72] τῶν τριμμάτων, τὰ μὲν εἰς τοὺς κρατευτὰς ἀπὸ ξοΐδ[ος χα]|ρακτῆς, πυκνῆς, ἐπηκονημένης, τὸ δὲ ὑπὸ τὴν ὑπευθυν[τηρί]|αν ἀπὸ ξοΐδος ἀρτιστόμου, τοὺς δὲ ἁρμοὺς ἐξ ἐλαίου κ.....|βδίου[73] ἀπὸ λειστρίου λείου, ἐπηκονημένου· ὅταν δὲ συντε[λέσηι] | τὸν ἁρμόν,
170 ἐγνιτρώσας καὶ ἐκπλύνας ὕδατι καθαρῶι, ἔπ[ειτεν] || κατακλειέτω· τὴν δὲ ἐμβολὴν τῶν γόμφων καὶ τῶν δ[εμάτων] | καὶ τῶν π[ελ]εκίνων[74] καὶ τὸν σταθμὸν τούτων καὶ τὴν μ[ολυβδο]|χοΐαν πᾶ[σ]αν[75] τοῖς ναοποιοῖς παρὼν αὐτὸς ὁ ἐργώνης, ἀ[νεπί]|δεικτον [δ]ὲ μηδὲν κατακλειέτω· ἐὰν δέ τι κατακλείσῃ[ι, πάλιν] | τε ἐξ ἀρχῆς ἄρας ποιήσει καὶ ζημιωθήσεται ὑπὸ τῶν ναοπ[οιῶν] ||
175 καὶ βοιωταρχῶν καθ' ὅτι ἂν φαίνηται ἄξιος εἶναι μὴ ποιῶν [τῶν ἐν] | τῆι συγγραφῆι γεγραμμένων· καὶ ἐάν τις ἄλλος τῶν συ[νεργα]|ζομένων ἐξελέγχηταί τι κακοτεχνῶν, ἐξελαυνέσθω ἐ[κ τοῦ] | ἔργου καὶ μηκέτι συνεργαζέσθω· ἐὰν δὲ μὴ πεί[θ]ηται, ζη[μιωθή]|σεται καὶ οὗτος μετὰ τοῦ ἐργώνου, καὶ οὐ πρότερον
180 οὐδέν[α μο]||λυβδοχοήσει λίθον, ἕως ἂν ποιήσηι τὰ γεγραμμένα· ἐὰν δέ π[ου παρὰ] | τὸ ἔργον συμφέρηι τινὶ μέτρωι τῶν γεγραμ-

---

68 τριμματολογεῖν 'tritu perpolire' interpretatur F. Nam qui lapides scalpro laevigati fuissent, eos apud antiquos, ut etiamnum fieret, terendo ita poliri solitos esse, ut quam accuratissime alter alteri adaptari posset. 69 Supplevit F., sucum subviridem olivae sive oleum nondum perpurgatum intellegens, quam in rem affert Geopon. X, 21, 12: τῇ χλόῃ — ἐπάλειφε. 70 Haec et sequentia de lapidibus intellegenda esse apparet, etsi in eis quae proxime antecedunt eorum mentio non facta est. F. 71 In titulo Oropio n. 542, 14 ἀσκάστους est, scriptura accommodatiore origini vocis, quam a σκάζειν (cf. illic not. 9), non a σχάζειν descendere significatio docet. Antecedens sibila aspirationi ansam dedit ut in Αἰγόσθενα pro Αἰγόστενα (n. 1744). 72 Haec et proxima obscura sunt. 73 κ[αὶ διὰ ῥα]|βδίου Kum., cui supplemento spatium non sufficit. κ[α]|(θαρ)οῦ Fabr. emendare conatus est, sed Lollingius Kumanudem recte legisse affirmat testis oculatus. Nescio an vox ceteroquin ignota certum olei genus significans hic fuerit. 74 'δέμασι, ansis, crateutarum lapides fortasse inter se iuncti erant, γόμφοις, vinculis planis, καταστρωτῆρες cum subiectis crateutis conligati. praeter γόμφους et δέματα, quae lapidibus ita facile inmitti potuerunt, ut in facie exteriore non apparerent, πελεκῖνοι quoque (securiculae, cf. Blümner Termin. u. Techn. II p. 306) hoc loco commemorantur, quibus lapides in superficie ni fallor conligari solebant'. Fabricius p. 84. 75 Hic ἐπιδείξει lapicidae errore intercidit. F.

μένων προσλ[ιπεῖν ἢ] | συνελεῖν, ποήσει ὡς ἂν κελεύωμεν· ὅταν δὲ συνθῆι π[άντας] | τοὺς καταστρωτῆρας, ἐπικοψάτω κατὰ κεφαλὴν ἀκολούθ[ως τοῖς] | κειμένοις καὶ τέλος ἔχουσιν, καὶ
185 μιλτολογησάτω ἀπὸ ξοΐδ[ος χαρα]‖κτῆς δοκίμως τῶι μακρῶι κανόνι, διακολαπτηρίζων[76] τού[τους] | κύκλωι πάντας, διαβητιζόμενος κατὰ κεφαλὴν ἀπὸ τῆς ὑ[παρχού]|σης περιτενείας[77] τῶν καταστρωτήρων, κύβους[78] κατασκευ[ασάμε]|νος ξύλων ξηρῶν ἀγριελαΐνων καὶ ἀποδείξας ὀρθὰ καὶ σύμ[μιλτα].

---

76 κολαπτήρ (v. 132) est dolabra, qua lapides dolantur priusquam scalpro laevigentur. F. 77 Cf. not. 29. Hic superficies lapidum iam collocatorum efficit περιτένειαν. 78 Duo cubi aequales in lapidum parte complanata ita disponebantur, ut superimposita eis regula cum libella posset examinari, quantum de parte aspera scalpendo et laevigando demendum esset. W. Dörpfeld apud F.

---

541 Stela marmoris Pentelici cum anaglypho eruta Eleusine. Ed. D. Philios Mitth. des arch. Inst. in Athen XIX (1894) p. 163 n. 1, tab. VII (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 450 n. 574).

[Π]ρέπις Εὐφέρο ἐγραμμάτευε[1].
Ἔδοχσεν τεῖ βολεῖ καὶ τοῖ δέμοι· | Αἰγεὶς ἐπρυτάνευε, Πρέπις
5 ἐγρα|[μ]μάτευε, Πατροκλεῖς ἐπεστάτε· Θει‖[α]ῖος εἶπε· τὸν Ρετὸν[2] τὸν παρὰ τὸ [ἄ]|στεος[3] γεφυρὸσαι λίθοις χρομέ[ν]|ος Ἐλευσιν[ό]θεν τὸν καθειρεμέ[ν]|ον ἐκ τὸ νεὸ τὸ ἀρχαίο[4], ὃς ἔλιπο[ν] | ἐς τὸ
10 τεῖχος[5] ἀναλίσκοντες, ὁς ἂ‖ν τὰ ῾ιερὰ[6] φέροσιν ῾αι ῾ιέρειαι

Litterae Atticae dispositae στοιχηδόν. 1 Aristione archonte Ol. 89, 4 (421/0 a. Chr.). Cf. Ἐφημ. ἀρχ. 1888 p. 55. Ph. 2 Cf. Pausan. I, 38, 1 οἱ δὲ ῾Ρειτοὶ καλούμενοι ῥεῦμα μόνον παρέχονται ποταμῶν, ἐπεὶ τό γε ὕδωρ θάλασσά ἐστί σφισι. — πρὸς Ἀθηναίους τοὺς ἄλλους ὅροι τῆς γῆς τοῖς Ἐλευσινίοις ἦσαν. 3 Cf. Hesych. ῾Ρειτοί· ὁ μὲν πρὸς τῇ θαλάττῃ τῆς πρεσβυτέρας θεοῦ νομίζεται, ὁ δὲ πρὸς τὸ ἄστυ τῆς νεωτέρας. Praepositionis παρὰ cum genetivo coniunctae usum singularem esse observavit Ph. Sed cum πρὸς τοῦ ἄστεως sic sollenniter dicatur, παρὰ τοῦ ἄστεως non magis est mirandum quam παρὰ cum dativo antiquitus etiam de rebus usurpatum, cum postea de hominibus modo in usu fuerit. 4 Templum Pisistrati aetate exstructum anno 480 a. Chr. a Persis crematum erat (Herodot. IX, 65). 5 Periboli murus ex parte aut dirutus erat a Persis aut vetustate collapsus. In quo sarciendo lapidibus utebantur veteris templi, qui ad novam aedem exstruendam minus idonei viderentur. Sed muro refecto supererant etiam lapides; ex his ut pons fieret hic praecipitur. 6 Cf. n. 647, 15. 652, 4 sqq.

ἀ|[σ]φαλέστατα. πλάτος δὲ ποιόντον | [π]εντέποδα, ἵνα μὲ
ʿάμαχσαι διε|λαύνονται, ἀλλὰ τοῖς ἴοσιν ἒι βα|[δ]ίζεν ἐπὶ τὰ
15 ιερά. λίθοις δὲ κατ||[ακ]αλύφσαι τὰς διαρροὰς τὸρ Ρε[τ|ὸ[7]] καθ'
ότι ἂν [χσ]υγγρ(ά)φσει[8] Δεμομέλ|[ες ʿο ἀρχιτέκτον· ἐ]ὰν δὲ μὲ
ὒσιν ε|----

cum adnotationibus. 7 Litteram ρ, ut initio vocabuli producendae vocali brevi finali superioris vim habet, sic haud raro eodem loco bis scribitur; cf. quae A. Wilhelm Gött. gel. Anz. 1898 n. 3 p. 207 attulit exempla, C. I. Att. IV, 1 p. 171 n. 225 *c B*, 21: ἀρτήματα ῥρυμοῖς. p. 173 n. 225 *f A*, 9: ῥρυμοῖς. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 31 n. 25, 19 κατὰ ῥρύσιον. Papyrus ap. Wessely Wiener Studien 1886 p. 205 τὰ ῥριφέντα. 8 ΥΛΛΡΦΣΕΙ. Cf. n. 16, 6.

---

542 Tabula marmoris candidi cum aëtomate inventa in Amphiaraio Oropiorum. Ed. B. J. Leonardos Ἐφ. ἀρχ. 1891 p. 71 n. 34 (W. Dittenberger I. G. Sept. I, 4255. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 474 n. 586).

Θεοί[1]. | Ἐν Ἀμφιαράου ἐκ τοῦ λοτρῶνος[2] τοῦ ⟨αν⟩ ἀνδρείο|υ
ὅπως ἂν τὸ ὕδωρ μὴ κωλύηται ῥεῖν ὑπὸ τῆς χ|αράδρας ὅ[τ]αν
5 (ὅ)ει[3], ἀλλ' εἶ χρήσιμος ὁ λουτρὼν ὅ||ταν χειμάζει ὁ θεός,
ὀχετὸμ ποῆσαι λίθινον κ|ρυπτόν[4], τὸ μὲν μῆκος, ἀρξάμενον ἀπὸ
τοῦ στρ|ώματος τοῦ τῆς γεφύρας μέχρι τῆς καταβάσ|ειω[ς][5] τῆς
παρὰ τὸν γυναικεῖον λουτρῶνα τά|φρον ὀρύξαντα μῆκος μὲν τὸ
10 γεγ(ρα)μμένον[6], πλ||άτος δὲ ἀπὸ τοῦ ἀναλήμματος[7] τοῦ τῆς

καθάπερ καὶ ἡ γραπτὴ εἰκὼν ἐμφανίζει ἡ ἐν τῇ ἀγορᾷ. K. Eundem esse cuius de sacris Olympicis Pausanias VI, 20, 2 haberet haec: ἐν δὲ τοῖς πέρασι τοῦ Κρονίου κατὰ τὸ πρὸς τὴν ἄρκτον ἔστιν ἐν μέσῳ τῶν θησαυρῶν καὶ τοῦ ὄρους ἱερὸν Εἰλειθυίας, ἐν δὲ αὐτῷ Σωσίπολις Ἠλείοις ἐπιχώριος δαίμων ἔχει τιμάς acutissime coniecit C. Robert Mitth. des arch. Inst. in Athen XVIII (1893) p. 37 sqq. Nam puerulum recens natum qui in anguem conversus Eleis contra Arcades pugnantibus saluti fuisset ideoque Σωσιπόλιος nomine divinis honoribus affectus esset, non posse separari a Iove infante, cuius perquam similes fabulae apud Cretenses (Schol. Arat. 46) fuissent. 18 Coniunctissima fuisse Apollinis Pythii sacra apud Magnetas cum Dianae Leucophryenae etiam n. 256, 8 prodit. Sed tamen multo minoris momenti fuerunt, quia Apollo illic non erat nisi sororis quasi comes et assecla; quare et n. 257—261 eius nomen tacetur unius Dianae mentione facta, et hic non suam habet aram, sed in illius ara ipsi quoque immolatur (v. 52. 53). 19 Cf. Eustath. ad Od. IX 222 p. 1625: Ἰωνικοὶ δέ τινες καὶ ἀττηγοὺς καλοῦσιν ἡλικίαν τινὰ τῶν ἀρρένων (sc. αἰγῶν). Arnobius adv. nation. V, 6 p. 178 R. *hirquos Phryges suis attagos elocutionibus nuncupant, inde Attis nomen ut sortiretur effluxit.* Kern. 20 Cf. not. 18. 21 Supplevit K. dubitanter; potest etiam τῆς χώρας fuisse. Utique enuntiatur, hoc populiscitum eisdem beneficiis uti, quae legibus constituta erant de eis quae oppidi agrique defendendi causa decernerentur. Cf. n. 153[14].

554 Marmor quadratum, inventum Magnesiae ad Maeandrum in vinea orientem versus a stadio. Ed. O. Kern Inschr. v. Magnesia p. 84 n. 99.

[---------- | -----κ]αθότι καὶ το----------|
ται ἐν τῶι ἐνιαυτῶ[ι -------- ὅσα δὲ δεῖ θύειν[1] | τ]ῶι θεῶι,
5 παραστήσου[σιν τοῦ μὲν παρόντος ἐνιαυ]‖τοῦ[2] οἱ οἰκονόμοι Φαρσα-
λ[ίωι[3] οἱ τὰ θύματα τῶν ἄλ|λ]ων[4] ἑορτῶν παριστάντες ------
----------|..ν, τὰ δὲ θυθέντα καταναλισκέ[τ]ω[σαν αὐτοῦ[5].
εἰς | δ]ὲ τὸν ἄλλον χρόνον προσμισθούσθωσαν[6] οἱ [οἰκονόμοι |
τ]ὰ ἱερὰ καθότι γέγραπται. καταστήσει δὲ κ[αὶ νεωκόρον[7] ἐν
10 τῶι ‖ τ]εμένει τῶι ἀνατεθέντι τῶι θεῶι. λήψεται δ[ὲ τῶν τεθυ-
μένων | ἐ]ν τῶι τεμένει ἀφ' ἑκάστου ἱερείου σκέλος κα[ὶ τῶν
καιομένων[8] | τ]ῶι θεῶι τὰ τρίτα μέρη. ἐν ἄλλωι δὲ τόπωι μὴ
[ποιείτω βω|μ]ὸν Σαράπιδος· εἰ δὲ μή, ὀφειλέτω τῶι δήμωι

Decretum populi Magnetum, quo Pharsalio cuidam (not. 3) permittitur ut dedicato fundo suo delubrum et sacra publica Sarapidis instituat. Litteraturam secundi a. Chr. n. saeculi ineuntis esse testatur K. Sarapidis sacra etiam nummi Magnetum testantur (Kern p. XXVI). 1 Supplevi. 2 Supplevi. De παριστάναι cf. n. 553[16]. 3 Supplevi. K. nomen proprium civis Magnetis, cuius munificentia delubrum dedicatum esset, hic haberi probe perspexit, sed quomodo id restituendum esset ignorabat. At cum inde ab Homeri aetate semper et ubique ethnicorum pro nominibus propriis usus in deliciis fuerit Graecis, quin verum assecutus sim nullus dubito. 4 Supplevi. Oeconomis, quorum officium est ad sacrificia antiquarum feriarum publicarum victimas procurare, idem hic etiam de illis recens institutis sacris mandatur. 5 Ut alibi (n. 589, 31 τῶν δὲ κρεῶν μὴ εἶναι ἐκφορὴν ἔξω τοῦ τεμένεος. 617, 4 τούτων οὐκ ἀποφορά. v. 10 τούτων οὐκ ἐκφορὰ ἐκ τοῦ ναοῦ), sic hic quoque interdici videtur ne carnes victimarum immolatarum alibi atque in ipso sacro consumantur. Cf. 615, 26. 28 δαινύσθων αὐτοῦ. 6 Ad eas victimas, quas iam antea quotannis praebendas elocaverant oeconomi, inde a proximo anno accedent eae quibus in Sarapieis opus erit. De sententia nulla est dubitatio, etsi activum προσμισθούτωσαν exspectaveris. De sacerdotio locando interpretatur Kern. At v. 22 venire, non locari dicitur sacerdotium, neque τὰ ἱερὰ hanc vim habere potest. 7 Supplevi. K. de ara aliave simili re exstruenda cogitaverat; sed καταστῆσαι de hominibus cui officium aliquod mandatur pervolgatum est; neque ἐν τῷ τεμένει offendere debet, nam id ipsum inter ἱερέα et νεωκόρον intercedere discrimen, quod hic loci sacri custodiendi causa semper in eo versetur, ille non item, ex n. 589, 6. 23. 41 apparet. 8 Supplevi. Ex eis visceribus, quae deo cremantur, priusquam in aram imponantur tertia cuiusque pars desecta sacerdoti cedit.

δ[ραχμὰς ------- | κ]αὶ ὁ τόπος ἔστω τῆς πόλ[εω]ς· φαινέτω
15 [δὲ ὁ βουλόμενος ἐπὶ τῶι ‖ ἡ]μίσει πρὸς τοὺς εὐθύνο[υ]ς, ⟨οἱ δὲ
εὔθυνοι⟩[9] (καὶ οἱ ε)ὔθυν[οι εἰσα|γόντων][10] εἰς τὸ καθ' ἑξάμηνον
παραγινόμενον[11] δ[ικαστήριον. λαμβα|νέτω]σαν δὲ οἱ οἰκονόμοι
ἐκ τῶν ξυλίνων ὠ[νῶν δραχ|μ]ὰς τρεῖς [κ]αὶ ἐκ τῶν σιτηρῶν
[ὠ]νῶν (δ)[ραχ](μὴ)ν μ[ίαν ἀ|πο]δότωσαν τῶι ἱερεῖ. ἐξουσία δὲ
20 ἔστω τῶ[ι] δή[μωι ------ ‖ ....]υ ἢ [ὑπ]ογράψαι ἕτερον ἕως
τῆς ἀναφορᾶς ----------

Ἐπὶ Στρατοκλείους[12].

[Τῶι] πριαμένωι τὴν ἱερεωσύνην τοῦ [Σαράπιδος | ....]θηι ὅταν
παραλάβηι τὴν ἱερεω[σύνην ---- | .... τὴ]ν διαγραφὴν καθ' ἣν
25 ἐπρίατο ---------- ‖ ..... δὲ παρά[ρ]τημα ὁ πριάμ[ενος --
-------- | ...] φερόμενον ὑπὸ τῶν [ἰ]διωτῶ[ν --------- | .....]
κρατῆρα κιρνᾶι ἐν τῶ[ι τεμένει ---------- | .....]ον
..χοῦν οὐ πλεῖον ---------- | .....ενος καὶ τῆς
30 [ἡ]μέρας τὸ δ---------- ‖ .....ων συνόντων
ἐν τῶι ---------- | .....ανων πα-------

9 Si proximae sex litterae, quas incertas esse punctis suppositis indicavit K., recte ab eo lectae sunt, lapicidam pro καὶ οἱ εὔθυνοι leni errore οἱ δὲ εὔθυνοι incidisse, sed ea re animadversa illud iuxta posuisse priore scriptura non deleta probabile est. 10 Supplevi. 11 Haec non licet intellegi nisi de consilio iudicum quod bis per annum peregre Magnesiam perveniebat ibique conventus habebat. Mira sane institutio; nam quae alibi novimus ξενικὰ δικαστήρια (n. 510[25]), ea extraordinaria sunt. 12 Cf. n. 1334. Ceterum hic stephanephorus Magnetum etiam ex nummis eorum notus est (Kern Inschr. v. Magn. p. XXIII).

555 Marmor supra fractum, ex insula Anaphe Athenas delatum. Edd. ex Villoisoni schedis Boeckh C. I. G. 2477. Lapide denuo examinato lectionem emendavit L. Ross Arch. Aufs. II p. 495 (Boeckh Add. vol. II p. 1091). Plenius Rangabé Ant. Hell. 820, quem paene ubique verum vidisse probant tria ectypa a Lollingio et J. Lambro ad F. Bechtelium missa, qui edidit ap. Collitz Gr. Dialektinschr. III p. 201 n. 3430. Eisdem ectypis usus et ipso lapide collato F. Hiller von Gaertringen Inscr. ins. mar. Aeg. III p. 55 n. 248 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 702 n. 853).

Litterae ΑΕΕΘΠΣ. Titulus utique initiis aerae Christianae non multo antiquior. Dispositio eorum quae hic habentur non ab omni parte commoda

I [-------- συντε|λεσ]θέν[τ]ο[ς δὲ τοῦ ναοῦ ἔστω δαμόσ]ιος[1] [κα]|θότι καὶ ὁ θεὸς ἔ[χρη]σε[ν· τᾶς] δ' ἐπερωτάσ[ε]|ως καὶ τοῦ χρησμοῦ ἀντίγραφά ἐστι τάδε[2]· |

II Ἔδοξε τᾶι βουλᾶι καὶ τῶι δάμωι, ἀρχόντων Ξενο||μνάστου, Ἀριστομάχου, Σωσικλεῦς καὶ βουλᾶς γνώμα· | ὑπὲρ τᾶς ἐφόδου[3], ἃς ἐποιήσατο Τιμ[ό]θεος Σωσικ|λεῦς, κατὰ δὲ ὁοθεσίαν Ἰσοπόλιος, ἀξιῶ(ν)[4] αὐτῶι δοθῆ|μεν ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἀσγελάτα[5] τό|πον, ὥσ[τε ναὸ]ν Ἀφροδίτας οἰκοδομῆσαι ὅλαι καὶ λί||θοις καὶ [χ]οῖ[6] [χ]ρώμενος ἐκ τοῦ ἱεροῦ ὧν κα χρείαν ἔχηι | ἐν τῶι τόπωι, ἐν τᾶι αἱμασιᾷ, ὅπει ἁ ἐλαία ἁ ποτὶ τὸν | Εὐδώρειον οἶκον καὶ τὸν Μειδίλειον· τὸν δὲ τόπον, | [ὅ]πει ὁ βωμὸς τοῦ Κτησίου καὶ τὸ ξοάνιον, τὸν τοῖχον | λύσαντα τὰν πάροδον ποιῆσαι ἐς τὸν ναὸν || ταύται, καὶ οἰκοδομηθέντος

---

et perspicua est, sed apparet tria distinguenda esse: I Rogatio Timothei (ἔφοδος v. 6. 33). Ex hac enim v. 1—3 restare acute perspexit Wilamowitz apud H. II Decretum senatus populique Anaphaeorum (v. 4—23 et 33—36). III Huic media interposita sunt quaestio (ἐπερώτασις), quam oraculo proposuerat Timotheus, et oraculi responsum (v. 24—33). Cf. not. 2. 1 Supplevit Wilamowitz. 2 In litteris, quas Timotheus senatui tradiderat, hic subiunctum erat exemplum eorum quae infra v. 24—33 leguntur, quo senatui fidem faceret se dei iussu cum eo agere. At ne plane eadem sine ulla utilitate bis lapidi inciderentur, ea hic praecisa et infra in tenore decreti modo repetita sunt. Wil. 3 Apud Athenienses πρόσοδος vocatur et ius cum senatu populove agendi et ipsa actio; eadem vi alibi ἔφοδος usurpatum esse tituli docent. Cf. n. 480, 6: καὶ ἔφοδον ἐπὶ τὸ κοι[νὸ]ν πρώτοις μετὰ τὰ ἱερά. 4 ΑΞΙΩΣ lapis. Emendavit Ross. ἀξίως defendere conatur Be., quem secutus est Hi., iniuria, si quid video. 'Exiguo pretio' interpretantur coll. n. 546, 25 καὶ μήτε ἀξιώτερο[ν μή]τε τιμιώτερον (sc. πωλεῖν τὸ χρυσίον). At sic neque δοθῆμεν dicendum fuit, sed πραθῆμεν, neque exiguo pretio se aliquid alicui vendere decernere debebat populus, sed quonam pretio venderet definite indicare. Denique cum delubrum publicum constituatur, omnino credibile non est fundum privato venumdari. Immo nihil fit nisi ut ei venia detur illic potissimum aedis exstruendae. Quodsi Rossii emendationem sequimur, apparet, omnia quae sequantur usque ad v. 23 ab hoc participio pendere et ad rationes quibus Timotheus postulata sua firmare conabatur referenda esse; eis subiungi litteras v. 24—33 et post has demum apodosin (v. 33—36), qua quid senatus populusque decreverint indicetur. 5 Anaphae colebatur Ἀπόλλων Αἰγλήτης (cf. G. Wentzel ap. Pauly-Wissowa Realencyclopaedie I, 1 p. 975), quem eundem esse atque Ἀσγελάταν recte statuunt cum huius tituli editores tum U. von Wilamowitz-Möllendorff Isyllos non Epidauros p. 93, qui acutissime de horum nominum ratione disputavit. 6 ΚΑΙΛΟΙ. Suppleverunt Kaibel et Wilamowitz ap. H. manifesto recte, ut priorum errores enotare supervacaneum sit.

τοῦ τοίχου τὸν βωμὸν | καὶ τὸ ξοάνιον καταστᾶσαι πάλιν ἐς τὸν τοῖ|χον, τὰς δὲ στάλας τὰς οὔσας ἐν τῶι τοίχωι | καὶ τὸν ἀπό-ρανθρον[7], ὅσας μέν κα δυνατὸν ἦι, | αὐτεῖ καταστᾶσαι, ὅσαις
20 δέ [κα] μὴ ἦι τόπος, ὅπει κα ‖ δοκῆι χρήσιμον ἦμεν. συντε-λεσθέντος δὲ | τοῦ ναοῦ ἦμεν δαμόσιον, καθὰ καὶ ὁ θεὸς ἔχρησε, | τᾶς δὲ ἐπερωτάσιος καὶ τοῦ χρησμοῦ ἀντίγροφόν[8] | ἐστιν τὰ ὑπογεγραμμένα. |

III Ἐπερωτᾶι Τιμόθεος [τὸ]ν θεόν, πότερον ‖ αὐτῶι λῶιον καὶ
25 ἄμει[νό]ν ἐστιν αἰτήσασθαι | τὰν πόλιν ἐν τῶι ἐπινοεῖ τόπωι ἐν τῶι τοῦ | Ἀπόλλωνος τοῦ Ἀσγελάτα, ὥστε ναὸν τᾶς | Ἀφροδίτας οἰκοδ[ομ]ῆσαι, καὶ ἦμεν δαμόσιον, | ἢ ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Ἀ[σκ]λα-
30 πιοῦ ἐν ὧι ἐπινοεῖ ‖ τόπωι. Ὁ θεὸς ἔχρησε, αἰτήσασθ[α]ι ἐν τῶι το[ῦ] | Ἀπόλλωνος, τελεσθέντος δὲ τοῦ ναοῦ ἀνα|γραφῆμεν τό τε ψάφισμα καὶ τὸν χρησμὸν | καὶ τὰν ἔφοδον ἐστάλαν λιθί-
II ναν[9]. περὶ δὴ | τούτων δεδόχθαι τᾶι βουλᾶι, δεδόσθαι ‖ αὐτῶι
35 καθάπερ αἰτεῖται, εἴ κα [δό]ξηι | τᾶι ἐκκλησίαι.

7 Cum omnia huius generis nomina neutra sint, haud improbabiliter Be. ΤΟΝ errore pro ΤΟ incisum coniecit. 8 Hoc in lapide esse constat, etsi in tam recenti titulo id iure mireris. 9 Haec etiamtum oraculi esse apparet; a proximis demum verbis incipit apodosis populisciti, in qua τούτων et ad postulationem Timothei (ἀξιῶν δοθῆμεν κτλ. v. 7 sqq.) et ad oraculum qua illa nitebatur referenda sunt. Resumitur igitur hoc περὶ δὴ τούτων illud ὑπὲρ τᾶς ἐφόδου, quod v. 6 legitur, ut appareat infinitivum δεδόχθαι, cuius rationem Be. obscuram existimat, ab enuntiato regente totius decreti (ἔδοξε τᾶι βουλᾶι καὶ τῶι δάμωι — καὶ βουλᾶς γνώμα v. 4. 5) pendere.

---

556 Tabula marmoris Hymettii inventa Athenis in clivo occidentali arcis ad portam, quam detexit Beulé, ubi muro immissa fuit. Edd. Lolling Δελτίον ἀρχαιολογικόν 1888 p. 187. P. Foucart Bull. de corr. Hell. XIII (1889) p. 162 n. 3. Ex Lollingii apographo Koehler C. I. Att. IV, 2 p. 86 n. 314 *c* (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 587 n. 682).

Ἐπὶ ἱερείας Ἡγησιπόλης.
Ἐπ' Εὐθίου ἄρχοντος[1], ἐπὶ τῆς | Αἰαντίδος δωδεκάτης πρυ|τα-
5 νείας, ἧι Ναυσιμένης ‖ Ναυσικύδου Χολαργεὺς | ἐγραμμάτευεν,

Litterae volgares praeter Ξ, non dispositae στοιχηδόν. 1 Ol. 124, 1 (284/3 a. Chr.). Cf. n. 197[1].

Σκιροφοριῶ|νος ἕνηι καὶ νέαι· Καλλίας [Λυ]|σιμάχου Ἕρμειος
10 εἶπεν· ὅ[πω]|ς ἂν οἱ ἀστυνόμοι οἱ ἀεὶ λανχ[ά]||νοντες[2] ἐπιμέλειαν
ποιῶνται[ι] | τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀφροδίτης τῆς | Πανδήμου[3] κατὰ τὰ
πάτρια[4], τύ|χηι ἀγαθεῖ, δεδόχθαι τῆι βου|λῆι, τοὺς προέδρους
15 οἳ ἂν λάχω||σιν προεδρεύειν εἰς τὴν ἐπιο[δ]|σαν ἐκκλησίαν προσ-
αγαγεῖν τὸν | [ο]ἰκεῖον[5] τῆς ἱερείας καὶ χρηματίσαι | περὶ τού-
20 των, γνώμην δὲ ξυνβάλλε|[σ]θαι τῆς βουλῆς εἰς τὸν δῆμον ὅ||[τ]ι
δοκεῖ τῆι βουλῆι, τοὺς ἀστυνό|μους τοὺς ἀεὶ λαχόντας, ὅταν ᾖι |
ἡ πομπὴ τῆι Ἀφροδίτηι τεῖ Πανδή|μωι, παρασκευάζειν εἰς κά-
25 θαρσι[ν | τ]οῦ ἱεροῦ περιστεράν[6], καὶ περιαλε[ῖ||ψα]ι τοὺς βωμοὺς[7]
καὶ πιττῶσαι τὰς [ὀ|ροφάς[8]] καὶ λοῦσαι τὰ ἕδη[9], παρασκευ|[άσαι
δὲ κα]ὶ πορφύραν ὁλκὴν ΗΗ--|---------- τὰ ἐπὶ
τ----------

2 Cf. n. 500[6]. 3 Cf. Pauly-Wissowa Realencyclopaedie I, 2 p. 2733. Utrum eadem sit quae ἔφ' Ἱπολύτῳ vocatur an alia difficile est diiudicatu; Fouc. quidem distinguendas has deas opinatur. Cognomen Πάνδημος qui ad quaestum meretricum referunt ea potissimum re refelli mihi videntur, quod eadem ἐπίκλησις Athenis etiam aliis diis tribuebatur; cf. C. I. Att. III, 7, 18 [τ]οῦ Διὸς τοῦ Πανδή[μου]. Delubrum eo ipso loco fuit, ubi hic lapis inventus est. 4 Non cum Veneris potissimum sacris nescio qua necessitudo intercedebat astynomis, sed in universum aedificia publica, inter quae etiam templa sacrorum publicorum habenda sunt, curabant. At Veneris πανδήμου templum tum prae aliis ea cura opus habuisse videtur. 5 Mulieri non licebat in comitia prodire, sed si nupta erat, maritus, sin minus, proximus agnatus (κύριος) pro ea cum populo agere debebat. Manifestum igitur est, aut virginem aut, quod probabilius existimaverim, viduam tum illo sacerdotio functam esse. Fouc. 6 Plerumque porco lustrari (n. 587, 120: [τῶι κα]θήραντι τὴν Ῥαρίαν, χοίρο[υ] τιμή. v. 126: χοῖροι δύο καθῆ[ραι τὸ ἱερ]ὸ[ν τὸ Ἐλ]ευσῖν[ι]), sed Veneri hoc animal minus gratum fuisse, qua de causa hic avem, quae deae in deliciis esset, eius locum tenere observavit Fouc. Cf. Aristoph. Ach. 793: ἀλλ' οὐχὶ χοῖρος τἀφροδίτῃ θύεται, quod etsi non sine exceptione verum est, tamen sine dubio multis locis ita res se habebat. 7 Cf. n. 587, 140: τὸν βωμὸν τοῦ Πλούτωνος περιαλεῖψαι καὶ κονιᾶσαι καὶ λευκῶσαι. F. 8 Cf. n. 587, 174: πίττης κεράμια πέντε ἀλεῖψαι τὰς ὀροφὰς τοῦ Ἐλευσινίου τοῦ [ἐν] ἄστει καὶ τὰς θύρας. v. 184: τοῖς πιττοκοποῦσιν τὰς ὀροφάς. v. 185: μισθωτεῖ τῷ ἀλείψαντι τὰς ὀροφὰς τῇ πίττῃ. F. 9 Pluralem F. eo rettulit, quod duo certe simulacra, alterum Ἀφροδίτης Πανδήμου, alterum Πειθοῦς, in illo templo fuisse appareret ex Pausania I, 22, 3: Ἀφροδίτην δὲ τὴν Πάνδημον, ἐπεί τε Ἀθηναίους Θησεὺς ἐς μίαν ἤγαγεν ἀπὸ τῶν δήμων πόλιν, αὐτήν τε σέβεσθαι καὶ Πειθὼ κατέστησε. τὰ μὲν δὴ παλαιὰ ἀγάλματα οὐκ ἦν ἐπ' ἐμοῦ, τὰ δὲ ἐπ' ἐμοῦ τεχνιτῶν ἦν οὐ τῶν ἀφανεστάτων.

557 Tabula marmoris caerulei, in colle iuxta fontem *Perdikovrysi*, qui est prope delubrum Apollinis Ptoi Acraephiense. Edd. M. Holleaux Bull. de corr. Hell. XIV (1890) p. 19 n. 10 (W. Dittenberger I. G. Sept. I, 4135—4137).

I ----------ς πορευομε[ν ----------
----------]ιας καὶ ὡς ἂν ἡ πανήγυ[ρις[1] ----------
-- | ----------] ἀκολούθοις καὶ ἃ ἂν ἔχωσι----------
--- | ------- ἐὰν δέ τις [παρὰ] ταῦτα ἄγηι τινὰ ἢ ῥυ[σιάζηι, ||
5 ὑπ]όδικος ἔστω ἐν Ἀμφικτύοσιν[2]. εἶναι δὲ καὶ ἄσυ|λον τὸ ἱερὸν
τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πτωΐου τὸ ἐν Ἀκραιφίοις, ὡς ἂν | αἱ στῆλαι
ὁρίζωσι, καθάπερ τὸ ἐν Δελφοῖς. τὴν δὲ λοιπὴν χώ|ραν τὴν
ἱεράν[3] τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πτωΐου μὴ ἀδικεῖν μηδένα· | ἐὰν δέ
10 τις ἀδικῆι, ὑπόδικος ἔστω ἐν Ἀμφικτύοσιν. τῆς δὲ || ἐκεχειρίας[4]
καὶ τῆς ἀσφαλείας ἄρχειν τὴν πεντεκαιδεκά|την τοῦ Ἱπποδρομίου μηνὸς[5] κατὰ θεόν, ὡς Βοιωτοὶ ἄγουσιν, | ὡς δὲ [Δ]ελφοὶ Ἀπελλαίου[6]. κυρίους δ' εἶναι οἰκονομοῦντας | τὰ κατὰ τὸ ἱερὸν τόν τε προφήτην[7] καὶ τὸν ἱερέα τοῦ Ἀπόλλω|νος τοῦ Πτωΐου

Litterae volgares praeter Ο minoris quam reliquae mensurae, non dispositae στοιχηδόν. Primum locum tenebat decretum Amphictionum (I v. 1—26), cuius prior pars quae intercidit ad Ptoïorum certamina instituenda spectabat (not. 1. 10), altera ad asyliam delubri confirmandam, quae duae res etiam alias haud infrequenter coniunctim peragi solebant (cf. n. 295, 8 sqq.). Sequitur responsum oraculi Lebadensis a Calliclida Opuntio consulti de Lebadensium et Acraephiensium oppidis consecrandis (II v. 27—34), denique subiungitur dedicatio Capilli Stratonis f. Larymnensis (III v. 35—40). Haec tria instrumenta nullam aliam habent inter se necessitudinem, nisi quod omnia, alia ex parte alia integra, ad sacra Apollinis Ptoii Acraephiensia spectant. 1 Sc. τῶν Πτωΐων. 2 Cf. n. 295, 19 sq.: καὶ μηθὲν [ἄ]γειν μηδὲ ῥυσ[ιάζειν τινὰ ἐ]ντὸς τῶν ὁρίων· εἰ δέ τίς κα ἄγῃ ἢ ῥυσιάξῃ ἢ ἀποβιάξαιτο ἢ διεγγυάσῃ, ὑπόδικον εἶμεν ἐν τοῖ[ς συνέδρ]οις. H. 3 Praeter aream cum templo alii fundi fuerunt, qui ipsi quoque in dominio dei erant, sed asyliae iure carebant quia loco consecrato non continebantur. 4 Cf. n. 646, 56 sqq. 5 Septimus anni Boeotici a bruma incipientis mensis, respondens fere Iulio Romanorum. 6 Cf. n. 438[4. 53]. 7 Cf. Strabo IX, 2, 34 p. 413 Cas.: τὸ δὲ Τηνερικὸν πεδίον ἀπὸ Τηνέρου προσηγόρευται· μυθεύεται δ' Ἀπόλλωνος υἱὸς ἐκ Μελίας, προφήτης τοῦ μαντείου κατὰ τὸ Πτῷον ὄρος. Herodot. VIII, 135: τὸν πρόμαντιν (ἐν τῷ τεμένει τοῦ Πτῴου Ἀπόλλωνος) βαρβάρῳ γλώσσῃ χρᾶν. Plutarch. de def. orac. 5 p. 412 A: ὁ μὲν οὖν τοῦ Πτῴου μαντείου προφήτης, φωνῇ Αἰολίδι χρώμενος τὸ πρὸ τοῦ, τότε τῇ τῶν βαρβάρων χρησμὸν ἐξήνεγκεν. Bull. corr. Hell. XIV p. 1 n. 1, 3: Θεοδώρω προφατεύο[ντος]. p. 53 n. 14, 3: ὅ τε προφή[τ]ης τοῦ Ἀ[πόλλω]νος Πυθίων Ἀθανίου. Holl.

15 καὶ τὴν πόλιν τῶν Ἀκραιφιέων καὶ τὸ κοινὸν ‖ τῶν Βοιωτῶν, καθὼς καὶ ἔνπροσθεν, καὶ τὸν ἀγωνοθέτην[8] | τὸν εἰρημένον[9] ἐπὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Πτωΐων[10]. ἀναγράψαι δε τὸ ψή|φισμα ἐν στήλαις Πτωϊοκλῆν Ποταμοδώρου[11] καὶ ἀναθεῖναι | τὴμ μὲν ἐν Δελφοῖς ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Ἀπόλλωνος, τὴν δ' ἐν Ἀ|κραιφίοις ἐν
20 τῶι ἱερῶι τοῦ Πτωΐου, τὴν δὲ ἐμ Πυλαίαι[12], ἀναθεῖ‖ναι δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἱερῶν ὅπου ἂν δοκῆι ἐν καλλίστωι εἶν|αι. ἐὰν δέ τι γίνηται ἀδίκημα παρὰ τὸ δόγμα τῶν Ἀμφικτυ|όνων, ἀποτεισάτω ὁ ἀδικῶν δισχιλίους στατῆρας καὶ δ | ἂν καταβλάψηι, τὰ δὲ καταδικασθέντα χρήματα ἱερὰ ἔσ|τω τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πτωΐου.
25 ἀνενενκεῖν δὲ τὸ δόγμα τοὺς ‖ ἱερομνήμονας ἐπὶ τὰς πόλεις καὶ τὰ ἔθνη τὰ ἴδια, ὅπως εἰδῶ|σιν πάντες τὰ δεδογμένα τοῖς Ἀμφικτύοσιν.

II Καλλικλίδας Λοκρὸς ἐσς Ὀπόεντος καταβὰς ἐν Τρεφώ|νιον ἀνάνγειλε Λεπάδειαν[13] τοῖ Δὶ τοῖ Βασιλεῖι ἀνθέμεν[14] | κὴ τοῖ Τρεφωνίοι, κὴ Ἀκρήφια τοῖ Ἀπόλλωνι τοῖ Πτωΐυ, κὴ μεὶ ‖
30 ἀδικῖμεν μειδένα οὕτως[15]. οὕτως δὲ ἀγιρέμεν ἀμφοτέ|ρως[16] τὰ ἱαρὰ χρείματα κυνῆ ἐφ' οὐγίη κατὰ πᾶσαν χώ|ραν, κὴ τὸν

8 Ptoiorum agonotheta etiam in aliis titulis Acraephiensibus recensetur; cf. I. G. Sept. I, 4138, 8. 4147, 1. 9 Cf. n. 152 12. 10 Cum de propheta, sacerdote, civitate Acraephiensium, communi Boeotorum definite enuntietur, iam antiquitus ita institutum fuisse (καθὼς καὶ ἔνπροσθεν), unus agonotheta Ptoiorum nunc demum accedit. Nempe tum demum institutae sunt hae feriae, qua de re initium decreti, quod periit, sine dubio accuratiora habebat. Alii tituli eodem loco inventi ad eandem rem spectant. Cf. I. G. Sept. I, 4138, 2 sqq.: [ἐ]πειδὴ παραγενόμενοι πρεσβευταὶ π[αρὰ τῆς] πόλεως Ἀκραιφιέων — οἱ δ' αὐτοὶ καὶ θεωροὶ — παρε[κ]άλουν τε Ὀρχομενίους ἀπο[δέ-ξασθαι] τήν τε θυσίαν καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Πτωΐων [δν] τ[ι]θέ[α]σιν Ἀκραιφιεῖς [πε]ντέ[τειρον] τῷ Ἀπόλλ[ωνι τῷ] Πτωΐῳ στεφανίτην θ[υμ]ελικόν. 4139, 7 sqq. 4140, 1. 4141, 1. 4142, 8 sqq. 4144, 6 sqq. Quibus in titulis quod passim legitur καθὼς καὶ πρότερον, id manifesto ad θυσίαν et ἐκεχειρίαν modo spectat, non ad ἀγῶνα τῶν Πτωΐων. 11 Videtur hic legatus ad Amphictionas missus hoc decretum impetrasse; nam si muneris nescio cuius publici officio haec cura contineretur, eius significatio sine dubio addita esset nomini. 12 Suburbium Delphorum ubi conventus Amphictyonum, qui ipsi quoque πυλαῖαι vocabuntur, haberi solebant. Cf. K. Bursian Geographie von Griechenland I p. 179 sq. 13 Scriptura per tenuem etiam alibi nonnunquam occurrit. Cf. n. 268, 168 Λεπαδεῖς. I. G. Sept. I, 2724, 7 Λεπαδειήω. 14 Hae totarum urbium consecrationes vanam quandam pietatis iactationem habebant; neque enim serio quicquam ea re in iure et condicione earum mutabatur. 15 Adverbium respicere videtur ad illud ἀνθέμεν, ut sit ὡς ἀνακειμένων τῶν πόλεων τοῖς θεοῖς. 16 Acraephienses et Lebadenses.

ἀγῶνα[17] ἱαρὸν καταγγελλέμεν. ὅστις δέ κα τῶ | Διὸς τῶ Βασι-
λεῖος ἐπιμελειθείει τῶ ναῶ, τὸν στέφανον | ὕσετη.
III ------ένιος ἄρχοντος, πολεμαρχιόντων Νικαρίστω Δεξα-
35 ρίω|[νος[18], ----------] Αἰο[λί]ωνος, Ἀπολλοδώρω Θιογίτονος,
γραμματίδοντος | [------- Ὀλυμ]πίχω, Κάπιλλος Στράτωνος
Ληρουμνεὺς[19] ἀνέθεικε | [τῶ Ἀπόλλωνι τῶ Πτ]ωΐῳ χαλκῶ δρα-
χμὰς πετρακισχιλίας ἑπτακατίας | [------- χαριστ]είριον, καθὼς
40 ἐμέριξε ὁ κλαρονόμος[20] κὰτ τὰν ‖ [διαθείκαν ----τῶ Διων]ουσίω.

---

17 Cum de duobus deis itemque de duobus oppidis dicatur, singularis mirus videtur, nisi statuas Basileis Lebadensium sublatis Ptoia ambarum civitatium communia facta esse. At eius rei in reliquis eiusdem argumenti titulis (not. 10) ne levissimum quidem exstat vestigium. Titulum prope Coroneam inventum I. G. Sept. I, 2871, 1 ἄρχοντος ἐν Ἀκραιφίοις eo spectare vix crediderim. 18 Supplevit H. Cave Δεξαρίω integrum adiectivum patronymicum existimes; nam huius tituli aetate genetivus iam illam antiquiorem paternae originis significationem expulerat. 19 Vocalem η, quae apud Boeotos inde a quarto a. Chr. n. saeculo in diphthongi αι locum successerat, hic manifesto contractione ex αε nata est, siquidem de nomine ex λᾶς et ἐρυμνός composito eo minus dubitari licet, quia significatio loci naturae accommodatissima est. Cf. K. Bursian Geogr. von Griechenland I p. 192. 20 Ex Capilli Stratonis f. Larymnensis testamento heredem, cuius nomen v. 40 intercidisset, summam pecuniae dedicasse statuit H. At nullo modo testator secundum pensionem aut divisionem ab herede factam (καθὼς ἐμέριξε ὁ κλαρονόμος) aliquid dedicasse dici potuit, sed vice versa heres ex mandato testatoris. Quare quin v. 40 ante [τῶ Διον]υσίω nomen genetivo casu a διαθείκαν pendens interciderit, nullus dubio. Sane ita praeter hunc Dionysii filium, cuius ex testamento dedicatio facta est, duo etiam homines distinguendi sunt, Capillus qui dedicavit (v. 37) et κλαρονόμος ille v. 39. Quem si heredem interpretabimur, neque cur non ipse heres dedicet neque cur eius nomen taceatur facile assequaris. Quare etsi me non fugit quam lubricum sit voci frequentissimae significationem nullo alio exemplo probatam tribuere, tamen nescio an hic κλαρονόμος intellegendus sit is, cuius officium est hereditatem inter heredes dividere (νέμειν τὸν κλῆρον), sive is magistratus publicus est sive homo cui testatoris voluntate hoc negotium mandatum est.

---

558 Tabula marmoris Pentelici inventa Athenis inter theatrum Bacchi et odeum Herodis Attici. Edd. Kumanudis Ἀθηναίου V p. 104. Koehler C. I. Att. II 489*b* (Add. p. 419). Cf. quae de titulo disputavit idem Mitth. des arch. Inst. in Athen II (1877) p. 174 sqq. 253 (Syll.[1] 356. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 594 n. 690).

Ἀγαθῆι τύχῃ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων. ἐπὶ Λυ|σάνδρου τοῦ Ἀπολήξιδος ἄρχοντος[1], ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος | δωδεκάτης πρυτανείας ᾗ Γάϊος Γαΐου Ἁλαιεὺς ἐγρα(μ)μά|τευεν[2],
5 Σκιροφοριῶνος ὀγδόηι μετ' (ε)ἰκάδας[3], τρίτηι καὶ εἰκοστῇ ‖ τῆς πρυτανείας, βουλὴ ἐν βουλευτηρίωι· τῶν προέδρων | ἐπεψήφιζεν Θεάνγελος Θεανγέλου Αἰθαλίδης καὶ συν|πρόεδροι· ἔδοξεν τῇ βουλῇ· Μενίσκος Φιλοκλέους Κολω⟨ι⟩|νῆθεν εἶπεν· ἐπειδὴ πρόσοδον ποιησάμενος πρὸς τὴν | βουλὴν ὁ εἰληχὼς ἱερεὺς Ἀσκλη-
10 πιοῦ καὶ Ὑγιείας εἰς τὸν με‖τὰ Λύσανδρον ἄρχοντα ἐνιαυτὸν Διοκλῆς Διοκλέους Κηφι|σιεὺς νεώτερος ἐνφανίζει τὰ θυρώματα διεφθάρθαι τῆς πρό|τερον οὔσης εἰς τὸ ἱερὸν εἰσόδου[4], ὁμοίως δὲ καὶ τ(ὴ)ν[5] ὀπίσω | τοῦ προπύλου στέγην[6], ἔτι δὲ καὶ τὸν ναὸν τοῦ ἀρχαίου ⟨ου⟩ ἀφι|δρύματος[7] τοῦ τε Ἀσκληπιοῦ καὶ τῆς
15 Ὑγιείας, καὶ διὰ τοῦτο παρα‖καλεῖ τὴν βουλὴν ἐπιχωρῆσαι ἑατῶι[8] κατασκευάσαντι ἐκ τῶν | ἰδίων θυρῶσαι τὸ ἀρχαῖον πρόπυλον, στεγάσαι δὲ καὶ τοῦ | προπύλου τὸ ὀπίσω⟨ι⟩ μέρος καὶ τὸν ναὸν τὸν ἀπέναντι τῆ[ς] | εἰσόδου, χά[ρ]ιν τοῦ τὴν ἀρχαίαν ἀποδοθῆναι τῶι ἱερῶι τάξιν· ἀγαθῇ | τύχῃ, δεδόχθαι τῇ βουλῆι,

---

Litterae ΑΖΘΞΠΣ. 1 Huius archontis annum ignoramus; sed alteri parti primi a. Chr. saeculi titulum tribuit Koehler, monens priorem esse vix posse propter iota mutum non modo nonnunquam omissum, sed etiam sexiens perperam additum, cuius rei antiquissimum quod Athenis exstet exemplum esse plebiscitum C. I. Att. II 482 inter annos 39 et 32 a. Chr. incisum. Recentior vero Augusti aetate esse nequit, quia tum sacerdos Aesculapii, qui hic etiamtum annuus est, ad vitae tempus creari coepit (Koehler Mitth. II p. 255); cf. not. 8. 9. 2 ΕΓΡΑΝΜΑ. 3 Duodetrigesimum (non ut Usenero visum est vigesimum alterum) mensis diem significari existimo; cf. 205[2]. Mensis et prytaniae dierum numerus quo modo inter se conciliari possint sane obscurum est. 4 Ex tribus partibus spatii quod est inter theatrum Bacchi et odeum Herodis eam quae maxime ad orientem spectaret et theatrum Bacchi attingeret, Aesculapii peribolum esse Koehlerus demonstravit. Qui peribolus duo habebat templa, antiquius et recentius, et duas portas in muro exteriore, quae eis respondebant. Antiquioris templi parietinae inventae sunt in occidentali periboli parte, recentius orientem versus propius theatrum, ubi sunt rudera ecclesiae christianae, fuisse demonstrat Koe. 5 ΤΟΝ. 6 Exstant vestigia muri qui ab occidentali parte terminabat peribolum Aesculapii; in eo e regione templi antiquioris porta conspicua est, a qua murus introrsus ductus erat templum versus. Hic sine dubio restat ex vestibulo tecto quod portae adiunctum erat (ἡ ὀπίσω τοῦ προπύλου στέγη). Koehler p. 237. 253. 7 ἀφίδρυμα dicitur, quia Aesculapii sacra Epidauro Athenas translata erant. 8 De hac scriptura Augusti potissimum aetate frequentata cf. 351[2].

20 ἐπικεχωρῆσθαι Διοκλῆι Διοκλέους Κηφι‖σιεῖ νεωτέρωι ποιήσασθαι τὴν ἀνάθεσιν τῶν θυρωμάτων | καὶ στεγάσαι τοῦ προπύλου τὸ ὀπίσω⟨ι⟩ μέρος, κατασκευάσα[ι] | δὲ καὶ τὸν ἀρχαῖον (ναὸν) καθάπερ παρακαλεῖ, καὶ ποιήσασθαι τὴν ἐπ[ι]‖γραφὴν ἐπὶ μὲν τῶν θυρῶν καὶ τῆς στέγης τήνδε· Ἁ Διοκλῆ[ς] | Διοκλέους
25 Κηφισιεὺς νεώτερος, ἱερεὺς γενόμενος ἐν τῶι ἐ‖πὶ Λυσιάδου ἄρχοντος[9] ἐνιαυτῶι, τὰ θυρώματα καὶ τὴν ὀπίσω⟨ι⟩ | τοῦ προπύλου στέγην Ἀσκληπιῶι καὶ Ὑγιείᾳ καὶ τῶι δήμωι | ἀνέθηκεν᾽, ἐπὶ δὲ τοῦ ναοῦ ὁμοίως· Ἁ Διοκλῆς Διοκλέους Κη|φισιεὺς νεώ⟨ι⟩τερος, ἱερεὺς γενόμενος ἐν τῶι ἐπὶ Λυσιάδου | ἄρχοντος ἐνιαυ-
30 τῶι, τὸν ναὸν κατασκευάσας ἐκ τῶν ἰδί‖ων Ἀσκληπιῶι καὶ Ὑγιείᾳ καὶ τῶι (δήμῳ) ἀνέθηκεν᾽, ἵνα τούτων συν|τελουμένων εὐσεβῶς μ(ὲ)ν (τ)ῇ βουλῆι[10] τὰ πρὸς τὸ θεῖον ἔχη[ι,] | γίνωνται δὲ καὶ ἕτεροι ζηλω⟨ι⟩ταὶ τῶν ὁμοίων.

9 Nomina Λύσανδρος et Λυσιάδης se excipiunt in indice archontum C. I. Att. III 1014, cuius aetas sane nondum accuratius definita est. Lysandro annum 32/1, Lysiadi 31/30 a. Chr. tribuit V. von Schoeffer ap. Pauly-Wissowa Realencyclopaedie II, 1 p. 592. 10 ΜΝΕΗΒΟΥΛΗΙ.

559 Tabula marmoris leucophaei inventa Deli. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 318 n. 4.

Θεόφιλος Θεοφίλου | Ἀντιοχεὺς[1] μελανηφόρος[2] | τὴν κονίασιν |
5 τοῦ παστοφορίου[3] ‖ καὶ τὴν γραφὴν τῶν τε | τοίχων καὶ τῆς

Litterae volgares praeter ΑΠΣ. Plane geminus titulus est in lapide item Deli invento, sed Veronam in museum translato, quem post alios edidit Boeckh C. I. G. 2297. 1 Cum manifesto Deli Atticae (post 167 a. Chr., cf. v. 14) sit lapis, antiquiores partim pagum Atticum Antiochiam hic deprehendere sibi visi sunt. Sed eum ficticium esse probavit Boe. Fuit igitur Theophilus ex aliqua earum urbium oriundus, quibus Antiochia nomen erat. Ac quia nulla additur accuratior definitio, de Antiochia ad Daphnen omnium nobilissima cogitare proclive est. 2 Hi etiam in aliis titulis Deliacis ad deorum Aegyptiorum sacra spectantibus sunt, velut C. I. G. 2294 Ἴσι [Κ]τήσιππος [Κ]τησίππου Χῖος [με]λανηφόρος et infra n. 766, 7, homines qui nigris vestibus induti deorum Aegyptiorum sacris intererant. ἡ σύνοδος ἡ τῶν μελανηφόρων est in titulo Delio Ἀθηναίου II p. 134 (Bullettino dell' Inst. arch. Rom. 1874 p. 105). 3 Aedificium intra sacrum peribolum, ubi habitabant παστοφόροι, de quibus cf. Diodor. I, 29, 4: τά τε περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς ἀρχαιότητας ὡσαύτως ἔχειν Ἀθηναίους καὶ τοὺς Αἰγυπτίους· τοὺς μὲν γὰρ Εὐμολπίδας ἀπὸ τῶν κατ' Αἴγυπτον ἱερέων μετενηνέχθαι, τοὺς δὲ Κήρυκας ἀπὸ

ὀροφῆς | καὶ τὴν ἔγκαυσιν τῶν θυρῶν | καὶ τοὺς προμόχθους[4] |
10 τοὺς ἐν τοῖς τοίχοις ‖ καὶ τὰς ἐπ' αὐτοῖς σανίδας | ἀνέθηκεν
Σαράπιδι, Ἴσιδι, | Ἀνούβιδι, Ἁρποχράτει[5], | ἐπὶ ἱερέως Σελεύ-
κου | τοῦ Ἀνδρονίκου Ῥαμνουσίου[6].

τῶν παστοφόρων, ubi Wesselingius alia testimonia ascripsit. Manifesto ministri sunt sacerdotibus subditi. 4 Mutuli, i. e. trabes aut lapides quorum capitibus ex muro prominentibus imponuntur tabulae (σανίδες). Boe. 5 Haec scriptura, quae etiam in aliis inscriptionibus Graecis invenitur (Ἁρποχράτᾳ in titulo Larisaeo Hermae XXVI p. 150. Ἁρποχράτει Ἀθηναίου II p. 134. Bull. de corr. Hell. VI p. 317 n. 1, 2. p. 320 n. 7, 4. p. 322 n. 10, 4. p. 323 n. 12, 5. VII p. 368 n. 18, 7) proxime accedit ad Aegyptiacam *Ḥarpechrat* (Cf. E. Meyer ap. Roscher Lexikon der gr. u. r. Mythologie I, 2 p. 2746). Sed studio hoc nomen innumeris illis Graecis quae in -κράτης cadunt assimilandi aspiratio aut in proximam syllabam translata (Ἁρφοκράτης n. 764, 2. Bull. de corr. Hell. VI p. 317 n. 2, 3. p. 318 n. 3, 7. p. 320 n. 5, 6. n. 6, 9. p. 328 n. 22, 4) aut omnino sublata est; qua forma (Ἁρποκράτης) etsi in titulis vix multo frequentior est illis duabus, scriptorum consuetudinem secuti nos volgo utimur. 6 Huius sacerdotis etiam alia monumenta Delia mentionem faciunt. Cf. Bull. de corr. Hell. VI p. 328 n. 15, 3 ἐπὶ ἱερέως Σελεύκου τοῦ Ἀνδρονίκου Ῥαμνουσίου. p. 339 n. 42, 1 Σέλευκος Ἀνδρονίκου Ῥαμνούσιος ἱερεὺς γενόμενος ὑπὲρ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων Ισιδι Ὑγι[ε]ίαι.

---

560 Ialysi. Ed. C. T. Newton Transactions of the Royal Society of Literature XI p. 442 (U. v. Wilamowitz-Möllendorff Hermae XIV p. 457. E. Biliotti l'île de Rhodes 1881 p. 388 sqq. G. Curtius Leipziger Studien IV p. 316. Syll.[1] 357. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 p. 117 n. 177). C. T. Newton Greek inscriptions in the British Museum II p. 122 n. CCCXLIX. Ex ectypo chartaceo ab A. S. Murrayo accepto F. Hiller von Gaertringen I. G. ins. maris Aegaei I p. 96 n. 677 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 323 n. 434).

Ἔδοξε τοῖς μαστροῖς[1] καὶ Ἰαλυσίοις· | Στρατῆς Ἀλκιμέδοντος
εἶπε· | ὅπως τὸ ἱερὸν καὶ τὸ τέμενος | τᾶς Ἀλεκτρώνας[2] εὐαγῆ-

Litterae volgares; ⊙ et O reliquis minores. 1 Cf. 449[4]. 2 Solis et Rhodi nymphae filia, quam Diodorus V, 56, 5 cum virgo mortua esset divinis honoribus a Rhodiis affectam narrat. N. Apud Diodorum sane Ἠλεκτρυώνη scribitur. Sed eam nominis formam ex quadrisyllaba illa detortam esse W. acutissime demonstravit ex Hesiod. scut. 3. 16, ubi pro Ἠλεκτρύωνος et Ἠλεκτρυώνης versum ipsum arguere Ἠλέκτρωνος et Ἠλεκτρώνης fuisse. Neque

5 ται κα‖τὰ τὰ πάτρια, ἐπιμεληθήμειν[3] | τοὺς ἱεροταμίας[4], ὅπως
στᾶλαι | ἐργασθέωντι τρεῖς λίθου Λαρτ[ί]‖ου[5] καὶ ἀναγραφῆι ἐς
10 τὰς στάλα|ς τό τε ψάφισμα τόδε καὶ ἃ οὐχ ὅ‖σιόν ἐντι ἐκ τῶν
νόμων ἐσφέ|ρειν οὐδὲ ἐσοδοιπορεῖν ἐς τὸ τέ|μενος καὶ τὰ ἐπι-
τίμια τῶ[ι] πράσ|σοντι παρὰ τὸν νόμον· θέμειν δὲ | τὰς στάλας
15 μίαμ μὲν ἐπὶ τᾶς ἐσό‖δου τᾶς ἐκ πόλιος ποτιπορευομέ|νοις, μίαν
δὲ ὑπὲρ τὸ ἱστιατόριον[6], | ἄλλαν δὲ ἐπὶ τᾶς καταβάσιος τᾶ[ς] |
ἐξ Ἀχαΐας[7] πόλιος.

20 Νόμος ἃ οὐχ ὅσιον ἐσίμειν οὐδὲ ‖ ἐσφέρειν ἐς τὸ ἱερὸν καὶ
τὸ τέ|μενος τᾶς Ἀλεκτρώνας· Μὴ ἐσί|τω ἵππος, ὄνος, ἡμίονος,
γῖνος[8], | μηδὲ ἄλλο λόφουρον μηθέν, μη|δὲ ἐσαγέτω εἰς τὸ
25 τέμενος μη‖θεὶς τούτων μηθέν, μηδὲ ὑποδή|ματα ἐσφερέτω[9]
μηδὲ ὅειον μη|θέν. ὅτι δέ κά τις παρὰ τὸν νόμον | ποιήσηι, τό
30 τε ἱερὸν καὶ τὸ τέμενος | καθαιρέτω καὶ ἐπιρεζέτω, ἢ ἔνο‖χος
ἔστω τᾶι ἀσεβείαι. εἰ δέ κα | πρόβατα ἐσβάλῃι, ἀποτεισάτω

Alcmenam Electryonis filiam, de qua illic dicitur, aliam esse ac Rhodiam illam. Dorienses enim cum cultum huius heroinae in insula invenissent, eam composuisse cum Herculis matre, cuius ex cognomine demum patris Ἠλεκτρώνος nomen confictum esse. Antiquissimam sane esse corruptelam versuum Hesiodeorum, quippe quam iam Euripides (Alc. 851) in suo exemplari invenisset. 3 Cf. n. 323 7. 4 Cf. 426, 19 sqq., unde apparet ἱεροταμίας praeter curam pecuniarum sacrarum etiam alia negotia ad cultum deorum spectantia gessisse. 5 λάρτου N. Supplevit W. ex duobus aliis titulis Rhodiis ab ipso Newtono allatis (n. 270, 22. I. Gr. mar. Aeg. I p. 2 n. 2, 7). Λάρτος sive Λάρδος hodie quoque vocatur promunturium et vicus prope Lindum; eo quin recte C. Schumacher Mus. Rhen. XLI p. 628 retulerit λίθου Λαρτίου nomen dubium non est, siquidem illic invenitur lapis calcarius caeruleus ex quo pleraque monumenta inscripta arcis Lindiorum et haud pauca aliorum insulae Rhodi locorum constant. 6 Cf. Hesych. ἱστιατόρια· δειπνητήριον. Notiores sunt eiusdem verbi formae Attica ἑστιατόριον et Ionica ἱστιητόριον (Herod. IV, 35). 7 Newtonus attulit duorum scriptorum Rhodiorum testimonia de hoc oppido, Zenonis apud Diodorum V, 57, 6 et Ergiae apud Athenaeum VIII 360 e. Ipsam Ialysi arcem, quae hodie Ὀχύρωμα vocatur, antiquitus Ἀχαΐαν vocatam existimant N. et Hi., negant Wil. aliique. 8 De huius animalis natura et origine mira et inter se pugnantia narrat Aristoteles (Hist. an. VII, 24, 577 b, 25 sqq. οἱ καλούμενοι γίννοι γίνονται ἐξ ἵππου, ὅταν νοσήσῃ ἐν τῇ κυήσει. de gen. an. II, 7, 748 b, 34 καὶ γὰρ ἐκ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ὄνου γίνονται γίννοι, ὅταν νοσήσῃ τὸ κύημα ἐν τῇ ὑστέρᾳ. hist. an. VII, 24, 577 b, 20 ἤδη ἐγένετο γίννος, ὅταν (ὁ ὀρεὺς) ἀναβῇ ἐφ' ἵππον θήλειαν). De Ligurum terra Strabo IV, 6, 2 p. 202 Cas. haec habet: ἐντεῦθεν δέ εἰσιν οἱ γίννοι λεγόμενοι ἵπποι τε καὶ ἡμίονοι. 9 Cf. n. 653, 15. 22.

ὑ|πὲρ ἑκάστου προβάτου ὀβολὸν | ὁ ἐσβαλών. ποταγγελλέτω δὲ | τὸν τούτων τι ποιεῦντα ὁ χρήι|ζων ἐς τοὺς μαστρούς.

---

561 Marmor Cnido in museum Britannicum illatum. Edd. C. F. Newton Discoveries at Halicarnassus, Cnidus and Branchidae p. 753, tab. XCII n. 36. Ex hoc exemplo et ectypo a C. Smithio accepto F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III, 4, 1 p. 221 n. 3500. Ex ipso lapide G. Hirschfeld Greek Inscriptions in the British Museum IV, 1 p. 1 n. DCCLXXXVI (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 334 n. 450). Cf. quae adnotavit A. Wilhelm Gött. gel. Anz. 1898 n. 3 p. 234.

Ἔδοξε Κνιδίοι[ς, γν]||ώμα προστατ[ᾶν[1]·] | περὶ ὧν τοὶ Βάκ[χοι[2]] | ἐπῆλθον, ὅπω[ς] || ἁγνεύηται τ[ὸ ἱαρὸ]|ν τοῦ Διονύσ[ου το]|ῦ Βάκχου[3], μὴ ἐ[ξῆ|μ]εν καταλύε[ν[4] ἐν | τῶ]ι ἱαρῶι τῶμ [Βάκ||χων μ]ηδένα μη[δ'[5] . . . | μηδ]ένα μη[δὲ ποι|μαίνε]ν[6]. εἰ δέ [κα μὴ | ἁγνε]ύη[ται[7] τὸ ἱαρόν, -----]

Litterae volgares praeter ΞΥ accurate incisae. 1 Cf. n. 512[17]. 2 Sacerdotes Bacchi interpretatur Hi., sed non video quid impediat quominus hic vocem volgari vi de collegio cultorum dei intellegamus. 3 Bacchi sacra apud Cnidios testantur nummi principatus tempore cusi (Eckhel D. N. III p. 580. Head Hist. numm. p. 525) et tituli in quibus Dionysiorum feriae commemorantur (Bull. de corr. Hell. VII p. 485 n. 3, 4. Greek inscript. in the British Museum IV, 1 p. 4 n. DCCLXXXVIII, 10. 16). 4 Vocem intransitive usurpatam divertendi vel commorandi vi apparet. 5 Hic infinitivum fuisse, pendentem illum quidem ab ἐ[ξῆμ]εν aeque ac καταλύε[ν] perspexit Wi., sed verbum spatio perexiguo accommodatum ut invenirem non contigit. [μ]ηδένα μη[δὲν ἢ μηδ]ένα μη[δὲν ἀποφέρε]ν Becht., quem errasse quod καταλύεν pro verbo transitivo habuisset, itemque ἢ ab hoc loco alienum esse observavit Wi. 6 Supplevi; cf. not. 5. 7 Hic vocis [ἁμ]ύη[τος] relliquias deprehendere sibi visus est Hi. coll. n. 653, 36. Sed probabilior est Bechtelii opinio, [ἁγνε]ύη[ται] fuisse. Vocabula μὴ et τὸ ἱαρὸν addidi sumens hinc incipere poenarum eis qui legem hanc neglexissent propositarum indicem.

---

562 Lapiis non laevigatus, inventus in vico *Sfaka* prope Elateam qua Opunta itur, translatus in museum vici *Drachmani*. Ex ectypo chartaceo, quod confecerat J. Bilco, ed. P. Foucart Bull. de corr. Hell. VIII (1884) p. 216 (F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften II p. 70 n. 1531. E. S. Roberts Introduction to Greek

Epigraphy I p. 232 n. 229 *bis*). Ex Lollingii apographo W. Dittenberger I. G. Sept. III, 129 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 610 n. 703).

5 Ἐν τοῖ ϝα|νακείοι[1] | θύοντα | σκανῆν[2]· ‖ γυναῖκα | μὲ παρίμε[ν].

Litteratura nondum Ionica, sed praeter ΝΡΥ nullis antiquioribus litterarum formis insignis (ΘΣ), aetatem fine saeculi a. Chr. n. quinto non multo priorem indicare videtur. 1 Producta vocali hos dativos pronuntiandos esse B. iure inde colligit quod in antiquissimo qui ο et ω scriptura distinguat illarum regionum titulo C. I. G. 1688 (C. I. Att. II, 545) is casus semper in -ωι cadat. 2 Utrum σκανῆν an σκανεῖν legendum sit latet, etsi illud quidem probabilius est. Utique praestat referre ad σκηνέω quam ad dubiae fidei verbum σκηνάω cuius infinitivus sane apud Phocenses item in -ῆν exire poterat. De tentoriis quibus Graeci ad sollennia sacra concurrentes utebantur cf. 581[1].

---

563 Astypalaeae in sacello S. Eustathii. Ed. M. Dubois Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 477 n. 1 (F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III p. 213 n. 3472. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 640 n. 794). Adhibito ectypo, quod confecerat Basilius coquus, F. Hiller von Gaertringen Inscr. ius. mar. Aeg. III p. 43 n. 183.

[Ἐ]ς τὸ ἱερὸν μὴ ἐσέρπεν[1] ὅσ|τις μὴ ἁγνός ἐστι ἢ τέλει(ος)[2], | ἢ αὐτῶι ἐν νῶι ἐσσεῖται[3].

Litterae volgares Ionicae non dispositae στοιχηδόν. Extremae partes hastarum dilatatae et nonnunquam vel apicibus ornatae. Ab anno 300 a. Chr. utique tituli originem non magno intervallo abesse observat H. 1 Cf. n. 653, 36 μηδὲ παρερπέτω μηθεὶς ἀμύητος εἰς τὸν τόπον. 802, 86: ἥρπε ἐς τὸ ἱερόν. Doriensium igitur sermo cotidianus hunc verbi usum, in reliqua Graecia poëtarum proprium, retinebat. 2 τελεῖ editores. At quod B. voluit, vetari eum qui purus non esset sive re sive voluntate consiliove ('*durch den Vorsatz*') intrare delubrum, probare nequeo cum quia indicativi futuri usus in hac conexione sententiarum cum sana cogitandi dicendique ratione pugnat (*ne quis hoc faciat, sive faciet sive in animo habebit*), tum quia disiunctio duorum enuntiatorum condicionalium ab eadem sententia primaria pendentium soloece per ἢ — ἢ, quippe quae coniunctio nunquam subiunctiva sit, exprimitur; immo necessario εἴτε — εἴτε dicendum fuit. Quod vero Wilamowitzius apud H. interpretatur 'aut multam solvet aut ἐνθυμηθήσεται' id ne ipsum quidem satisfacit; primum enim ex more per ἢ (*aliter*, i. e. si non obtemperaverit huic legi) una certa poena proponitur, ut

singularis sit haec disiunctio ἢ — ἢ, deinde vero de multis ἀποτίνειν, non τελεῖν usurpatur. Quare ad extremum auxilium confugi statuens terminationem adiectivi τέλειος neglegentia omissam, quod idem hic sibi velle atque ὁλόκληρος, μὴ ἀνάπηρος. Homines qui non integro corpore essent a sacerdotiis gerendis procul habitos esse constat. Quare non incredibile mihi videtur, eos alicubi adeo arceri a templo dei. 3 I. e. ipse sentiet quid commiserit, experietur dei irati vindictam. Cf. n. 574, 3 αὐτὸς αὐτὸν αἰτιάσεται. 886, 5 αὔταυτον αἰτιασῇ.

---

564 Lapis impolitus praeter partem quae titulum habet, effossus Deli. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 350 n. 79 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 639 n. 785).

Ἀπ' οἴνου μὴ προσιέναι[1] | μηδὲ ἐν ἀνθινοῖς[2].

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Ad Plutarchum de Iside et Osiride c. 6 p. 353 A οἶνον δ' οἱ μὲν ἐν Ἡλίου πόλει θεραπεύοντες τὸν θεὸν οὐκ εἰσφέρουσι τὸ παράπαν εἰς τὸ ἱερόν, ὡς οὐ προσῆκον ἡμέρας πίνειν, τοῦ κυρίου καὶ βασιλέως ἐφορῶντος· οἱ δ' ἄλλοι (sc. Αἰγύπτιοι) χρῶνται μέν, ὀλίγῳ δὲ provocavit H.-B., ut probaret ad Aegyptiorum deorum delubrum hanc legem spectare. Quod sane haud improbabile est, siquidem ea ipsa aetate, quam huius tituli litteratura indicat, (secundo aut primo a. Chr. n. saeculo) perfrequentes sunt Deli illorum deorum dedicationes. 2 Cf. legem sacram Lycosurae erutam in templo Δεσποίνας (Ἐφ. ἀρχ. 1898 p. 250 et infra in appendice titulorum recens inventorum) v. 2 sqq. μὴ ἐξέστω παρέρπην ἔχοντας — μὴ χρ[υσ]ία — μηδὲ πορφύρε[ο]ν εἱματισμὸν μηδὲ ἀν[θι]νὸν μηδὲ μέλανα. Simile praeceptum etiam in Isidis sacris (not. 1) locum habuisse probabile est, etsi Plutarchus de Is. et Osir. c. 3 p. 352 C c. 4 p. 352 D, ad quem provocat H.-B., lanae modo usu interdictum fuisse testatur deae cultoribus. At cum ἀνθινά, i. e. vestes ornamentis distinctae (v. Mau ap. Pauly-Wissowa Realencyklopaedie I 2 p. 2377) praecipue a meretricibus usurpata sint, deam ea a suis sacris arcere non est mirum.

---

565 Tabula marmoris inventa inter rudera Arcesines Amorgi. Supra et infra hunc titulum duo alii admodum mutili. Sinistram partem edd. Ross Inscr. ined. II p. 36 n. 136. Baumeister Philol. IX p. 389 n. 4, totum titulum R. Weil Mitth. des arch. Inst. in Athen I p. 342 n. 10 *b* (Syll.[1] 358. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 613 n. 711).

Θεοί. | Ἔδοξεν τῆι βο[υλ]ῆι καὶ τῶι δήμωι· Ἄγ[νων] | εἶπε· Μελίτων ἐπ[εστ]άτει· μὴ ἐξεῖναι κα[τάρ]|χεσθαι εἰς τὸ Ἡραῖ[ον]

5 ξένωι μηδενί[1], ἐπιμελ[εῖ‖σ]θαι δὲ τὸν νεωκό[ρο]ν καὶ ἐξείργειν· ἐὰν δὲ | μὴ ἐξείργηι, ἀποτ[ίνει]ν αὐτὸν τῆς ἡμέρας | ἑκάστης δέκα δρα[χμ]ὰς ἱερὰς τῆι Ἥραι. ἀνα|γράψαι δὲ τόδε τὸ [ψή]φισμα πρὸ τῶν θυ[ρ|ῶ]ν, ἐπιμεληθῆ[ναι] δὲ τοὺς νεωποίας.

Litterae volgares praeter Ξ. 1 Simili lege etiam Argis peregrinos sacris Iunonis prohibitos esse (Herodot. VI, 81 οὐκ ὅσιον εἶναι ξείνῳ αὐτόθι θύειν) monuit W. Praeterea cf. 484[5].

566 Stela marmoris albi, fracta in duas partes, quarum superior inventa est Pergami ad clivum meridionalem arcis infra forum Minervae, inferior prope aram magnam. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 186 n. 255 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 652 n. 730).

I Διονύσιος Μηνοφί[λου]
ἱερονομήσα⟨ντε⟩ς[1] τῶι δήμ[ωι].

II Ἁγνευέτωσαν δὲ κ[α]ὶ εἰσίτωσαν εἰς τὸν τῆς θεο[ῦ[2] ναὸν] | οἵ
5 τε πολῖται καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἀπὸ μὲν τῆς ἰδίας [γυναι]‖κὸς καὶ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς αὐθημερόν, ἀπὸ δὲ ἀλλοτρίας κ[αὶ] | ἀλλοτρίου[3]

Litterae volgares praeter ΠΣ. Fines hastarum dilatati atque ex parte lineolis transversis ornati. 1 Litterae ΝΤΕ consulto deletae. Lapicidae, qui etiam alibi passim peccavit, errorem ab ipso animadversum et emendatum esse statuit F. Qui error eo proclivior erat, quia fuit sane collegium ἱερονόμων (v. 23), ex quo tamen unus modo exacto magistratu hanc stelam erigendam curavit. Neque enim ulla alia huic hieronomo intercedit necessitudo cum his praeceptis, quam quod ea publice proposuit; iniuria primum instrumentum (II v. 1—9) ipsius hieronomi edictum existimat F. Nam praescripta quidem (I v. 1. 2) ad totam stelam spectant, quod vero decreta III (v. 10—17) et IV (v. 18—29) sollennes habent formulas initiales, II non item, id manifesto inde repetendem est, quod hic partem modo ex ampliore lege excerptum tenemus (v. 3 ἁγνευέτωσαν δέ). Quam legem a Dionysio Menophili f. hieronomo latam esse omnino incredibile est. 2 I. e. τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Νικηφόρου. Cf. v. 11. 19. 3 Coitu inquinari homines, ita ut loca consecrata introire non liceret eis nisi purgatis, communis erat veterum persuasio. Cf. Hesych. ἁγνεύειν· καθαρεύειν ἀπό τε ἀφροδισίων καὶ ἀπὸ νεκροῦ. Demosth. XXII, 78. LIX, 78. Qua in re antiquitus inter iustum matrimonium et illicitam Venerem nihil discriminis fuisse consentaneum est, siquidem illae de puritate et lustrationibus caerimoniae origine omnino ad mores et animum neutiquam spectabant. Sed labente tempore id mutatum est (n. 567, 3—7); atque hic quidem exiguum modo temporis discrimen intercedit inter

δευτεραῖοι λουσάμενοι[4]· ὡσαύτως δὲ καὶ ἀπὸ | κήδους[5] καὶ τεκούσης γυναικὸς[6] δευτεραῖος· ἀπὸ δὲ τάφου | καὶ ἐκφορ[ᾶς][7] περιρασάμενοι[8] καὶ διελθόντες τὴν πόλην, κα|θ' ἣν τὰ ἁγιστήρια[9] τίθεται, καθαροὶ αὐθημερόν.

III [10] Ἔδοξεν τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι, γνώμη στρατηγῶν· τὰ μὲ[ν] | ἄλ[λ]α περὶ τῶν θυόν[των τῆ]ι Νι[κη]φόρωι Ἀθηνᾶι γίνεσθαι κατὰ | [τὸν νόμον[10], ---------- | --- κ]αὶ τῶν εἰς τὸν [θησ]αυρὸν[11] ἐμβαλλομένων εὐ[χαριστηρί|ων[12] σ]κέλος δεξιὸν καὶ τὸ δέρμα· τὸ δὲ ὑπὲρ τῶν

---

utrumque mixtionis genitalis genus. Longe severius de hac re iudicium est apud Diog. Laert. VIII, 43: φασὶν αὐτὴν (Θεανὼ) ἐρωτηθεῖσαν, ποσταία γυνὴ ἀπ' ἀνδρὸς καθαρεύει, φάναι· ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου παραχρῆμα, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου οὐδέποτε. F. 4 Cf. Strabo XVI, 1, 20 p. 745 Cas. ὁσάκις δ' ἂν μιχθῶσιν ἀλλήλοις, ἐπιθυμιάσοντες ἐξανίστανται ἑκάτερος χωρίς· ὄρθρου δὲ λούονται, πρὶν ἀγγείου τινὸς ἅψασθαι· παραπλησίως γάρ, ὥσπερ ἀπὸ νεκροῦ τὸ λουτρὸν ἐν ἕθει ἐστίν, οὕτω καὶ ἀπὸ συνουσίας. Quem mireris haec tamquam Babyloniorum propria narrare. Sed tenendum est, Graecis lavacro ita modo utendum fuisse post coitum, si rem divinam facere aut delubrum intrare vellent, apud illos vero priusquam quicquam negotii gererent. 5 Distinguuntur qui ipsi corpus defuncti curant (ἀπὸ κήδους, cf. n. 567, 13), ab eis qui modo adsunt cum effertur (ἀπὸ τάφου καὶ ἐκφορᾶς). Illis bidui tempus statuitur, quod ipsum corpus attingere necesse habent. Cf. Euripides Iph. Taur. 380 βροτῶν μὲν ἤν τις ἅψηται φόνου ἢ καὶ λοχείας ἢ νεκροῦ θίγῃ χεροῖν, βωμῶν ἀπείργει, μυσαρὸν ὡς ἡγουμένη. Cf. etiam n. 877, 25 sqq. F. 6 Apud Euripidem (not. 5) item λοχεία commemoratur inter eas res, propter quas sacris locis abstinendum sit. 7 Cf. not. 5. 8 I. e. περιρανάμενοι (n. 567, 15). Utrum inferioris aetatis flexio barbara sit an merus lapicidae error dubites. 9 Nomen ceteroqui ignotum περιρραντήριον iuxta portam collocatum significare perquam probabiliter coniecit F. collato titulo Alterth. von Pergamon VIII, 2 p. 248 n. 336, 7 περιραντήριον πρὸ τοῦ πυλῶνος et loco Hippocratis de morbo sacro c. 2 ὅρους τοῖσι θεοῖσι τῶν ἱερῶν καὶ τῶν τεμενέων ἀποδεικνύμενοι ὡς ἂν μηδεὶς ὑπερβαίνοι, εἰ μὴ ἁγνεύοι, εἰσιόντες δὲ περιρραινόμεθα. 10 Supplevi; τὰ προγεγραμμένα F. At qui hoc decretum composuit, nondum scire poterat id postea Dionysii hieronomi consilio cum illis excerptis ex lege antiqua (II) in eadem tabula coniunctum iri (not. 1). 11 Cf. n. 587, 305. 589, 13. 23. 601, 30. 629, 12. 653, 89. 12 Post EY lineam obliquam conspicuam esse, quae litterae A aut Λ aut X esse possit, adnotat F. Eius supplementum recepi, etsi nolim spondere hanc potissimum vocem fuisse. Neque vero haec εὐχαριστήρια cum illo distinxerim ab eis quae inde a v. 14 τὸ δὲ ὑπὲρ τῶν ὑῶν κτλ. recensentur. Immo primo constituitur ut quicunque rem divinam faciat una cum pecuniis in deae thesaurum conferendis etiam victimae pellem et crus dextrum deae consecret, deinde quaenam illae pensiones sint accuratius definitur. Quod v. 12 intercidit enuntiatum id F.

15 ὑῶν ἐκκ[είμε‖ν]ον[13] τετρώβολον καὶ τῶν ἄλλων ἱερείων ═ O[14]
ἐμβ[άλ]‖λειν εἰς τὸν θησαυρόν, καθάπερ διατέτακται. εἶναι δ[ὲ
τὸ] | ψήφισμα κύριον διὰ παντός, ἐά(μ) μή[15] τι ἄλλο δόξηι.

IV Ἔδοξεν τῆι βουλῆι καὶ τῶι (δ)ήμωι[16] γνώμῃ στρατηγῶ[ν·
ἐπει]|δὴ πρότερον ἦν εἰθισμένον τοὺς θύοντας τῆι Νικηφόρ[ωι ‖
20 Ἀ]θηνᾶι μετὰ τῶν διατεταγμένων τῆι θεᾶι γερῶν[17] διδ[όναι] |
κα[ὶ] ἄλλοις τισὶν τῶν περὶ τὸ ἱερὸν διατριβόντων πλέο|να τρί-
πλευρα[18], δεδόχθαι ἀπὸ τοῦ νῦν τοὺς κατ᾽ ἐνιαυτὸν τασ|σομένους
ἱερον[ό]μους[19] παραλαμβάνοντας τὰ τιθέμενα δέρ|[μ]ατα ὑπὸ τῶν
25 θυόντων καὶ πωλοῦντας διδόναι νεωκόρωι ‖ [ὑ]ὸς μὲν ═[20], προ-
βάτου δὲ ἡμιωβέλιον· αὐλητρίδι καὶ ὀλο|λυκτρίαι[21] κοινῆι τὸ
ἴσον. τῶν δ᾽ ἐν τῆι ἄκραι θυομένων[22] καὶ πυλω|ρῶι τῆς ἄκρας
βοὸς μὲν Σ[23], προβάτου δὲ Σ, τὸ δὲ λοιπὸν | τῆς τιμῆς κατα-
τάσσειν εἰς τὰς ἱερὰς προσόδους. εἶναι δὲ τὸ | ψήφισμα κύριον
διὰ παντός, ἐὰν μή τι ἄλλο δόξηι.

---

commode sic refinxit: τιθέναι δὲ πλὴν (pro qua voce malim μετὰ) τῶν ---- κα]ὶ τῶν — ἐμβαλλομένων — [σ]κέλος δεξιὸν καὶ τὸ δέρμα. Cf. v. 23 τὰ τιθέμενα δέρ[μ]ατα ὑπὸ τῶν θυόντων. Memorabile est, crus dextrum et pellem, quae plerumque inter praemia sacerdotis (ἱερεώσυνα) sunt (n. 589, 30. 592, 14. 595, 5. 599, 5. 603, 6. 604, 6. 616, 22 sqq. 617, 2 sqq.), hic deae ipsi donari eorumque pretia inter reditus aerarii sacri esse (v. 28). 13 Supplevit F. coll. Strab. XV, 1, 46 p. 707 Cas. τοῖς δ᾽ ὁπλοποιοῖς καὶ ναυπηγοῖς μισθοὶ καὶ τροφαὶ παρὰ βασιλέως ἔκκεινται. 14 ═ duos obolos significare constat (cf. Pollux ap. F. Hultsch Metrologici scriptores I p. 207 ἡ ἀπερίστικτος ἁπλῆ γραμμή τις οὖσα πλαγία — δηλοῖ κατὰ πάντα ὀβολόν, αἱ δὲ δύο ἀπερίστικτοι ἁπλαῖ ═ δύο ὀβολούς), O partem oboli incertum quam. Nam Orchomeni quidem (I. G. Sept. I, 3171, 24) manifesto ἡμιωβέλιον est, Troezene vero (Gr. Dialektinschriften III p. 3362, 11. 32. 41. 52) multo minor oboli pars, aut decima aut duodecima ut quidem videtur. B. Keil apud F. 15 ΕΑΜΗ. 16 ΛΗΜΩΙ. 17 Quae in priore populiscito (III v. 12—16) enumerantur. 18 Vox ignota cuius significationem ne coniectura quidem assequaris. 19 Cf. not. 1. 20 Cf. not. 14. 21 Consuetudo ὀλολυγῆς in sacrificiis perantiqua est; cf. Homer γ, 450. Herodot. IV, 189. Semper mulieres eo officio funguntur: Hesych. ὀλολυγή· φωνὴ γυναικῶν ἣν ποιοῦνται ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐχόμεναι. Pollux Onom. I, 28 τὸ γὰρ ὀλολύξαι καὶ ὀλολυγῇ χρήσασθαι ἐπὶ γυναικῶν. Sed nomen ὀλολύκτρια nusquam praeterea invenitur. F. 22 Reliqua sacrificia in eo Minervae fano facta videntur, quod in inferiore oppidi parte erat. F. 23 Priore loco praeter Σ etiam altera nota fuisse videtur; nam plane eandem utrobique pecuniae summam indicari non est probabile. Partem oboli Σ significat Nemeae (Gr. Dialektinschriften III p. 137 n. 3318, 5. 6) et Epidauri (Gr. Dialektinschriften III p. 140 n. 3325, 302). B. Keil apud F.

567 Stela marmoris nigri ex ecclesiae Παναγία Φανερωμένη prope Lindum sitae pavimento extracta. Edd. P. Foucart ap. Lebas Inscr. II p. 171. F. Hiller von Gaertringen Inscr. ins. mar. Aegaei I p. 123 n. 789 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 622 n. 723). Cf. quae adnotavit A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XV p. 8 n. V.

[Ἀγαθ]ᾶι τύχ[αι].
Ἀφ' ὧν χρ[ὴ] πα[ρ]ίν[α]ι[1] αἰσίως
ε[ἰ]ς τὸ ἱε[ρ]όν· πρῶτον μὲν
καὶ τὸ μέ[γ]ιστον, χεῖρας καὶ
5 (γ)νώμην[2] καθαροὺς καὶ ὑγιε[ῖς]
ὑπάρχοντας καὶ μηδὲν αὐτοῖς
δεινὸν συνειδότας[3].
καὶ τὰ ἐκτός·
ἀπὸ φακῆς ἡμερῶν γ΄
10 ἀπὸ αἰγείου[4] ἡμε(ρῶν) γ΄
ἀπὸ τυροῦ ἡμέ(ρας) α΄
ἀπὸ φθορείων[5] ἡμε(ρῶν) μ΄
ἀπὸ κήδους[6] [οἰκ]είου[7] ἡμε(ρῶν) μ΄

Litterae ΑΗΘΠΕΣ, apicibus ornatae et putida quadam elegantia exaratae, quae Hadriani potissimum aetati convenire videtur Hillero. 1 Sic scribere malui quam παρῖναι, quod praefert Diels apud H. Cf. Phrynichus p. 15 Lobeck: ἐπίναι, κατίναι, προσίναι, ἐξίναι, πάντα ἀδόκιμα ἄνευ τοῦ ε̄ λεγόμενα. χρὴ γὰρ σὺν τῷ ε̄ ἀπιέναι καὶ ἐξιέναι λέγειν καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως. Sane etiam ῑ pro ει scriptum illa aetate inter volgatissimas res est, sed ipsum verbum παριέναι huic loco multo melius convenire mihi videtur quam παρεῖναι. Cf. ἐσέρπεν n. 563, 1. παρερπέτω n. 653, 36. Aliter res se habet n. 376, 4 (v. ibi not. 2), ubi vice versa παρ(ε)ῖναι sententiae accommodatius est. 2 ΤΝΩΜΗΝ. 3 Ex philosophorum et poëtarum sententiis, qui multo magis animi innocentiam et sanctimoniam deis cordi esse docebant, quam corporis et vestium puritatem (cf. Plato Legg. IV 716 D), inferiore aetate hoc iudicium etiam in sacra publica manavit, a quibus antiquitus alienum erat. Cuius rei praeter hunc titulum memorabile exemplum est inscriptio delubri Epidaurii allata a Porphyrio de abst. II, 19: ἁγνὸν χρὴ ναοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα ἔμμεναι· ἁγνεία δ' ἐστὶ φρονεῖν ὅσια. 4 Ellipsis paullo insolentior; videtur κρέως supplendum. Cf. χοιρείων n. 633, 3. 5 Cf. Plutarch. tuendae sanitatis praec. c. 22 p. 134 F: καθάπερ ἀκόλαστοι γυναῖκες, ἐκβολίοις χρώμεναι καὶ φθορίοις (immo φθορείοις). Etiam in titulo simili Aegyptio quem ed. E. Miller Revue arch. 1883 II p. 181, ἐκτρωσμοῦ mentionem fieri observavit A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX p. 83. Praeterea cf. n. 633 10. 6 Cf. n. 566 5. 7 Supplevit Wi.

ἀπὸ συνουσίας νομίμου[8]
15 αὐθημερὸν περιραναμένους[9]
καὶ πρότερον χρεισαμένους
ἐλαίῳ
ἀπὸ παρθενείας[10]

8 Vox νόμιμος vix de iusto matrimonio (n. 566[3]) intellegenda; immo naturalis viri et femini mixtio ab aliis Veneris generibus quae contra naturam sunt hoc adiectivo distinguitur. 9 Cf. n. 633, 4. 10 Desideratur hic dierum numerus, nescio quo pacto. Sine dubio eis quae primum virum expertae erant paullo longius tempus donec fanum intrare liceret praescribebatur quam in alia qualibet συνουσίᾳ νομίμῳ usitatum erat.

---

568 Tabula marmoris Pentelici, Athenis. Ed. Pittakis Ἐφ. 3139 (Foucart-Lebas II p. 173). Koehler C. I. Att. II 841 (Syll.[1] 359. Michel Rec. d'inscr. Gr. p. 589 n. 686). Ectypum misit A. Wilhelm.

Θεοί. | Ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἀπολλωνος τοῦ Ἐριθασέου[1] π[ρ]|οαγορεύει
καὶ ἀπαγορεύει ὑπέρ τε ἑαυτ[οῦ] | καὶ τῶν δημ[ο]τῶν[2] καὶ τοῦ
5 δήμου τοῦ Ἀθηνα[ί]‖ων μὴ κόπτειν[3] τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος,
μηδὲ [φ]|έρει[ν][4] ξύλα μηδὲ κοῦρον[5] μηδὲ φρύγανα μηδ[ὲ] |
φυλλόβολα ἐκ τοῦ ἱεροῦ. ἂν δέ τις ληφθεῖ [κ]|όπτων ἢ φέρων τι
τῶν ἀ[π]ειρημένων ἐκ τοῦ [ἱ]|εροῦ, ἂν μὲν δοῦλος εἶ ὁ ληφθείς,
10 μαστιγώ[σ]‖εται πεντήκοντα πληγὰς[6] καὶ παραδώσει [α]|ὐτὸν καὶ
τοῦ δεσπότου τοὔνομα ὁ ἱερεὺς [τ]|ῶι βασιλεῖ καὶ τεῖ βουλεῖ
κατὰ τὸ ψήφισ[μ]|α τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων. |
15 ἂν δὲ ἐλεύθερος εἶ, θ(ω)άσει[7] αὐτὸν ὁ ἱερεὺ[ς] ‖ μετὰ τοῦ δη-
μάρχου πεντήκοντα[8] δραχμαῖς | καὶ[9] παραδώσει τοὔνομα αὐτοῦ

Litterae volgares praeter Ξ. Versus 1 multo maioribus litteris supra initium versus 2 scriptus. 1 Cf. Hesych. Ἐρισαθεύς (em. Ἐριθασεύς aut Ἐριθάσεος)· Ἀπόλλων ἐν τῇ Ἀττικῇ. K. 2 Pagi alicuius fuerunt sacra (cf. v. 15), quae tamen ne violarentur etiam ipsa Atheniensium respublica legibus et poenis cavebat. 3 K et T initio omissas postea supra versum minore modulo addidit lapicida. Cf. n. 569, 2. 4 ΕΡΕΙ Pitt., sed supra P et item supra E additis singulis ductibus litterae Λ similibus, quos K. non habet. 5 A verbo κείρειν derivatum nomen lignum sectum significare manifestum est (cf. κορμός), sed quidnam discriminis inter ξύλα et κοῦρον intercedat latet. 6 Cf. 500, 41. 7 Emendavi. ΘΟΛΞΕΙ Pitt., ΟΟΑΣΕΙ K. (πρ)άξει satis violente restituerat Fouc. Cf. I. G. Sept. III, 333, 9 διπλείῳ θῳήστω. 8 N supra versum additum. 9 I supra versum additum.

τῶι βασιλ[εῖ] | καὶ τεῖ βουλεῖ κατὰ τὸ ψήφισμα τῆς βου[λ]|ῆς καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων.

---

569 Lapis liminis vice fungens in domo privata vici *Tschipidi* siti in insula Paro. Ed. E. Loewy Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XI p. 187 n. 2. Cf. quae de titulo disputaverunt E. Szanto Mitth. des arch. Inst. in Athen XV (1890) p. 75 not. 1. A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XV p. 11 n. X cum additamento p. 110. XX p. 89. L. Ziehen Leges Graecorum sacrae, diss. Bonn 1892, sent. controv. 2.

-------ος ε.ιερ|[----- ἐξὲν]αι κόπτεν[1] ο--|-------- τὸ ἱερὸν
5 ορ[--|----[2] ἐὰν δέ τ]ίς τι τούτων παρίη||[ι[3], φηνάτ]ω ὁ θέλων[4]
πρὸς θεορ|[ός[5], καὶ] σχέτω τὸ ἥμισυ. τὸν δὲ ν|[εωκ]όρον ἐξορ-
κ(ό)ντων[6] θεορ|[οί, ἐ]άν τινα ἴδηι κόπτοντα πὰρ τ|[ὰ ἐ]κγινόμενα[7],
10 κατερῆν πρὸς τ||[ὸ]ς θεορός.

Litterae volgares Ionicae non dispositae στοιχηδόν. 1 Etiam alibi in eiusmodi legibus interdicitur, ne intra locum consecratum ligna caedantur. Cf. n. 568, 5: μὴ κόπτειν τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος μηδὲ [φ]έρει[ν] ξύλα μηδὲ κοῦρον μηδὲ φρύγανα μηδ[ὲ] φυλλόβολα ἐκ τοῦ ἱεροῦ. 653, 78: μηδεὶς κοπτέτω ἐκ τοῦ ἱεροῦ τόπου. I. G. Sic. et It. 645 I, 128 αἰ δέ τίς κα ἐπιβῇ ἢ νέμει ἢ φέρει τι τῶν ἐν τᾷ ἱαρᾷ γᾷ ἢ τῶν δενδρέων τι κόπτῃ ἢ θραύῃ ἢ πριῷ ἢ ἄλλο τι σίνηται. 2 ὅ[ταν ὁ ἱερεὺς ἐς] τὸ ἱερὸν ὁρ[μᾶται] Sza., quod iure improbabile existimat Wi. 3 παριῆ[ι] Loe., Sza., Wi. Sed παρίῃ scribere malui, quia παραβαίνειν sollenne est de hac re vocabulum, verba synonyma vero, qualia sunt ἰέναι et βαίνειν, in dialectis Graecis haud raro confunduntur. (Cf. not. 4.) 4 Attice ὁ βουλόμενος, sed et apud Thasios Pariorum colonos (C. I. G. 2161, 16) et in aliis Graeciae regionibus, veluti apud Phocenses (I. G. Sept. III, 34, 7. 36, 14. 42, 17. 66, 12. 86, 18. 124, 10. 188—194) constanter ὁ θέλων dicitur. 5 Et haec forma (ἐθεόρεον cf. O. Hoffmann Gr. Dialekte III p. 281) et contractione inde nata θευρός (C. I. G. 2161, 2. 10) apud Thasios inveniuntur. 6 ΚΩΝΤΩΝ lapis. Emendavit Wi. 7 ἐκγίνεται 'licet', ut ἔξεστι; cf. ἔνεστιν, ἐγγίγνεται. Wi.

---

570 Chii. Paucas versuum 7—11 voces ed. Blastos Χιακά II p. 226 (inde Boeckh C. I. G. Vol. II. Add. p. 1030 n. 2214 *c*), totum titulum Zolotas gymnasiarcha Chius in litteris quotidianis Athenis prodeuntibus quibus titulus est Ἐφημερίς, 1889, m. Aug. d. 22. 23 (inde S. Reinach Chroniques d' Orient p. 638. B. Haussoullier

Revue des études Grecques III (1890) p. 211. O. Hoffmann Gr. Dialekte III p. 42 n. 81. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 611 n. 707).

[Ἐπὶ Τ]έλλ[ι]ος πρ[υτάν]‖εος[1], βολῆς γνώμ[η· ἐν τ]‖οῖς ἄλσεσιν
5 μ[ὴ ποιμ]‖αίνεν μηδὲ κοπρ[εόε]‖ν[2]· ἢν δὲ ποιμαίνηι [ἢ ὁ]‖φορβῆι
ἢ βοκολῆι, [ὁ ἱ]‖δὼν κατειπάτω πρ[ὸς] | τὸς βασιλέας ἀγ[νῶς] |
10 πρὸς τὸ θεὸ[3]. τῶι δὲ [πο]‖ιμαίνοντι ἢ ὑφορβέ|οντι ἢ βοκολέοντι
ἡ|μίεκτον ἴθυνα[4] ἔστω | κατὰ κτῆνος ἕκαστο|ν. ἢν δὲ κοπρεόων
15 ἁλ[ί]‖σκηται, πέντε στατῆ|ρας ὀφειλέτω ἁγνῶς | πρὸς τὸ θεὸ[5].
20 ἢν δὲ ὁ ἰδ|ὼν μὴ κατείπει, πέντ|ε στατῆρας ὀφειλ[έτ]‖ω [ἱ]ερὸς
τῶι θεῶι . . . | . . . . .

Sequebantur quinque versus ita mutili ut nihil certi agnosci liceat.

---

1 Prytanis eponymus Chiorum magistratus etiam n. 150, 1. 524, 1 est. 2 I. e. κοπρεύειν; cf. v. 14 et quae de scriptura εο pro ευ adnotata sunt n. 107[2]. Cf. C. I. Att. II, 545, 21 [ἐπὶ] τᾶς ἱερᾶς γᾶς κόπρον μὴ ἄγεν μηδεμίαν. C. I. G. 1119, 6 μηδὲ κόπρον ἐσ[βάλλεν], ut supplevit A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX p. 89. 3 I. e. si ipse deum propitium habere neque illius iram in se convertere volet, non licebit celare. 4 I. e. multa. Sic εὔθυνα poenae (n. 17, 71), εὐθύνειν puniendi (n. 20, 20) vi haud raro usurpatur, antiquiore vocis notione ex qua apud Atticos nata est illa multo minus late patens de magistratuum rationibus. 5 Non habebit deum placatum priusquam multam solverit.

---

571 Marmor leucophaeum inventum in insula Chio. Edd. Surias Mitth. des arch. Inst. in Athen III (1878) p. 203 sqq. B. Haussoullier Bull. de corr. Hell. III (1879) p. 47 sqq. (R. Schöll Saturae H. Sauppio obl. p. 168 sqq. Syll.[1] 360. Michel Rec. d'inscr. Gr. p. 786 n. 997.)

---εσωτ[. . . . . Κλ|υ]τίδαις[1] ἐ[. . . . ἐν τῶ]ι

Litterae volgares dispositae στοιχηδόν. 1 Iniuria ab editoribus hos eosdem existimari cum Clytiadis gente Eliaca (n. 612, 12), neque omnino gentem, sed phratriam esse demonstravit Sch. Alius phratriae Chiae nomen idem agnoscit Bull. de corr. Hell. III p. 323 primo versu, cum deinde subiungantur gentium ex quibus ea phratria constiterit nomina Δημογενίδαι, Θρᾳκίδαι, οἱ Τηλάγρου, οἱ Ἕρμιος, οἱ Διονυσοδώρου καὶ Ποσειδίππου. Atque etsi illud nomen Π[ρ]ο[ι]τεῖς, ut Sch. supplevit, esse nequit (Haussoullier Bull. de corr. Hell. IV p. 130), tamen in summa rei nihil mutatur; nam Ποττει[δᾶνι], quod proposuit editor Francogallus, cum propter Doricam nominis formam tum propter τ duplicem ferri nequit.

τεμένει [τῶν Κ|λ]υτιδῶν [ο]ἶκον τεμένιον ἱερὸν οἰ[κ|ο]δομήσασθαι καὶ
5 τὰ ἱερὰ τὰ κοινὰ [ἐ‖κ] τῶν ἰδιωτικῶν οἰκιῶν εἰς τὸν κο[ι|ν]ὸν οἶκον
ἐνεγκεῖν[2]. θυσαμένοις ἐ[κ|α]λλιέρησεν οἰκοδομήσασθαι καὶ [τ|ὰ]
ἱερὰ τὰ κ[οι]νὰ ἐ[κ] τῶν ἰδιωτικῶν ο[ἰ|κ]ιῶν εἰς τὸν [κοιν]ὸν οἶκον
10 ἐνεγκε[ῖ‖ν.] Ἐπὶ πρυτάνεω[ς Φο]ίνι[κο]ς Πλυντη[ρ|ι]ῶνος[3] τετράδι
[ἔγνωσαν Κ]λυτίδαι [θ|ύ]σασθαι περὶ τῶν ἱερ[ῶν] τ[ῶ]ν Κλυτι[δ|ῶ]ν
τῶν ἐν ταῖς ἰδιωτικαῖ[ς ο]ἰκίαι[ς | ὄ]ντων, πότερον δεῖ α[ὐ]τὰ [εἰς]
15 τὸν οἶ[κ‖ο]ν ὃν Κλυ[τ]ίδαι κατὰ μα[ντεί]αν ὠικ[ο|δ]ομήσαντο φέρε-
σθαι τῆι ἡμέραι ἧ[ι | γί]νεται ἡ θυσία, τὸν δὲ ἄλλον χρόν[ο|ν]
παρὰ τοῖς ἰδιώται[ς] φυλάσσεσθα[ι | κ]αθάπερ καὶ πρότερον, ἢ διὰ
20 παντὸς [α‖ὐτ]ὰ κεῖσθαι ἐν τῶι οἴκωι. θυσαμέν[ο|ι]ς ἐκαλλιέρησεν
διὰ παντὸς τὰ ἱε[ρ|ὰ κ]εῖσθαι ἐν τῶι οἴκωι. Ἐπὶ πρυτάν[ε|ω]ς
Κλεοκύδους, Ποσιδεῶνος[4] τετάρ[τ|ηι] ἐξ εἰκάδος, ἔγνωσαν Κλυ-
25 τίδαι τ[ῶ(ι)[5] ‖ ἱ]ερῶι οἴκωι τῶι Κλυτιδῶν, ἐν ὧι τὰ [π|ατ]ρῶια
ἱερὰ κάθηται[6], καὶ τῶι χώρω[ι | τῶ]ι πρὸς τῶι οἴκωι χρῆσθαι
Κλυτί[δ|α]ς κοινῆι[7], φατρίαν δὲ μηδὲ ἰδιώτη[ν | μ]ηθένα τῶι
30 οἴκωι τούτωι χρῆσθαι [μ‖η]δὲ ἄλλωι δοῦναι χρήσασθαι μηθε[ν|ί].
ὃς δ' ἂν παρὰ ταῦτα ἢ αὐτὸς χρήσητ[α|ι] τῶι οἴκωι ἢ ἑτέρωι
δῶι χρήσασθα[ι, | ἀ]ποδότω καθ' ἑκάστην χρῆσιν ἢ δόσ[ι|ν

---

2 Gentium patriciarum, quae phratriam efficiebant, propria fuerant illa sacra. Deinde cum etiam alii cives phratriis ascripti essent, aliquantisper mansit mos, ut familiae illae patriciae res sacras in suis privatim domibus asservarent, ibique etiam caerimoniae communes peragerentur. Quod privilegium cum aegre ferrent reliqui, deo (Iove Patricio) per sacrificia consulto primo ut communis aedes aedificaretur, quo ex privatis domibus feriarum die res sacrae deferrentur, decreverunt, deinde aliquot annis interiectis, ut perpetuo in illa domo manerent. Similium mutationum exempla ex Cyrenaeorum et Atheniensium republica (Ar. Pol. VI, 4 p. 1319*b*, 19) attulit Schoell. Cf. inprimis quae Aristoteles in universum de ea re praecipit: φυλαί τε γὰρ ἕτεραι ποιητέαι πλείους καὶ φρατρίαι, καὶ τὰ τῶν ἰδίων ἱερῶν συνακτέον εἰς ὀλίγα καὶ κοινά. 3 Nomen mensis nusquam praeter Chium invenitur, sed Πλυντήρια nota sunt; quae cum Athenis mense Thargelione acta sint (A. Mommsen Feste der Stadt Athen p. 491) non improbabile certe est illi, qui est fere Maius fastorum Iulianorum, respondere Plynteriona Chiorum. Cf. E. Bischoff de fastis Graecorum antiquioribus p. 398. 402. 4 Fere in omnium civitatium Ionicarum fastis hic mensis redit, respondens fere Romanorum Decembri (Bischoff p. 410). 5 Cf. 464[1]. 6 Huius verbi usus suadet ut ἱερὰ potissimum deorum simulacra (ἕδη) intellegamus. Similiter ἱερὰ illa quae in Eleusiniorum pompa Eleusine Athenas et inde rursus Eleusina portabantur (n. 541, 10. 647, 15. 650, 18. 652, 5 sqq.) simulacra dearum Eleusiniarum fuisse videntur. 7 Cf. n. 594, 7.

35 Κ](λ)υτίδαις[8] χιλίας δραχμὰς ἱερὰ[ς ‖ το]ῦ Διὸς τοῦ Πατρώιου[9],
καὶ ταῖς ἐκ [τ|ῶν] νόμων ἀραῖς ἔνοχος ἔστω· τοὺς δ' [ἐ|πι]μελη-
τὰς[10] τὰς γενομένας γνώμας [π|ερὶ] τοῦ οἴκου καὶ τῶν ἱερῶν καὶ
40 τὰ[ς | δια]μαντείας[11] ἀναγράψαντας εἰς σ[τ|ήλ]ην λιθίνην στῆσαι
παρὰ τὴν εἴσ[ο|δο]ν τοῦ οἴκου.

---

8 ΑΥΤΙΔΑΙΣ. 9 Non recte igitur Plato Euthydem. 302C dicit οὐκ ἔστιν, ἦν δ' ἐγώ, αὕτη ἡ ἐπωνυμία (Ζεὺς πατρῷος), Ἰώνων οὐδενὶ οὔθ' ὅσοι ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως ἀπῳκισμένοι εἰσὶν οὔθ' ἡμῖν, ἀλλὰ Ἀπόλλων πατρῷος διὰ τὴν τοῦ Ἴωνος γένεσιν· Ζεὺς δ' ἡμῖν πατρῷος μὲν οὐ καλεῖται, ἕρκειος δὲ καὶ φράτριος, καὶ Ἀθηναία φρατρία. Cf. etiam n. 576, 1. 2. Sed memorabile est, quod hic reliquorum Graecorum Iovi Patricio respondere dicuntur Atheniensium ἕρκειος et φράτριος, ut videamus Iovem Patricium non gentium familiarumque modo, sed etiam phratriarum deum fuisse. Cf. n. 438[3]. 442[1]. 10 Ut Atheniensium tribus (429[1]), sic Chiorum phratriae suos quaeque curatores habebant. 11 Vocabulum ceteroquin ignotum summa cum veri specie restituit Sch. Ante Μ lineam obliquam \ agnovit H. Item in ectypo chartaceo Λ aut Α dispicere sibi visus est Koehler (Mitth. III p. 206).

---

572 Lapis inventus in loco *Mavrodilissi*, ubi fuit Amphiaraium Oropiorum. Ed. P. Girard Bull. de corr. Hell. III (1879) p. 437 (Syll.[1] 361). Ex Lollingii apographo I. G. Sept. I, 422 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 636 n. 763).

Ὅρος· μὴ τοιχοδομεῖν | ἐντὸς τῶν ὅρων ἰδιώ|την.

Litterae volgares praeter Ο minoris moduli. Infinitivi scriptura (v. 1) aetatem inter 400—350 a. Chr. indicat. Terminum terrae sacrae Amphiarai esse manifestum est.

---

573 Lapis inventus inter rudera Trallium, translatus Parisios. Edd. Raoul Rochette Monum. inedd. T. I p. 190 (Boeckh C. I. G. 2919). Lebas-Waddington Inscr. III, 1651. Cf. quae disputaverunt Th. Nöldeke Gött. Gel. Anz. 1884 p. 297. E. Meyer ap. Ersch und Gruber, Encycl. Sect. II Vol. XXXIII p. 57 not. 3. W. Judeich Kleinasiat. Stud. p. 228 sqq. (Michel Rec. d'inscr. Gr. p. 641 n. 804).

Litterae ΑΗΗΞΠΣ, apicibus ornatae, initiis aerae Christianae certe non antiquiores.

Ἔτεος ||||||| [1], μηνὸς ἑμδόμω [2] | βασιλέοντος Ἀρταξέσσε|ω [3],

1 Haec temporis definitio eximias creavit difficultates. Etenim cum titulum primo p. Chr. n. saeculo non antiquiorem esse litteratura arguat, Taciti narratio Ann. III, 60 sqq. de populis Asiae anno 22 a. Chr. certatim ut ius asyli sibi concederetur a principe et senatu petentibus suadet, ut tum ipsum Trallianos hunc titulum incidendum curasse statuamus. Cuius posterior pars (v. 8—12) nulla fere re discrepat ab aliis eiusdem generis terminis (cf. n. 574. 575). At quod iuris sui firmandi causa praemiserunt decretum (v. 1—7) id utrum ex antiquo lapide exscriptum sit (cf. n. 608) an Tiberii demum aetate fraudulenter confictum dubius haeret Wadd. Hoc probant Meyer aliique, sed verissime Nöldeke monuit, ut Ἀρταξέσσεω pro Ἀρταξέρξου scriberet (not. 3) Tiberii quidem principatu nemini in mentem venire potuisse. Quod si fuisse antiquum exemplar statuimus, et numeri septenarii nota ex septem hastis directis composita et ipse septimus Artaxerxis regis annus gravissimam offensionem habent. Nam quod Nöldeke coniecit, Artaxerxen II Mnemona intellegendum esse eiusque anno septimo (398 a. Chr.) Idriea iam satrapae munere functum, probari nequit. Nam qui sub Maussoli imperio militibus praefuit (Polyaen. VII, 23, 2), non poterat propterea satrapa appellari. Quodsi ipsum Idriei nomen de Artaxerxe III Ocho hic dici evincit, tamen non licet cum Th. Bergkio Mus. Rhen. XXXVII p. 363 sqq. et A. Schaefero Demosth. I² p. 456 not. 4 Ptolemaei canona astronomicum, cuius egregia fides perspecta est, prae huius tituli testimonio neglegere. Atqui ille canon Ochum anno 390 aerae Nabonassaris (359 a. Chr. Nov. 21—358 Nov. 20) regno potitum refert (C. Wachsmuth Einleitung in die alte Geschichte p. 306), ut septimus annus 353/2 a. Chr. sit, cum tamen Artemisiam, cui Idrieus successit, non ante annum Ol. 107, 2 (351/0 a. Chr.) defunctam constet; cf. Diodor. XVI, 42, 6. Ex Plinii testimonio, qui N. hist. XXXVI, 30 Maussolli obitum ad Ol. 107, 2 refert, Artemisiam adeo usque ad Ol. 107, 4 (349/8 a. Chr.) superstitem fuisse statuendum esset. Illam vero discrepantiam Iud. argutius quam probabilius tollere studet cum provocet ad Polyaeni VII, 17 narrationem de Artaxerxis Mnemonis morte ab Ocho filio per decem menses celata; etenim canona quidem Ochi regnum ab eo tempore computare, quo pater re vera defunctus, titulos vero ab eo quo obitus eius palam factus esset. At mihi incredibile videtur non unam eandemque annos numerandi rationem hic atque illic usurpatam esse. Quare, praesertim cum nota numeralis ||||||| per se mira sit et incredibilis et aliis quoque indiciis (not. 2. 8) vetus exemplar lectu difficile ac partim evanidum fuisse probetur, nullus dubito quin numerus non recte lectus sit ab eo qui hoc apographum confecit; atque omnium maxime quidem arridet O. Mülleri apud R. Rochettium coniectura, ΓΙΙΙΙ in illo antiquo lapide fuisse. Nonus Artaxerxis Ochi annus a Novembri a 351 a. Chr. usque ad eundem proximi anni mensem pertinet, ut iam Idriei satrapae mentio nihil habeat difficultatis. 2 Hoc, non ΕΒΔΟΜΟ[Υ], ut priores legerant, in lapide esse Wadd. refert. Putaverim nomen ex parte evanidum utcunque exprimere conatum esse qui exemplum antiquum transcripsit. Nam menses numerandi consuetudo ab illa et aetate et regione

5 ἐξσατραπεύοντος[4] Ἰδριέ|ως[5], ὅσα ἐψηφίσαντο Τραλ‖(λ)εῖς[6], ἱκετηρίην εἶναι Διο|νύσ⟨ι⟩ω Βακχίωι[7] τῶι δημοσί|ωι[8]· ἱκέτην μὴ ἀδικεῖν.

Ὅρος ἱερὸς ἄσυλος Διονύσου | Βάκχου. τὸν ἱκέτην [μ]ὴ
10 ἀδικεῖν ‖ μηδὲ ἀδικούμενον περιορᾶν· | εἰ δὲ μή, ἐξώλη εἶναι αὐτὸ[ν] | καὶ τὸ γένος αὐτοῦ.

---

aliena est. 3 Haec scriptura ad formam *Artakhshassa* ex antiquiore *Artakhshatra* natam sed iam in titulis Persicis quinti quartique a. Chr. saeculi usurpatam (Th. Nöldeke apud Pauly-Wissowa Realencyklopaedie II, 1 p. 1321) propius accedit quam ulla ex eis, quae in litteris Graecis comparent, veluti Ἀρταξέρξης, Ἀρτοξέρξης, Ἀρταξίας; quo minus credibile est eam a falsario primi post Chr. n. saeculi excogitatam. 4 Cf. n. 952. 5 Cf. not. 1. 6 ΤΡΑΛ‖ΔΕΙΣ. 7 Utrum Βακχίωι an Βάκχου (v. 9) vera cognominis forma sit, vix discernas; quod contra in ipso dei nomine, quod illic recte scriptum est, hic errore manifesto lapicida ΙΩ pro Ω aut ΩΙ incidit. 8 Obscurum hoc; aut deus qui publicis sacris colitur propterea ipse δημόσιος vocatur (cf. Διόνυσος δημοτελής apud Carystios Herm. XXVI p. 474) aut, quod mihi multo magis probatur, τὸ δημόσιον substantive hic usurpatum est, sed enuntiati structura et sententia eversa omissis nonnullis, sive id propter evanidam exemplaris antiqui scripturam accidit sive festinanti et inconsiderato conatu ea quae illic prolixius exposita erant in compendium redigendi.

---

574 Marmor album quod partem muri alicuius efficiebat, erutum Ephesi, illatum in museum Britannicum. Ed. E. L. Hicks, Greek Inscr. in the British Museum III, 2 p. 176 n. DXX.

Τὸ τέμενος τῆς [Ἀρτέμιδος[1] ἄσυλον[2]] | πᾶν, ὅσον ἔσω π[εριβόλου[3]. ὃς δ' ἂν[4]] | παραβαίνηι, αὐτὸς [αὐτὸν αἰτιάσεται[5]].

Litterae volgares praeter ΑΠΣΥ et Ο minoris quam reliquae mensurae. Recte alteri a. Chr. n. saeculi vindicat H. Et supra v. 1 et infra v. 3 vacuum spatium. 1 Supplevit H., monens post ⊓ Η∠ etiam sinistram lineam litterae initialis / conspicuam esse. 2 ἄσυλον ἔστι τὸ contra morem eiusmodi titulorum H., quia versus proximos tam brevi supplemento restitui posse desperabat. At cf. not. 4. 5. 3 Supplevit H. 4 Post πᾶν puncto distinguit H. ac deinde sic pergit: Ὅσον ἔσω π[εριβόλου, μὴ ἀδικεῖν· ὃς δ' ἂν] | παραβαίνηι. At cum in ipso enuntiato τὸ τέμενος ἄσυλον πᾶν satis distincte insit lex, ne quisquam illud violare audeat, non opus est aliud circumspicere, quo παραβαίνηι referatur. 5 Supplevi; cf. n. 563[3]. αὐτὸς [ἀπόλοιτο καὶ τὸ γένος] Hicks.

---

575 Tabulae duae cum eodem titulo; altera inventa prope Smyrnam in vinea fratrum Christogiannaki, altera 'πρὸς τὰ ὄπισθεν τοῦ Στοιχειωμένου Κούλα, πλησίον τῶν Μορτακίων'. Huius exemplum post Chishullum et Pocockium ed. Boeckh C. I. G. 3156, utrumque accuratissime A. E. Kontoleon Mitth. des arch. Inst. in Athen XVI (1891) p. 133. 134 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 642 n. 809).

5 Τέμενος | ἱερὸν | Ἀφροδίτης | Στρατονικίδος[1], ‖ [ἐ]ξ οὗ ἡ δε-
κάτη καὶ | τὸ παραπεπραμέ|νον[2] ἀπὸ τῶν πλέ|θρων[3] κατατάσ-
10 σε|ται εἰς τὰς ἱερὰς ‖ προσόδους.

Litterae volgares praeter ΞΠΣ. Uncis unam litteram inclusi quae in utroque lapide periit. Versuum distinctionem prioris lapidis (p. 133 ap. Kontoleontem) expressi, alterius (p. 134) v. 1—4 eadem est, v. 5—10 aliquantulum discrepat. 1 Cf. C. I. G. 3137, 12: ἔγραψεν δὲ (Seleucus II Callinicus rex) καὶ πρὸς τοὺς βασιλεῖς καὶ τοὺς δυνάστας καὶ τὰς πόλεις καὶ τὰ ἔθνη, ἀξιώσας ἀποδέξασθαι τό τε ἱερὸν τῆς Στρατονικίδος Ἀφροδίτης ἄσυλον εἶναι καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν (Smyrnaeorum) ἱερὰν καὶ ἄσυλον. v. 70 ὀμνύω — Ἀφροδίτην Στρατονικίδα. v. 83 [ἀναθ]έτωσαν Σμυρναῖοι μὲν ἐν τῷ τῆς Ἀφροδίτης τῆς Στρατονικίδος ἱερῷ. Ex eiusdem tituli v. 8 καὶ διὰ τὸ τὸμ πατέρα αὐτοῦ (Seleuci) θεὸν Ἀντίοχον, καὶ τὴμ μητέρα τὴν τοῦ πατρός, θεὰν Στρατονίκην, ἱδρῦσθαι παρ' ἡμῖν τιμωμένους τιμαῖς ἀξιολόγοις colligitur, a Stratonice regina, Antiochi I uxore (n. 588[2]) repetendum esse deae cognomen. Tac. Ann. III, 63: *nam Zmyrnaeos oraculum Apollinis, cuius imperio Stratonicidi Veneri templum dicaverint — referre.* 2 Vim vilius vendendi, quam hoc verbum compositum alias habet (n. 529[9]), in hunc locum non cadere recte monuit A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX p. 77. Nescio an reditus quidam illorum agrorum, qui praeter decimam ante commemoratam locari vel ut Graeci fere loquuntur venire soleant, hic indicentur. 3 Hoc quoque obscurum; nam utique si idem fundus, qui supra τέμενος ἱερὸν appellatur, hic quoque intellegeretur, permira esset verborum variatio. Aut igitur pars modo totius agri intellegitur, aut quod mihi magis placet, τὰ πλέθρα dicitur quia huius quidem vectigalis certa in unumquodque agri plethrum summa constituebatur.

---

576 Cippus marmoris albi, ab inferiore parte quae terra abscondebatur non laevigatus, in vico *Karien* sito inter Pangaeum montem et mare. Ed. P. Perdrizet Bull. de corr. Hell. XVIII (1894) p. 441 n. 1 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 638 n. 774).

Litterae Ionicae στοιχηδόν dispositae; cum et litteratura et orthographia quinti a. Chr. n. saeculi exeuntis aut quarti ineuntis sit, utique ante oppida Apolloniam et Galepsum, quorum alterutrum illic situm fuisse constat, a

Διὸς Ἑρκε|ίο Πατρώι|ο[1] ⁝ καὶ Διὸ|ς Κτησίο[2].

Philippo Amyntae f. diruta (Strabo VII fragm. 35 fin.) hic terminus constitutus est. 1 Coniunguntur hic cognomina Ἕρκειος et Πατρῷος, ut apud Platonem (cf. 571[9]) Ἕρκειος et Φράτριος. Atque ille quidem eorum modo communionem qui eandem domum una habitant tuetur, Πατρῷος vero familiae aeque ac gentis, phratriae totiusque civitatis est. Cf. 438[3]. 442[1]. Iniuria Platonem Διὸς Πατρῴου sacra ab omnibus populis Ionicis aliena iudicare hic quoque titulus docet. 2 Cf. Antiphon I, 16 μετὰ ταῦτα ἔτυχε τῷ Φιλόνεῳ ἐν Πειραιεῖ ὄντα ἱερὰ Διὶ Κτησίῳ. Isaeus VIII, 16 τῷ Διί τε θύων τῷ Κτησίῳ, περὶ ἣν μάλιστ' ἐκεῖνος θυσίαν ἐσπούδαζε καὶ οὔτε δούλους προσῆγεν οὔτε ἐλευθέρους ὀθνείους, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ πάντ' ἐποίει. Oraculum apud Dem. XXI, 33 Διὶ Κτησίῳ βοῦν λευκόν. Harpocration Κτησίου Διός· Ὑπερείδης ἐν τῷ πρὸς Ἀπελλαῖον. Κτήσιον Δία ἐν τοῖς ταμιείοις ἱδρύοντο· Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ, ad quem locum plura attulit Valesius (II p. 312 Dindf.).

---

577 Frustulum marmoris Pentelici inventum in arce Athenarum. Litteris minusculis ed. Lolling Δελτίον ἀρχαιολογικόν 1890 p. 144. Maiusculis ex eiusdem apographo Koehler C. I. A. IV, 2 p. 265 n. 1659*b* (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 634 n. 748).

Διὸς Κα[τ]|αιβάτο[υ][1] | ἄβατον[2].

Litterae volgares. 1 Admodum similem titulum lapidis ad radices septentrionalis arcis Athenarum inventi ed. Delamarre Revue de philologie XIX (1895) p. 129 (Koehler C. I. Att. IV, 2 p. 304 n. 1659*e*): [Δι]ὸ[ς Καται]|βάτο ἄβ[ατον] | ἱερόν. Ex discrepante genetivi (-ο, -ου) scriptura illum hoc paullo antiquiorem colligas, sed uterque utique quarti a. Chr. n. saeculi est. Multo recentior tertius in Olympiei vicinia inaedificatus Ἐφ. ἀρχ. 1890 p. 61 (C. I. Att. IV, 2 p. 266 n. 1672b) [Δ]ιὸς | Καταιβάτου, quem litterarum ΑΣ formae primo a. Chr. n. saeculo vindicant. Ad Pausaniam V, 14, 10 τοῦ δὲ Καταιβάτου Διὸς προβέβληται μὲν πανταχόθεν πρὸ τοῦ βωμοῦ φράγμα, ἔστι δὲ (Olympiae in Alti) πρὸς τῷ βωμῷ τῷ ἀπὸ τῆς τέφρας τῷ μεγάλῳ, Pollucem IX, 41 τὰ μέντοι ἐνηλύσια οὕτως ὠνομάζετο εἰς ἃ κατασκήψειε βέλος ἐξ οὐρανοῦ. ὃ καὶ ἐνσκῆψαι καὶ ἐγκατασκῆψαι καὶ κατελθεῖν ἔλεγον, καὶ τὸν Δία τὸν ἐπ' αὐτῷ Καταιβάτην, Hesychium s. v. ἠλύσιον provocavit Delamarre. 2 Hesych. l. l. τὰ δε τοιαῦτά ἐστιν ἄβατα, καλεῖται δὲ καὶ ἐνηλύσια. Pollux l. l. περιειρχθέντα δὲ τὰ ἐνηλύσια (cf. φράγμα apud Pausaniam, not. 1) ἄψαυστα ἀνεῖτο. Ea ipsa re, quod de caelo tactus erat locus, sacer fiebat Iovis Fulguratoris; quare ἱερόν vocatur cum a Polemone apud Hesychium tum in titulo Attico, quem attuli not. 1. Lapides qui has inscriptiones habebant manifesto partem saepis illius efficiebant.

---

578 Stela marmoris caerulei inventa in insula Calaurea. Ante initium huius inscriptionis relliquiae octo versuum alius tituli, quos omittimus quia restitui nequeunt. Edd. S. Wide et L. Kjellberg Mitth. des arch. Inst. in Athen XX (1895) p. 287 n. 2. (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 171 n. 178.)

Ἐπὶ ταμία Σωφάνεος τοῦ Πολι[----, μη]|νὸς Γεραιστίου[1], ἔδοξε τοῖς πολί[ταις, τ]|οῦ ἀργυρίου καὶ τοῦ χωρίου, οὗ ἀνέθη[καν Ἀ]|γασικλῆς[2] καὶ Νικαγόρα τῶι Ποσειδᾶνι[3], ἐ[πιμε]‖λητὰς καταστᾶσαι δύο[4], οἵτινες τό τε ἀργύ|ριον ἐκδανεισοῦντι κατὰ δραχμὰς τριάκο|ντα[5] ἐπ' ἐνγύοις ἢ ὑποθήκαις ἀρεστοῖς τοῖς | ἐπιμελη-ταῖς, καὶ τὸ χωρίον ἐκδωσοῦντι δωτ|ίνας[6] μετὰ τᾶς ἐκκλησίας κατὰ συνγραφάν, ‖ καὶ πράξαντες τὸ διάφορον τοῦ ἀργυρίου[7] καὶ τὰ|ν δωτίναν ἐκ τοῦ χωρίου θυσοῦντι τῶι Π|οσειδᾶνι ἱερεῖον τέλειον καὶ τῶι Διὶ τῶι Σωτῆ|ρι ἱερεῖον τέλειον, βωμὸν ἐσσάμενοι[8] πρὸ τᾶν ε|ἰκόνων αὐτῶν[9] ποὶ[10] τῶι βουλευτηρίωι. τὰν ‖

Litterae volgares praeter ΞΠ, tertii ut quidem videtur a. Chr. n. saeculi. 1 Troezenios hoc mense usos esse testatur Athenaeus XIV, 639 c, a Neptuno Geraestio, quem in Euboeae insulae promunturio Geraesto cultum refert scholiasta Pindari Ol. XIII, 159. W. et K. Quod quoniam illud promunturium in finibus Dryopum Carystum et Styra incolentium situm erat, Troezeniorum vero proximi vicini Hermionenses item Dryopes ex Euboea oriundi erant, haud improbabiliter ad illam gentem haec sacra rettuleris. 2 Suppleverunt W. et K. ex titulo Calaureatico ab ipsis edito Mitth. XX p. 294 n. 4: Ἀγασικλῆ Σωσιφάνεος ἁ πόλις ἀνέθηκε ἀρετᾶς ἕνεκεν καὶ εὐεργεσίας τᾶς εἰς αὐτάν. 3 Plane geminam donationem, nisi quod nihil nisi pecuniae summa dedicatur, testatur titulus eiusdem insulae ap. Collitz Gr. Dialektinschr. III p. 180 n. 3380: ἐπὶ τοῖσδε ἀνέθηκε Ἀγασι(κ)ρατὶς [Τ]εισία τῷ Ποσειδᾶνι ἀργυρίου δραχμὰς τριακοσίας ὑπέρ (τ)ε (α)ὐσαυτᾶς καὶ τοῦ ἀνδρὸς Σωφάνεος καὶ τοῦ υἱοῦ Σωσιφάνεος [κ]αὶ τῶν θυγατέρων Νικαγόρας καὶ Ἀριστο[κ]λείας. Vel eiusdem familiae homines esse nomina produnt, etsi parentelarum ratio accuratius definiri nequit. 4 Cf. Corcyraeam Aristomenis et Psyllae donationem I. G. Sept. III, 694, 8 sqq.: ἑλέσθω δὲ ἁ βουλὰ ἑκαστάκις εἰς ἐνιαυτὸν τοὺς ἐκδανεισοῦντας τὸ ἀργύριον ἄνδρας τρεῖς τοὺς δυνατωτάτους χρήμασιν. 5 Per singulas summas tricenarum drachmarum. 6 Nomen apud scriptores quod sciam ubique de dono usurpatum hic pretium quo ager locatur significat. 7 Usuras pecuniarum quae mutuae dabuntur. 8 Etiam in altero titulo (not. 1) v. 7 [β]ω[μὸ]ν ἐσ[σ]αμένους supplendum fuisse hinc apparet. Volgata forma in hac notione verbi est εἴσασθαι, sed apud Thucydidem III, 58, 5 θυσίας τὰς πατρίους τῶν ἐσσαμένων καὶ κτισάντων ἀφαιρήσεσθαι in optimis libris legitur. W. et K. 9 Agasiclis et Nicagorae. Cf. Dialektinschr. III p. 180 n. 3380, 7: [β]ω[μὸ]ν ἐσσαμένους παρὰ τὰν εἰκόνα τοῦ ἀνδρὸς α[ὐ]τᾶς Σωφάνεος. 10 Cf. Etym. M. 678, 44: ποὶ παρὰ Ἀργείοις

15 δὲ θυσίαν ποιησοῦντι καθὼς ἐν τᾶι στάλαι[11] γέγ|ραπται κατ' ἐνιαυτὸν καὶ τὰ λοιπὰ ἐπιμεληησοῦν|ται ὡς ὅτι χαριέστατα, καὶ εὐθύνους εἰσοισοῦν|τι[12] τᾶι πράται ἁμέραι ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς[13]
20 καὶ λόγ|ον ἀποδωσοῦντι τοῖς αἱρεθεῖσιν εὐθύνοις τᾶι ‖ ἐπεχὲς[14] ἁμέραι καὶ ποτομοσοῦνται τὸν Δία τὸν Σ|ωτῆρα, εἴ μὰν[15] μηθὲν νοσφίζεσθαι. ἐπὶ δὲ τᾶν σπ|ονδᾶν[13] αἱρεισθωσαν τοὺς ἐπιμελη-τὰς εἰς τὸν ἐ|πεχὲς[14] ἐνιαυτὸν τᾶι πράται ἁμέραι.

ἀντὶ τοῦ ποτί, ἀφαιρέσει τοῦ τ, εἶτα συνόδῳ. Frequentissimum id Troezene et Epidauri, sed ne ab aliis quidem Doridis regionibus alienum, ut apud Locros (I. G. Sept. III, 333, 14) et Delphos (cf. mensium nomina Ποιτρόπιος et Ἐνδυσποιτρόπιος) W. et K. Etiam Creticum fuisse docet titulus n. 477, 17. 11 In litteris donationis, quae supra hoc decretum in tabula eadem scriptae fuisse videntur (v. lemma), ut I. G. Sept. III, 694 primum locum in lapide tenet Aristomenis et Psyllae dedicatio, quam excipit populiscitum Corcyraeorum de eis pecuniis administrandis. Contra in illa altera tabula Calaureatica (not. 3) una donatio scripta est, decretum alii lapidi incisum periisse videtur. 12 I. e. ferent ad senatum populumve de euthynis constituendis, ut εἰσφέρειν prope ad vocis εἰσηγεῖσθαι notionem accedat. Etenim ipsis duumviris curatoribus hic mandari negotium euthynos eligendi incredibile existimo, quoniam nihil cogitari potest perversius, quem ei qui pecunias administrat ipsi permitti ut eligat cui rationem reddat. 13 Convivium sollenne cum sacrificio coniunctum (alibi δεῖπνον, δαμοθοινία) haud inepte intellegunt W. et K. 14 I. e. ἐφεξῆς. Neutrum adiectivi paene ignoti ἐπεχής hic ut ἐπάναγκες adverbii vicibus fungi monuerunt W. et K., cum n. 306, 47 ἐπεχεῖ sit, i. e. dativus item adverbii loco usurpatus. 15 Cf. n. 653, 27. Etiam in altero titulo Calaureatico simillimi argumenti (not. 3) v. 14 κατομόσαι εἴ μὰν ὀρθῶς καὶ δικαίως ἐπιμεμελῆσθαι (pro πανορθῶς quod habent editores) legendum esse monent W. et K.

---

579 Orchomeni in ruderibus aediculae ex lapidibus vetustis olim constructae. Primus titulum edidit Clarkius Itin. P. II S. III p. 169, post eum praeter alios Boeckh C. I. G. 1568. W. Larfeld Syll. Inscr. Boeot. 36. R. Meister ap. Collitz Gr. Dialektinschriften I p. 191 n. 495 cum addendis p. 394. W. Dittenberger I. G. Sept. I, 3169 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 607 n. 701). Cf. quae adnotavimus K. Keil Syll. I. Boeot. p. 31 et nos in indice schol. Hal. aest. 1888 p. III sq.

Litteras volgares praeter ΞΣ exhibet Clarkius, cui sane quantum fidei de ea re habendum sit latet.

Δαμοτ[θ]ίδαο[1] ἄρχοντος, | ἱαρειάδδοντος | Ἀντιχαρίδαο Ἀ[θ]ανο|-
δώρω, (ἁ π)όλις[2] Διὶ Μειλί(χ)[υ[3].]
5 Ἀντιχαρίδας Ἀθανοδώρω ἔλ[ε]|ξε· δεδόχθη τοῦ δάμυ, ὅπω[ς]
ἔχω(ν)|θι[4] τῶν πολιτάων τὺ (θ)ό(ο)ν(τ)ες[5] ἐ[ν][6] | (τ)ῦ Μειλιχίυ
10 ο(ὕδ)ατι[7] χρειεῖσθη[8] [πο]|τίμυ[9], κατασκευάττη κ(ρ)[άναν][10] ‖ ἐν
τοῦ ἱαρῦ εἶ πὰρ τὸ (ἰ)αρ[όν[11], εἶ κα] | δοκῖ ἐ[ν][12] καλλίστο[ι[13]
εἶμεν].

---

1 ΔΑΜΟΤΟΙΔΑΟ. Hoc cum tolerasset B., K. Δαμο[κλ]ίδαο proposuit, a litterarum similitudine neutiquam probabiliter. Acutissime emendavit A. Fick ap. Bezzenberger Beitr. zur Kunde der indog. Spr. III p. 277 not. A Δαμόθοινος Boeotorum more formatur hypocoristicum Δαμότθει(ς), cuius rursus patronymicum est Δαμοτθίδας. 2 ΔΡΙΟΛΙΣ. Emendavit Osann. 3 ΜΕΙΛΙΑ. Μειλι(χ)[ίυ] legerunt B. et K., quia v. 9 hanc nominis formam agnoscere sibi videbantur. Atqui illic potius Μειλίχιον fuit, τεμενικόν ab illo nomine derivatum; quare hic Μειλίχυ restituere malui. Utraque scriptura cognominis in variis Graeciae regionibus usitata. In ipsa Boeotia breviorem formam habes Thespiis I. G. Sept. I, 1814 Θυνοκλίδας Διονουσίω Διὶ Μιλίχυ κὴ Μιλίχη. 4 ΕΧΩΡ|ΘΙ. Emendavit Boeckh. 5 ΤΥΟΥΘΝΙΕΣ. Boeckhius emendavit τὺ (θ)ούο)ν(τ)ες, sed (θ)ό(ο)ν(τ)ες etiam proprius ad traditos litterarum ductus accedere neque inconstantiam orthographiae quicquam offensionis habere in titulo Boeotico vidit Ahrens de dialectis I p. 181. 6 Ε|ΧΥΜΕΙΛΙΧΙΥ. Supplevi et emendavi. B. et K. (τοῦ Δὶ τ)ῦ Μειλιχίυ multo violentius, et delubrum Iovis Milichi (not. 3) hic aptissime commemoratur. 7 ΟΧΛΑΤΙ. Emendavi; φιάλῃ K., [θύμ]ατι Ahrens in litteris ad Keilium datis. 8 Cf. 594[2]. 9 Supplevi. [ἐν]|τίμυ K., quod neque de phiala neque de victima (not. 7) recte et usitate dicitur. Quantum momenti in delubris tribui solitum sit aquae ad bibendi usum idoneae, docet decretum Carthaeensium ap. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 308 n. 405, 3 ἐπιμελεῖ[σθαι] (sc. τὸν ἐπιμελητὴν) τῶ[ν] κρην(ῶν) ὡ[ς] ἂν μήτε [λό]ωνται μήτε πλύνωσιν ἐν [ταῖς κρήναις,] ὧν τὸ ὕδω[ρ] εἰ[σ]ιν ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος· [ἐὰν δ]έ τις ἢ λ[ό]ηι ἢ [π]λύνηι τ[ι] ἐν ταῖς κρήναις, κύριος ἔστω ὁ ἐπιμε[λ]ητὴς — ζημιῶν ἄχρι δέκα δραχμῶν, τοὺς δ' — οἰκέτας πληγαῖς κολάζων. 10 ΚΕ. Supplevi et emendavi. Fonte limpido in unoquoque fano opus esse persuasum habebant veteres; cf. Vitruv. I, 2, 20: *naturalis autem decor sic erit, si primum omnibus templis saluberrimae regiones aquarumque fontes in his locis idonei eligantur, in quibus fana constituantur.* Quare si quod delubrum antiquitus constitutum ab hac parte laborabat, egregia cura magnisque sumptibus elaborabant ut huic malo mederentur (cf. n. 580. I. G. Sept. I, 3099: [.... τὸ περὶ τὸ ὕ]δωρ καὶ [τ]ὰ [κρα]|τηρίδια καὶ λε|[ο]ντόκρουνα | καὶ τὰ τὸ περὶ τὴν | κρήνην ἔσω | κατασκεύασμ[α | π]ᾶν καὶ τὸ εἰς | αὐτὴν ὕδωρ [ἐ]|κ τῶν ἰδίων | τῇ θεῷ καὶ τῇ | πόλει. Bull. de corr. Hell. XX p. 720: Ἀπόλλωνι Πυθίῳ ὁ ἀρχιερεὺς τῶν Σεβαστῶν καὶ ἐπιμελητὴς τῶν Ἀμφικτυόνων Τ(ίτος) Φλαύιος Μεγαλεῖνος τὴν κρήνην καὶ τὸ ὑδραγώγιον καὶ τοὺς τοίχους ἐκ τῶν τοῦ θεοῦ προσόδων. 11 ΕΙΠΑΡΤΟΛΛΡ... Emendavit Ahrens de dialectis I p. 184 not. 6. εἶ Boeotice pro ἤ scriptum

esse vix est quod moneam. 12 ΔΟΚΙΕΙ. Emendavi. Nam coniunctivi forma δοκίει offensione non caret, quia ι pro ε in his verbis apud Boeotos vix usquam occurrit insequente vocali ε; nam ut αὐλίοντος, ἀσεβίοντας (n. 120, 3) volgo scribuntur, sic ἀντιποιεῖτη, προστατεῖμεν illi dialecto familiaria sunt. ἴει I. G. Sept. I, 207, 8 (Att. ᾖ) hic in censum non venit, quia titulus extra Boeotiae fines ab homine dialecti ignaro exaratus est. Accedit quod sollennis formula hic non κάλλιστον, sed ἐν καλλίστῳ flagitat; cf. n. 526, 30. I. G. Sept. I, 303, 46. 2849, 15. III, 98, 21. 13 Supplevi. κάλλιστον B. K. Cf. not. 12. Inconstantia qua hic in -οι cadit dativus, cum supra τῦ δάμυ, τῦ Μειλιχίυ, ποτίμυ, τῦ ἱαρῦ scriptum sit, nihil habet insoliti (cf. not. 5).

---

580 Tabula marmoris albi cum aëtomate inventa Oropi in area templi Amphiarai. Ed. B. Leonardos Ἐφ. ἀρχ. 1889 p. 14 (Dittenberger I. G. Sept. I, 3499. P. Foucart Revue de études Grecques VI (1893) p. 1 sqq. Koehler C. I. Att. IV, 2 p. 50 n. 169*b*. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 115 n. 105).

Θεοί. | Ἐπὶ Νικοκράτους ἄρχοντος[1], ἐπὶ τῆς Αἰγῆιδος | πρώτης πρυτανείας, ᾗι Ἀρχέλας Χαιρίου Παλ|ληνεὺς ἐγραμμάτευεν,
5 Μεταγειτνιῶνος ἐνά‖τηι ἱσταμένου, ἐνάτηι καὶ τριακοστῆι τῆς | πρυτανείας· τῶν προέδρων ἐπεψήφιζεν Νικί|ας Θημακειεύς· ἔδοξεν τῶι δήμωι· Χαιριωνίδ|ης Λυσανίου Φλυεὺς εἶπεν· περὶ
10 ὧν ὁ δῆμος πρ|οσέταξεν τῆι βουλῆι προβουλεύσασαν ἐξεν‖εγκεῖν περὶ Πυθέου, καθ' ὅτι τιμηθήσεται ὑπ|ὸ τοῦ δήμου, τύχηι ἀγαθῆι, δεδόχθαι τῶι δήμω|ι, ἐπειδὴ Πυθέας αἱρεθεὶς ἐπὶ τὰς κρήνας[2] τῶ|ν τε ἄλλων τῶν ἐν τῆι ἀρχῆι ἐπιμελεῖται καλ|ῶς
15 καὶ φιλοτίμως, καὶ νῦν τήν τε πρὸς τῶι τοῦ ‖ Ἄμμωνος ἱερῶι[3]

Litterae Ionicae volgares dispositae στοιχηδόν praeter v. 1 cuius quattuor litterae spatiis aequalibus per totam lapidis latitudinem dispositae sunt. 1 Ol. 111, 4 (333/2 a. Chr.). Eiusdem anni sunt tituli n. 551. C. I. Att. II, 169. 492 (cf. A. Wilhelm Ἐφ. ἀρχ. 1890 p. 302), ex quibus qui mensis et prytaniae diem indicant, annum communem fuisse probant. 2 Cf. Aristot. Ἀθ. πολ. 43, 1: τὰς δ' ἀρχὰς τὰς περὶ τὴν ἐγκύκλιον διοίκησιν ἁπάσας ποιοῦσι κληρωτὰς πλὴν ταμίου στρατιωτικῶν καὶ τῶν ἐπὶ τὸ θεωρικὸν καὶ τοῦ τῶν κρηνῶν ἐπιμελητοῦ. ταύτας δὲ χειροτονοῦσιν, καὶ οἱ χειροτονήθεντες ἄρχουσιν ἐκ Παναθηναίων εἰς Παναθήναια. 3 Oraculum Ammonis iampridem a Graecis cum Delphico et Dodonaeo consuli solebat (Arist. Aves 619. 716. Plato Legg. V p. 738 C), sed inter deos quos Athenienses publice colerent proximo ante hoc decretum tempore demum receptus videtur. In δερματικῶν indice n. 620, 32 ipso Nicocratis anno legitur ἐκ τῆς θυσίας τῷ Ἄμμωνι παρὰ στρατηγῶν. Quod sacrificium, quoniam non ut reliqua proximis annis redit, per ipsam occasionem templi inaugurandi deo oblatum esse sagaciter coniecit Fouc.

κρήνηγ καινὴν ἐξωικοδόμηκ|εν, καὶ τὴν ἐν Ἀμφιαράου κρήνην κατεσκεύακ|εν[4], καὶ τῆς τοῦ ὕδατος ἀγωγῆς καὶ τῶν ὑπονόμ|ων[5] ἐπιμεμέληται αὐτόθι· ἐπαινέσαι Πυθέαν | Σωσιδήμου Ἀλωπε-
20 κῆθεν, ἐπειδὰν τὰς εὐθύνα||ς δῶι[6], καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν χρυσῶι στεφάνω|ι ἀπὸ : X : δραχμῶν ἀρετῆς ἕνεκα καὶ δικαιοσ|ύνης τῆς περὶ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν κρηνῶν, ὅπ|ως ἂν καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἀεὶ χειροτονούμενοι ἐ|πὶ τὰς κρήνας φιλοτιμῶνται ἕκαστοι εἰς
25 τὸ||ν δῆμον. ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα καὶ τὸ | τῆς βουλῆς εἰς στήλας λιθίνας δύο τὸν γρα|μματέα τὸν κατὰ πρυτανείαν καὶ στῆσαι μία|ν μὲν ἐν τῶι τοῦ Ἄμμωνος ἱερῶι, μίαν δὲ ἐν
30 Ἀνφ|ιαράου· εἰς δὲ τὴν ἀναγραφὴν τῶν στηλῶν δότ||ω ὁ ταμίας τοῦ δήμου : ΔΔ : δραχμὰς ἑκατέρας | τῆς στήλης ἐκ τῶν εἰς τὰ κατὰ ψηφίσματα ἀνα|λισκομένων τῶι δήμωι.

[Ἔδοξεν τῆι βουλῆι· ὀγδ]όηι καὶ τριακοστῆι | [τῆς πρυτανείας· βουλὴ ἐν βουλευτηρίω]ι· τῶ[ν | προέδρων ἐπεψήφιζεν ---
----------]

4 Paucis ante annis (338 a. Chr.) demum Oropus cum delubro Amphiarai rursus in Atheniensium potestatem pervenerat. 5 In lege Carthaeensi de curatoris aquarum officiis (cf. 579[9]) ap. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 308 n. 405, 3 [ὁ ὀχ]ετὸς ὁ κρυπτὸς commemoratur. 6 Undequadragesimo novi anni die (v. 4 sqq.) nondum rationem reddidisse magistratum anni superioris, cum tamen intra triginta dies id fieri lex iuberet (Harpocration s. v. λογισταί· εἰσὶ δὲ τὸν ἀριθμὸν δέκα, οἳ τὰς εὐθύνας τῶν διῳκημένων ἐκλογίζονται ἐν ἡμέραις τριάκοντα, ὅταν τὰς ἀρχὰς ἀποθῶνται οἱ ἄρχοντες) miretur quispiam. Sed recte Fouc. monuit, curatorem aquarum in magistratu esse ἐκ Παναθηναίων εἰς Παναθήναια (Aristoteles l. l. not. 2), ita ut decimo fere die ante hoc decretum demum eum deposuerit.

---

581 Epidauri in sacello S. Annae. Edd. A. Conze Annali dell' Inst. arch. di Roma 1861 p. 12. Foucart ad Lebas Inscr. II 147*b* (Syll.[1] 362. W. Prellwitz ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III p. 171 n. 3359. P. Cavvadias Fouilles d'Epidaure I p. 50 n. 77. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 635 n. 758).

Θεός, ἀγαθὰ τύχα. | Σκανὰ[1] ἱερέων κ[αὶ] | Διονυσίου νακόρου, | [Θεο]χάριδος πυροφόρου[2].

Litterae ⊏CΩ. 1 Cf. 177, 3. 562, 4. 653, 34 sqq. Rangabé Ant. Hell. 712, 11: καὶ σκανὰν ἐμ πυλαίᾳ τὰν πρώταν ὑπάρχειν αὐτῷ ἐπιμελωμένῳ καὶ κατασκευάζοντι τὸν κόσμον τᾷ Ἀθάνᾳ τᾷ Προναίᾳ. 2 Paene ubique sic

scribitur in titulis Epidauriis (n. 391, 8. Cavvadias Fouilles I n. 36, 6. 37, 3. 38, 5. 44, 3. 45, 3. 61, 4. 62, 4. 85, 5. 86, 3. 88, 3. 90—101). Volgaris forma πυρφόρος illic non invenitur nisi rarissime (Cavvadias I n. 56, 2. 59, 3).

---

582 Lapis Pentelicus qui fuit inaedificatus in turri medio aevo iuxta Propylaea exstructa. Edd. Kumanudis Ἀθηναίου IV p. 201. Ex Koehleri apographo C. I. Att. III Add. p. 484 n. 70*a* (Syll.[1] 363).

[Ὁ σε]μνότατος ἀγ[ω|νοθ]έτης τῶν με[γά|λων] Παναθηνα[ίων[1] | καὶ
5 ἱ]ερεὺς παν[γῆς ‖ Ἑρ]έννιος Δέξ[ιπ|πος] Πτολεμαίο[υ | Ἑρμ]ειος[2]
10 τὸ ἀκρ[ο|στό]λιον τῇ πόλ[ει | τῆς Π]αναθηναΐδ‖[ος σκά]φης[3] καὶ
τὸ ἕδο|[ς τῆ]ς θεοῦ[4] ἀνέστη|[σεν].

Litterae ΗΘΠΣ. 1 Panathenaide trigesima quinta (C. I. Att. III 1202, 1) eo munere Dexippum functum esse eamque Panathenaida Ol. 260, 2 (262/3 a. Chr.) fuisse demonstrare conatus sum Commentationum philologicarum in honorem Th. Mommseni conscriptarum p. 244 sqq. 2 Scriptor rerum nobilissimus. Cf. C. I. Att. III, 714. 715. 716. 717. 3 Cf. n. 197[6]. 4 Simulacrum novum aut certe refectum ad templum devectum esse videtur curru, quem regebat Calpurnius Proclus ephebus, agonothetae necessarius. Certe is in titulo C. I. Att. III 1202, 14 auriga Palladis recensetur, cuius officii nusquam praeterea in titulis ephebicis mentio fit.

---

583 Tabula marmorea inventa Smyrnae in loco qui vocatur *Silvili-tepé*. Ex ectypo chartaceo a M. Kossoni medico confecto editus est titulus Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς ἐν Σμύρνῃ εὐαγγελικῆς σχολῆς, περίοδος β΄ ἔτος α΄ p. 47 n. 166.

Ἀπολλώνιος Μητροδώρου Σπάρος[1], | ὁ πατὴρ τοῦ γενομένου

Etsi litterarum formas ignoramus, tamen quin titulus non ante initia aerae Christianae compositus sit, nulla ex parte dubium est. 1 Cognomina solent quidem formulis ὁ καὶ aut ὁ ἐπικαλούμενος adiungi, at cum alibi nonnunquam, tum Smyrnae haud raro sic nude apponuntur ac tum semper post paternae originis significationem locum habent. Cf. C. I. G. 3194, 2 Μητρόδωρον Ἑρμογένους τοῦ Μητροδώρου Ματρέαν. 3266, 1 Ἀλέξανδρος Ἀνταίου τοῦ Βακχίου Σεπεύτης. 3299, 1 Μελιτίνη Ἀττάλου Τρύφαινα. 3300, 2 τῇ μητρὶ Ναννίῳ Εἰσαγόρου Ἀρτεμοῖ. Quare etiam C. I. G. 3190, 14 ταμιεύοντος Μηνοφίλου Μητροφάνους Ἀμερίμνου, ἐργεπιστατήσαντος Ἀφροδεισίου Φοιβίωνος Παύλου, quod per se propter articulum τοῦ omissum ambiguum est, de Menophilo Metrophanis filio, cognomine Amerimno, et Aphrodisio Phoe-

ἱερέως[2] Ἀπολ|λωνίου τοῦ Ἀπολλωνίου Σπάρου τοῦ | Ἡλίου
5 Ἀπόλλωνος Κισαυλοδδηνοῦ[3], ἀ||νέθηκεν τῷ θεῷ καὶ τῇ πόλει
τὰ κατασκευ|ασθέντα ὑπ' αὐτοῦ, λαβὼν κατὰ ψήφισμα τὴν |
ἀναγραφὴν ποιήσασθαι αὐτῶν ἐν στήλῃ· καὶ | ἔστιν αὐτὸς ὁ
θεὸς ἐπὶ βήματος μαρμαρίνου | καὶ ἡ παρακειμένη τῷ θεῷ
10 τράπεζα λίθου Λεσβί||ου[4] ἔχουσα πόδας ἀναγλύπτους γρῦπας καὶ
πρὸ αὐ|τῆς ἀβάκ(ι)ον μαρμάρινον πρὸς τὴν χρῆσιν τῶν | θυσια-
ζόντων καὶ θυμιατήριον τετράγωνον κα|τεσκευασμένον πέτρας
Τηΐας[5], ἔχον περίπυρον[6] | σιδηροῦν, καὶ ἄγαλμα μαρμάρινον
15 Ἀρτέμιδος ἐ||πὶ παραστάδι[7] μυλίνῃ[8], καὶ Μηνὸς ἄγαλμα ἐπὶ
βάσει | μαρμαρίνῃ, καὶ τράπεζα ποικίλη τετράγωνος, | καὶ
βωμὸς μαρμάρινος ἔχων ἀετὸν ἐν ἑαυτῷ[9] | Διός, καὶ ναὸς ἐξυ-
λωμένος καὶ κεκεραμωμένος | καὶ τεθυρωμένος καὶ κεκλειδωμέ-
20 νος, || ἐν ᾧ καθείδρυνται ἀγάλματα Πλούτωνος Ἡ|λίου καὶ
Κούρης Σελήνης[10] ἐπὶ βήματος | ἐμπεφιεσμένα[11], ἔχοντα καὶ

---

bionis filio, cognomine Paulo intellegere debemus. Ceterum C. I. G. 3235 (Smyrnae) est Ὁ δῆμος Ἀπολλώνιον Μητροδώρου, quem titulum tamen in summa utriusque nominis frequentia vix certa ratione huc referri licet. 2 Aut annuo sacerdotio abierat filius aut, si perpetuum illud erat, vita functus erat. Illud praetuleris, quia non additur διὰ βίου. At paene nimia patris munificentia pro annuo filii honore videtur. 3 Cognomen ceteroqui ignotum, Apollinis cum Sole confusio (cf. not. 10) hic ut ubique inferiorem aetatem prodit. 4 Cf. Philostr. vit. soph. II, 1, 8 p. 239: ὁ δὲ (Herodes Atticus) καὶ τὸ σχῆμα τῆς οἰκίας ἐπ' αὐτῇ (Regilla uxore mortua) ὑπήλλαξε μελαίνων τὰ τῶν οἴκων ἄνθη παραπετάσμασι καὶ χρώμασι καὶ λίθῳ Λεσβίῳ· κατηφὴς δὲ ὁ λίθος καὶ μέλας. H. Blümner Technol. u. Terminol. III p. 45 not. 1. 5 Cf. Dio Chrysost. LXXIX, 2 (II p. 220, 13 sqq. Arnim): εἰ γὰρ ἦν ὄφελός τι χαλκοῦ — ἡ Κορινθίων πόλις ἂν εὐδαίμων ἦν —· εἰ δ' αὖ λίθων εὐχρόων καὶ ποικίλων, ἡ Τηΐων ἢ Καρυστίων καὶ τινῶν Αἰγυπτίων καὶ Φρυγῶν, παρ' οἷς ἔστι τὰ ὄρη ποικίλα. Blümner Techn. u. Term. III p. 51 not. 7. 6 Nomen ceteroqui ignotum manifesto vas ferreum significat quod medio turibulo marmoreo excavato immittitur ad ignem recipiendum. 7 Sic, non ut infra βάσει, dici videtur quia antae modo parieti apposita erat haec basis. 8 Cf. C.I.G. 3371, 4 σὺν τῇ κειμένῃ σορῷ ἔσω μυλίνῃ, [ἐ]ν ᾗ ἔνεστί μου ἡ γυνή; ubi lapidem eius generis, ex quo confici solerent molares, significari monuit Boeckh. 9 Anaglypho in antica parte arae expressa erat aquilae imago. Ceterum Διὸς a βωμός, non ab ἀετὸν pendere vix est quod moneatur. 10 Memorabile diversorum deorum confusionis exemplum, quo Sol cum Dite Patre, Luna cum Proserpina iidem esse existimantur, peritioribus expediendum relinquo. 11 Vox inaudita; cum infra v. 25 ἐμπεφιασμένην legatur et fluctuatio inter πιέζω et πιάζω nota sit, mihi in mentem venit aspiratione ex ἐμπεπιεσμένην, ἐμπεπιασμένην illas formas natas esse. Etenim

παστῆον[12] ξύλι|νον ναοειδὲς καὶ παστὸν[13] λινοῦν, καὶ παρ' ἑκα-
25 τέ|ρᾳ τῶν εἰσόδων βωμὸς Φωκαϊκός[14], καὶ κλεῖν ‖ κεχρυσωμένην
καὶ ἐμπεφιασμένην[15] πρὸς | τὴν λογήαν[16] καὶ πομπὴν[17] τῶν
θεῶν καὶ στεγνὰ | ἐπίπεδα[18] καὶ ἐπ' αὐτῶν στοὰν κατῳκοδο-
μημέ|νην καὶ κεκεραμωμένην πρὸς τὴν οἴκησιν τῶν | ἱεροδούλων
30 καὶ τὸν θεὸν θεραπευόντων, καὶ ‖ τὴν ἐνδώμησιν[19] τοῦ τεμέ-
νους καὶ θεμελί|ωσιν ἐν τετραγώνῳ διὰ σπαράγματος[20], ἵνα |
ἦν ἐπίπεδον ἐν ὁμαλῷ τὸ τέμενος, καὶ ὅπλα | τῷ θεῷ παρα-
κείμενα τοῦ κόσμου χάριν | σιδηρᾶ ὀκτώ.

ἐμπιέζειν (Plut. Platon. quaest. 7, 4 p. 1005 A ὅταν οὖν ἐμπιεσθῇ τὸ σιτίον) vim infigendi vel firmiter immittendi (ἐμπηγνύναι) habere et arcte cum ἐπὶ βήματος coniungenda esse hic haud inepte statuas; infra sane, in loco omnibus nominibus perobscuro, minus bene quadrat. 12 I. e. παστειῶν; nomen ceteroqui ignotum sine dubio arcam in aediculae figuram elaboratam significat, in qua παστός (not. 13) asservatur. 13 Cf. Pollux Onom. III, 37 τὸ δὲ παρὰ τῇ εὐνῇ παραπέτασμα παστός. Hic sane aliud veli genus significari videtur, quo fortasse simulacra antea commemorata festis diebus involvebantur. 14 I. e. λίθου Φωκαϊκοῦ, ut in titulo item Smyrnaeo C. I. G. 3268, 8 dicitur σορὸς Προκοννησσία. 15 Cf. not. 11. 16 Fluctuat titulorum, papyrorum, librorum manuscriptorum memoria inter λογεία et λογία (v. Stephanus Thes. s. v.). At cum de verbo λογεύειν constet, lex sermonis λογεία veram scripturam esse evincit, pro qua hic consueto aetatis Romanae, praecipue primi a. Chr. et primi p. Chr. n. saeculi errore λογήα exaratum est. Significat collectionem pecuniae (ἀγερμόν). Sed quis in ea sit clavis usus, non perspicio, nisi λογείαν καὶ πομπὴν arcte inter se coniuncta unam caerimoniam efficere statuas. 17 Clavis illa inaurata in pompa gestata esse videtur, ut Stratoniceae sollennibus quibusdam nomen κλειδὸς ἀγωγή fuit (n. 420[8]). 18 Pavimenta accurate constrata significari videntur, etsi aliud exemplum nominis ἐπίπεδον sic usurpati novi nullum. 19 Haec orthographia (pro ἐνδόμησις) nova est. Si modo, ut quidem videtur, ἐνδώμησις et θεμελίωσις duas diversas inter se res indicant, illa vix aliud esse potest atque opus totam aream muro cingendi. 20 Hic σπάραγμα, quod plerumque de parte cuiuslibet rei violenter avolsa usurpatur, collective (cf. πτῶμα n. 318[8]) de frustulis lapidum comminutorum, quibus area sternitur, dictum videtur.

---

584 Tabula marmorea inventa Smyrnae. Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς ἐν Σμύρνῃ εὐαγγελικῆς σχολῆς, περίοδος Α (1873—75) p. 102 n. 104 (Syll.[1] 364. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 624 n. 728).

[Ἰ]χθῦς ἱεροὺς μὴ ἀδικεῖ(ν) | μηδὲ σκεῦος τῶν τῆς | θεοῦ[1] λυ-
5 μαίνεσθαι, μηδὲ | [ἐ]κφέρειν ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐπ[ὶ] ‖ κλοπῆ. ὁ τούτων
τι ποιῶν | κακὸς κακῇ ἐξωλείᾳ ἀπό|λοιτο, ἰχθυόβρωτος γενόμε|-
10 νος· ἐὰν δέ τις τῶν ἰχθύ|ων ἀποθάνῃ, καρπούσθω[2] ‖ αὐθημερὸν
ἐπὶ τοῦ βωμοῦ· | τοῖς δὲ συμφυλάσσουσιν | καὶ ἐπαύξουσιν τὰ
15 τῆς | θεοῦ τίμια καὶ τὸ ἰχθυο|τρόφιον αὐτῆς βίου καὶ ‖ ἐργασίας
καλῆς γένοιτο | παρὰ τῆς θεοῦ ὄνησις.

---

1 Dea sine dubio Atargatis (Athen. VIII p. 346 d. Strabo XVI 1, 27 p. 748 Cas.) sive Derceto (Diodor. II, 4, 2. 3. Ctesias ap. Strabonem XVI 4, 27 p. 785) est. Nam ei a Syris sacros pisces ali solitos esse, quos interficere nefas putarent (Xen. anab. I, 4, 9), satis constat. Neque veri dissimile est, Smyrnae Atergatin templum habuisse, cum cultum eius ex Syria usque ad Graecos Aegaei maris insulas incolentes propagatum esse aliis testimoniis constet: Ut enim titulum Astypalaeae repertum n. 768 recentiore aetate demum ex Syria illuc devectum largiamur editori, Deli certe fanum eius fuisse magna adorantium frequentia celebratum testantur tituli dedicatorii haud pauci nuper effossi (n. 767, 5. Bull. de corr. Hell. VI p. 495 n. 12 sqq.). 2 καρποῦν comburendi notionem habet, proprie de fructibus quae deis offeruntur usurpatum, sed translate etiam de qualibet alia re.

---

585 Basis marmoris candidi, semicirculari figura, cum pedibus simulacri in superficie, in Propylaeis. Edd. Ross Arch. Aufsätze I p. 188 et post multos alios Kirchhoff C. I. Att. I 335 (E. L. Hicks Manual of Greek hist. inscr. p. 50 n. 36. Syll.[1] 365). Cf. quae disputavit P. Wolters Mitth. des arch. Inst. in Athen XVI (1891) p. 153 sqq.

Ἀθεναῖοι τεῖ Ἀθεναίαι (τ)ῆι[1] Ὑγιείαι[2]
Πύρρος ἐποίησεν Ἀθεναῖος[3].

Litteratura Attica (praeter H v. 2). 1 ΙΕΙ. 2 Cf. Plut. Pericl. 13 τὰ δὲ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως ἐξειργάσθη μὲν ἐν πενταετίᾳ Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος· τύχη δὲ θαυμαστὴ συμβᾶσα περὶ τὴν οἰκοδομίαν ἐμήνυσε τὴν θεὸν οὐκ ἀποστατοῦσαν, ἀλλὰ συνεφαπτομένην τοῦ ἔργου καὶ συνεπιτελοῦσαν. ὁ γὰρ ἐνεργότατος καὶ προθυμότατος τῶν τεχνιτῶν ἀποσφαλεὶς ἐξ ὕψους ἔπεσε καὶ διέκειτο μοχθηρῶς ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἀπεγνωσμένος. ἀθυμοῦντος δὲ τοῦ Περικλέους ἡ θεὸς ὄναρ φανεῖσα συνέταξε θεραπείαν, ᾗ χρώμενος ὁ Περικλῆς ταχὺ καὶ ῥᾳδίως ἰάσατο τὸν ἄνθρωπον. ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ τὸ χαλκοῦν ἄγαλμα τῆς Ὑγιείας (libri Ὑγείας) Ἀθηνᾶς ἀνέστησαν ἐν ἀκροπόλει παρὰ τὸν βωμόν, ὃς καὶ πρότερον ἦν, ὡς λέγουσιν. Huic narrationi fidem habendam esse negat W. cum quia populus Atheniensium, non Pericles, statuam dedicaverit, tum quia ex ipsius positura appareat, tum demum basin positam esse, cum iam Propylaeorum aedificatio

bello Peloponnesiaco interpellata et relicta esset. Qua de causa propter finem funestae illius pestilentiae quae anno 430/29 a. Chr. Atticam vexasset, populum simulacrum dedicasse coniecit idem. Ceterum sacra ipsa Minervae Hygiae antiquiora fuisse Periclis aetate ut testatur Plutarchus ita confirmant titulorum dedicatoriorum saeculi sexti fragmenta quae commemorat W. 3 Cf. Plin. N. hist. XXXIV, 80: *Pyrrhus (fecit) Hygiam Minervam* (libri interponunt *et*, quod delevit Ross).

---

586 Tabula marmoris albi opisthographa, inventa Athenis in arce, translata ab Elgino Londinium, ubi exstat in museo Britannico. Ed. Chandler Inscr. ant. II p. 42 (Boeckh C. I. G. 150. Staatsh. der Ath. II p. 240). Hicks Inscr. Gr. mus. Brit. I, 29 (Koehler C. I. Att. II 652. Syll.[1] 366).

a

795, 1 Ἐργία. 797, 2 Ἰαροφῶ[ντος]. 804, 2 Ἀγη[σ]άρχου) partim familiarum (τῶν Θάλλιος καὶ Δαϊπόλιος ἐγγόν[ω]ν 791, 1 sqq. Ἀργ.....εος ἐκγ[όνω]ν 793, 1, 2. Ἀγησίπ(π)ου καὶ ἐγγόνων 798, 3). Sunt igitur haec manifesto privatorum sacrificia, sed oblata illa quidem per occasionem feriarum publicarum (not. 3). Cf. n. 589[23]. Ceterum hic singula sacra semel facta, ut n. 625, non statis quotannis diebus in posterum facienda ut n. 622. 623, designari manifestum est. 2 Quae laetitiae causa (πρὸς χαράν) fiunt interpretatur Hi. Sed mireris, ei qui testis oculatus hos titulos inde a quinto usque ad tertium a. Chr. n. saeculo incisos referat offensioni non fuisse praepositionis formam Atticam πρός tam antiquo tempore, praesertim in vocabulo iuris sacri, apud Rhodios usurpatam esse et constanter quidem. Quod cum appareat nullo pacto credibile esse, mihi προσχάραιος potius ex προεσχάραιος natum videtur, i. e. πρὸ τᾶς ἐσχάρας γιγνομένα. De praepositionis usu et notione cf. Eurip. Ion. 388. 389 προβωμίοις σφαγαῖσι μήλων. Et crasi vocalium οε nasci ω in nomine substantivo a προ incipiente, et hoc ω correptione ο fieri Doricae dialecti legibus accommodatum est. Illud enim testantur nomen πρώγγυος et verbum πρωγγυεύειν in tabulis Heracleensibus Inscr. Gr. Sic. et It. n. 645, 100. 104. 107 sqq., cum compositum προένγυοι sine crasi habeas supra n. 478, 7, huius vero rei exempla perfrequentia sunt ut δαμιοεργός, δαμιωργός, δαμιοργός; Βολοέντιος, Ὀλόντιος. Unum ambigas quamnam potissimum notionem tribuas nomini perquam varia vi usurpato ἐσχάρα, de quo cf. E. Reisch ap. Pauly-Wissowa Realencyklopaedie I, 2 p. 1663. Sed mihi maxime ea sententia arridet, aram temporariam (cf. αὐτοσχέδιοι ἐσχάραι Paus. V, 13, 8 all. a Reischio p. 1671) designari, quae cuiusque sacrificii causa simplicissima structura erigatur et peracto rursus tollatur. Sic adiectivo προσχάραιος hae privatorum immolationes distinguuntur ab illo sollenni sacrificio quod populi nomine eodem die in ara ante templum sita fit. 3 Reliqui eiusdem generis tituli (v. not. 1) plerumque idem habent (Inscr. ins. mar. Aeg. I n. 793, 3. 794, 2. 795, 2. 796, 3. 801, 1); rarius Βουκόπια legitur (n. 798, 2). Aliquotiens duplex appellatio Βουκόπια Θευδαίσια (n. 791, 5. 804, 3), invenitur, semel (n. 803) unius nominis Θε[οδ]αί[σια] relliquiae agnoscuntur. Dativus indicat ferias publicas esse, per quarum occasionem sacra illa a privatis oblata sint; neque vero minus recte ipsa sacrificia Βουκόπια Θευδαίσια vocantur. Mense Theudaesio, cuius locus in fastis Rhodiorum sane incertus est (cf. n. 622[1]), boves Herculi qui Βουζύγης appellabatur, Lindi mactari solitos (Lactant. inst. div. I, 21. Conon narr. 11. Apollod. Bibl. II 118 Wagner), cui caerimoniae cum agri cultura arctissima necessitudo intercedebat, summa cum veri specie hic agnovit Hi. Qui quod de gentilicia illorum sacrorum natura ex his titulis collegit, id sane mihi non persuasit; immo distinguenda haec privatorum sacrificia, quae per occasionem Bucopiorum Theudaesiorum festi suo quisque arbitrio aut solus aut cum suis faciebat, a publico ac sollenni populi Lindiorum.

---

627 Marmor album, inventum Mileti in scaena theatri inaedificatum, exstat Parisiis (*Musée du Louvre*). Ed. O. Rayet Revue

arch. XXVIII (1874) p. 106 (Syll.[1] 376). Ex ectypo chartaceo F. Bechtel Inschriften des ionischen Dialekts p. 69 n. 100, cum imagine photolithographa tab. 3 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 623 n. 726).

----------ντων. λαμβάνειν[1] δὲ τὰ δέρματα κ[αὶ] τὰ ἄλλα γέρεα· ἢν ἐν θ[ύητ]αι, λά[ψε|ται[2] γλῶσ]σαν, ὀσφύν, δασέαν[3], ὥρην[4]. ἢν δὲ πλέω θύηται, λάψεται ἀπ᾽ ἑκάστου ὀσφύ[ν, | δασέ]αν καὶ γλῶσσαν, καὶ κωλῆν μίαν ἀπὸ πάντων. καὶ τῶν ἄλλων θεῶν τῶν | [ἐντ]εμενίων ὅσων ἱερᾶται ὁ ἱέρεως[5], λάψεται

Litterae Ionicae formae volgaris. Hastae hic illic paullulum inflexae, extremae earum partes dilatatae ac nonnunquam veris apicibus ornatae. Tertii a. Chr. n. saeculi ineuntis aut fortasse quarti ad finem vergentis est; utique cum Ra. ad quintum referre nullo modo licet. 1 Ad sacerdotem qui sacrificiis publicis interest verbum spectare sequentia docent. De pellibus cf. n. 589, 29. 2 Syllabae primae vocalis corripienda est; aliter enim ᾱ pro η in dialecto Ionica offensionem haberet. Milesiorum eorumque colonorum (κατελάφθη Zeleae n. 154, 7) hoc esse, quorum dialecto etiam Herodotus (λελάβηκε IV, 79. ἀπολελαμμένοι IX, 51) et Hippocrates usi essent, monuit Becht. 3 Recte hoc nomen substantivum esse, non adiectivum ad ὀσφύν relatum, statuit R., qui tamen quaenam victimae pars indicaretur definire non ausus est. At non potest de alia ac de pelle hirsuta intellegi; nempe ut alibi pellem inter ἱερεώσυνα fuisse docet Arist. Thesm. 758 τουτὶ τὸ δέρμα τῆς ἱερείας γίγνεται (cf. etiam n. 601, 12), sic in hoc ipso titulo quae nunc singillatim enumerantur, v. 1 vocibus τὰ δέρματα καὶ τὰ ἄλλα γέρεα comprehensa sunt, et v. 7. 8 peregrinus qui sacra faciet eadem dare iubetur quae civitas det praeter pellem. 4 Vocem Ionicam Becht. primus monstravit in Schol. Hom. μ, 89 ἀώρους· Ἀρίσταρχος ἀκώλους. τοὺς γὰρ Ἴωνας λέγειν φασὶ τὴν κωλῆν ὥρην καὶ ὡραίαν. Perbene idem comparat Latinum *sura*; sed hic titulus eo nomine a scholiastae testimonio discrepat, quod v. 4. 5 κωλῆν et ὥρην distinguit. Quo iure hanc Becht. ὠμοπλάτην esse dicat, non assequor. 5 Sic scripsi. ἱερεώς R., qui de ionicis diphthongis εο et αο pro ευ et αυ mentionem inicit. At ω in his diphthongis nusquam praeterea invenitur. Contra ab composito ἀρχιέρεως (ἀρχ-ιέρηϝ-ο-ς), quod ab ἱερεύς derivatum est ut ἡμιέκτεων (ἡμι-έκτηϝ-ο-ν) ab ἑκτεύς, hanc declinationem etiam in nomen primitivum permanasse iam veteres grammatici non ignorabant (Bekk. Anecd. p. 1197, 24), qui sane iniuria eam Atticis tribuisse videntur. Immo Ionismi Milesiorum propriam fuisse nunc pluribus testimoniis constat: etenim cum hic nominativum habeamus, genetivus ἱέρεω est in titulis Olbiopolitarum (n. 226, 23. 33. 59, cf. not. 7) et Tomitarum (Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich VI p. 8 n. 14, ubi editor iniuria ἱερέω(ς) emendavit), quos utrosque Milesiorum colonos fuisse constat. Inde ad propinquos Iasenses manasse videtur (n. 602, 8). Bechtel nominativum ἱέρεως ad exemplum genetivi ἱέρεω factum sumit, eum vero legitime deduci ab

5 τὰ γέρεα τὰ αὐτὰ καὶ κωλῆν ἀντὶ ‖ [τῆ]ς ὥρης, ἢμ μὴ βασιλεὺς[6] λαμβάνηι. ἢν δὲ εὐστὸν[7] θύηι ἡ πόλις, λάψεται γλῶσ|σαν, ὀσφύν, δασέαν, ὥρην. ἢν ξένος ἱεροποιῆι τῶι Ἀπόλλωνι, προϊερᾶσθαι[8] τῶ[ν] | ἀστῶν ὃν ἂν θέληι ὁ ξένος, διδόναι δὲ τῶι ἱερεῖ τὰ γέρεα ἅπερ ἡ πόλις διδοῖ π[άν|τα] χωρὶ[ς] δερμάτω[ν,] π[λὴν][9] τοῖς Ἀπολλωνίοις ------

ἱερής Arcadum et Cypriorum. Verum hunc nominativum etiam apud Ionas unquam fuisse non traditur. 6 Rex sacrificulus, quales, ut Athenis, ita in aliis quoque Ionicis civitatibus, veluti Prienae, Ephesi, fuisse constat (C. F. Hermann Staatsalterth. § 56, 15). 7 Ab εὔειν verbo descendere hoc nomen monuit Egger apud R. Putaverim victimam designari quae tota (praeter ἱερεώσυνα illa) comburatur (ὁλοκαυτεῖν). 8 Cf. 484[5]. 9 Supplevit Bechtel coll. n. 589, 34.

628 Fragmenta duo marmoris albi, nusquam quidem inter se contingentia, sed tamen manifesto ad eandem tabulam pertinentia. Utrumque integrum a sinistra, mutilum a reliquis partibus. Inventa Eleusine. Edd. A. N. Skias Ἐφημ. ἀρχαιολ. 1895 p. 97 n. 12.

a

.....ν εἰς Ἐλευσίνιο[ν]
πένπτει ἱσταμένου[1]
ἱεροφάντηι καὶ κήρυκι
[εἰ]ς ἄριστον τὴν ἑορτὴν[2]
5 προαγορεύουσιν τῶν
ΗΙΙΙ Προηροσίων[3]

Litterae Ionicae volgares praeter Ξ, non dispositae στοιχηδόν. Quarti a. Chr. n. saeculi ad finem vergentis aut tertii ineuntis esse videtur. 1 Pyanepsionis, ut discimus ex eis quae infra de Proërosiis et Pyanepsiis leguntur (not. 3. 4). 2 Vides non recte A. Mommsen Feste der Stadt Athen p. 192 not. 5 dubitare num usquam Proërosia ἑορτή appellentur. 3 Cf. Etym. M. 688, 44: Προηρόσια ὄνομα θυσίας ὑπὲρ τῶν καρπῶν γινομένης (sic n. 615, 16 ὑπὲρ καρποῦ Δήμητρι ὖν. 24 ὑπὲ[ρ] κα[ρ]πῶν Διὶ Χθονίῳ, Γῇ Χθονίῃ). Hesych. προηρόσια· τὰ πρὸ τοῦ ἀρότου θύματα. Κλείδημος (καὶ ὁ δῆμος cod., em. Ruhnken) δὲ αὐτὰ προαρκτούρια καλεῖ. n. 521, 28: τοῖς τε Προηρεσίοις ἤραντο τοὺς βοῦς ἐν Ἐλευσῖνι καὶ ἐλειτούργησαν ἐν τῷ ἱερῷ εὐτάκτως. De tempore A. Mommsen Feste der Stadt Athen p. 194 ita disputat, ut omnino Boëdromiona et Pyanepsiona in censum venire dicat, sed illum mensem praeferat propter nomen προαρκτούρια. Id enim non referendum ad occasum

	ἑβδόμηι ἱσταμένου	ΔΔ
	ΔΔ Ἀπόλλωνι Πυθίωι[4] [α]ἴξ	ἱε[ρ
	καὶ τὰ ἐφ' ἱεροῖς[5], πρό(τ)ονον[6]	τελ-------
10	καὶ τὰ μετὰ το[ύτ]ου	Ποσ[ειδῶνι[12] ----]
	τράπεζαν κοσμῆσαι[7]	πελ(α)[νὸς[13] ----]
	τῶι θεῶι, ἱερεώσυνα ἱε[ρ]εῖ[8]	ιλ . ε . ς ------
	----------[9]	

vespertinum, quem a. d. quartum nonas Novembres accidere dicit Plinius N. hist. XVIII, 313, sed ad ortum matutinum, a quo μετόπωρον incipiat medio mense Septembri. Atque hoc quidem volgo uti in tempore anni definiendo veteres, illum raro commemorari recte dicit. Sed non a nomine quod uno testimonio scriptoris cuius liber non exstat commemoratum fuit, in qua re nescio quis error latere potest, sed a sollenni appellatione proficiscendum est. Quam non ita interpretandam, ut aliquo anni tempore quod aratione prius sit haec sacra facta sint, sed ut ipsa statim excipiat agricolarum labor cuius causa ea deis offeruntur, luce clarius est. At arationem et sementem Pyanepsione demum mense, post primos imbres auctumnales, fieri consuevisse ipse Mommsenus (p. 6. 14. 195. 310. 324) identidem inculcat. Adde quod quae hic de septimo eiusdem mensis die scripta sunt v. 7 sqq., manifesto (not. 4) ad Pyanepsia spectant. Luculentissime igitur hoc titulo confirmatur H. Sauppii sententia Or. Att. II p. 271, 17, Proërosia et Pyanepsia, tempore non multum inter se distantia, ita ab Atheniensibus conexa esse, ut Pyanepsiis Proërosiorum ab Apolline institutorum grati memoriam recolerent. 4 Cf. Harpocr. s. v. Πυανόψια· Ἀπολλώνιος καὶ σχεδὸν πάντες οἱ περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑορτῶν γεγραφότες Πυανεψιῶνος ἑβδόμῃ τὰ Πυανέψια Ἀπόλλωνι ἄγεσθαί φασιν. Pythium potissimum Apollinem fuisse etsi ille non addit, tamen inde apparet, quod oraculum, quo ille per summam frumenti inopiam suaserat ut Proërosiorum sacra instituerent, huic sacrificio ansam praebuerat. Cf. Schol. Aristoph. Equit. 729 οἱ μὲν γάρ φασιν ὅτι λιμοῦ, οἱ δὲ ὅτι καὶ λοιμοῦ τὴν πᾶσαν κατασχόντες οἰκουμένην, χρωμένων τίνι ἂν τρόπῳ παύσαιτο τὸ δεινόν, τὴν λύσιν ταύτην ὁ Πύθιος ἐμαντεύσατο, εἰ προηρόσιον ὑπὲρ ἁπάντων Ἀθηναῖοι θύσειαν. Nulla igitur ex parte dubium est, quin hic in Pyanepsiorum feriis et in mense Pyanepsione versemur. 5 Eadem ni fallor quae n. 617, 24 θύστρα appellantur. 6 Emendavi. ΠΡΟΓΟΝΟΝ Sk., sed litteras ΟΓΟ incertas esse significat. Sumpsi linteum quod in mensa extenditur significari coll. Polluc. X, 191 εἰ δὲ βούλει καὶ ἄλλα τῶν ἱερῶν σκευῶν, ἔστι μὲν ὑφάσματα, καλεῖται δὲ ἱστριανόν, προτόνιον, ἡμίμιτρον. Quae etsi textilia sunt, tamen non vestes intellegendas esse ex voce σκευῶν colligimus. Quare haud absurde ad ornatum mensae (v. 11) refertur; id sane ambiguum, utrum ipsam formam vocis quam Pollux praebet restituas an πρότονον retineas. 7 Cf. n. 613, 2. 8 ΙΕΟΕΙ. Emendavi; Sk. intactum reliquerat. 9 Hic diei significationem fuisse apparet, quia ea quae proxime sequuntur non iam ad Pyanepsia spectant, sed manifesto ad Thesmophoria, quae ante medium mensem Pyanepsiona acta esse constat (A. Mommsen Feste der Stadt Athen

ἱε[ρο]φάντηι καὶ τα[ῖ]ς ΔΔ
15 ἱερείαις[10] ταῖς [ἐν] Ἐλ[ε]υσῖν[ι][11]
ἐν τεῖ πανν[υ]χ[ί]δι
παρέχειν
ψαιστὰ καὶ .τ----

b

π[ρ]ὸς [τ]ὸ μέγαρον
20 Δ ------μετρα τῆι ἱερείαι[14]
τῆι τοῦ Πλούτωνος[15] ἱερείαι
----------σας τοῖν Θεσμο[φόροιν]
----------ι κανοῦν
----------ς ξύλα ἐπὶ τὸν βωμὸν καὶ -----

p. 19 not. 3). Sed quinam potissimum numerus reponendus sit diiudicare non audeo. 10 Cf. n. 587, 293. 11 Supplevi. ταῖς ------(ο)ῦσιν Sk. At hoc, ut alia mittam, --ούσαις esse debebat. 12 Quaenam Neptuni sacra hic indicentur, latet, quia hoc fragmentum alius columnae est, ita ut ad aliquem ex eis mensibus qui post Pyanepsiona sunt referendum constet, sed ad quemnam potissimum spectet in medio relinquendum sit. 13 ΓΕΛΛ. Supplevi et emendavi. Cf. n. 209. 14 Cf. n. 587, 74. 127. 305. 15 Cf. n. 587[98].

---

629 Tabula marmoris candidi a. 1866 in Olbiae parietinis inventa, exstat Mosquae in museo historico. Edd. Th. Struve Act. societ. Odess. VI (1867) p. 2 (inde K. Müllenhoff Hermae III p. 442). Mus. Rhen. XXIV p. 559. B. Latyschew Inscr. or. sept. Ponti I p. 77 n. 46 cum Addendis p. 221 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 611 n. 705).

Ἑπταδεύσαντες[1] | ἐπεμελήθησαν τοῦ | θησαυροῦ·
Ἡρόδοτος Παντακλέους
5 Ἐπιχάρης Διονυσοφάνους
Ποσειδώνιος Εὐκράτους
Ἀδείμαντος Ἀπα[τ]ουρίου
Ἱστικ[ῶ]ν Μητροδώρου

Litterae vulgares praeter ΞCω; O minore modulo exarata quam reliquae. Tertii a. Chr. n. saeculi est titulus (cf. not. 2). 1 Cf. n. 226, 2 οἱ ἑπτά. Eosdem etiam in nummis Olbiopolitanorum inscriptos inveniri monuit Lat. in Addendis.

Λεοντομ[έ]νης Ἡροσῶντος[2]
10 Ἡρακλείδης Εὐβίου.
Τοὺς θύοντας ἀπάρχεσθαι | [ε]ἰς τὸν θησαυρόν· | βοὸς μὲν
15 χιλίους διακοσίους, | ἱερείου[3] δὲ καὶ αἰγὸς τριακοσίους, ‖ [τ]έ[ρ-φ]ους[4] δὲ ἑξήκοντα.

2 Frater esse videtur Protogenis Herosontis f., cuius de Olbiopolitanorum civitate merita prolixe praedicantur titulo n. 226. 3 Ovis. Str. 4 Supplevit V. Jernstedt apud Lat. Cf. Nicandri Theriac. 323. Alexipharm. 268.

630 Parva tabula marmoris candidi, in loco *Kontochori* prope urbem Theram. Edd. Göttling Bullettino dell' Inst. Rom. 1841 p. 57. L. Ross Annali dell' Inst. Rom. XIII p. 22. Ex utroque exemplo Boeckh C. I. G. 2465 *f*. Rangabé Ant. Hell. 895 (Syll.[1] 377. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 616 n. 715). Ex A. Schiffii apographo et ectypo chartaceo F. Hiller von Gaertringen Inscr. ins. mar. Aeg. III p. 103 n. 436.

5 Οὖροι : γᾶς[1] | Θεῶν Ματρί[2]. | Θεὸς ἀγαθᾶι τ|ύχαι ἀγαθοῦ δ‖αί-μονος. θυσία | Ἀρχίνου[3]· τῶι ἔτ|ει τῶι πρατίστ|ωι[4] θύσοντι
10 βοῦ|ν καὶ πυρῶν ἐγ ‖ μεδίμνου : καὶ | κριθᾶν ἐγ δύο μ|εδίμνων
15 καὶ οἴνο|υ μετρητὰν καὶ ἄλλα | ἐπάργματα[5] ὧν αἱ ὧρ‖αι φέρουσιν, μηνὸς Ἀρτε|μισίου πέμπται ἱσταμ|ένου καὶ μηνὸς Ὑακινθίο|υ πέμπται ἱσταμένου.

Litterae volgares Ionicae. ΘΟΩ reliquis aliquanto minores. 1 Sic recte R. B. Γᾶς G., qui addit '*titulus inscriptus erat cippo indicanti terminos fundi Terrae vel matri deorum sacri*'. At haec vocabula significare non posse apparet. 2 Dativus insolitus propter antecedentem genetivum γᾶς scriptus est. Matris deorum dedicationes Theraeae duae sunt Inscr. mar. Aeg. III p. 103 n. 437. 438. 3 Archinus fundum Matri deorum dedicaverat et simul sacrificium instituerat (ut Xanthus n. 633, 1 sqq.). B. 4 Primum veris initium intellexit Göttling, quod suo iure reiecit Boeckh. Immo proximus post haec sacra instituta annus intellegendus est; recte Boeckhius interpretatur '*inde a proximo post sacra instituta anno*', non quo haec ipsa in illis verbis inesse possent; sed praecipitur, ut iam proximo anno haec fiant, non in posteriora tempora differantur. Cum vero fieri coepta essent, quotannis eodem modo iteranda esse, vix opus erat definite enuntiari. 5 Sic Rangabé et Schiff; ἀπάργματα reliqui. In titulo Eretriensi n. 277, 9 ἐπάρχεσθαι similiter usurpari adnotavit Hi. Cf. praeterea n. 587, 181. 263. 288. 297, ubi ἐπαρχή et ἀπαρχή promiscue de eadem re leguntur, et n. 589, 20 ἐπαρχὴν δέ διδοῦν.

631 Tabella marmoris Pentelici infra fracta, inscripta a quattuor partibus, inventa in Piraeeo. Edd. Dragatsis Ἐφ. ἀρχ. 1885 p. 86. Koehler C. I. Att. II, 1651. (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 579 n. 672.)

in fronte:

Θεοί. | Κατὰ τάδε προθύεσθα|ι[1]· Μαλεάτηι[2] πόπανα τρ|ία,
5 Ἀπόλλωνι πόπανα τ‖ρία, Ἑρμῆι[3] πόπανα τρί|α, Ἰασοῖ πόπανα
τρία, Ἀ|κεσοῖ πόπανα τρία, Πα|νακείαι πόπανα τρία, | κυσὶν[4]
10 πόπανα τρία, κυ‖νηγέταις[5] πόπανα τρία

Litterae Atticae volgares. V. 1. 11. 12 reliquis maiores litteras habent. Vs. 2—9 accurate στοιχηδόν dispositi, reliqua non item. Lateris sinistri inscriptionem (v. 19—28) recentiorem esse reliquis ex scriptura collegit Drag., sed etiam v. 11—18 aliam manum prodere, etsi eodem fere tempore incisa essent, ac v. 1—10, quam antiquissimam partem utique non multo post initium quarti a. Chr. n. saeculi exaratam appareret, observavit K. 1 Priusquam Aesculapio (v. 13) res divina fiat, placentae offerendae sunt deis συννάοις, quorum in numero praeter tres filias comparent Apollo et Maleates (not. 2), quorum de necessitudine cum illo constat, et Mercurius de quo v. not. 3. 2 Cf. Ἐφ. ἀρχ. 1885 p. 65 v. 29 sqq.: οὐδέ κε Θεσσαλίας ἐν Θρίκκῃ πειρηθείης εἰς ἄδυτον καταβὰς Ἀσκληπιοῦ, εἰ μὴ ἐφ' ἁγνοῦ πρῶτον Ἀπόλλωνος βωμοῦ θύσαις Μαλεάτα. Cui titulo cum de προθύματος ritu cum hoc conveniat, tamen eo discrepat, quod Μαλεάτης illic nihil est nisi cognomen Apollinis, cuius rei etiam alia haud pauca exstant cum scriptorum tum titulorum, praecipue Epidauriorum, testimonia (Cf. Höfer ap. Roscher Lexikon der gr. u. röm. Mythologie II, 2 p. 2302 sq.), at hic ab eo distinguitur. Quod Wilamowitz Isyllos von Epidauros p. 100 sine dubio recte ita interpretatus est, ut Maleaten deum antiquum labente tempore demum cum Apolline confusum statueret. 3 Mercurius inter deos medicos non habetur nisi rarissime; de eius cum Hygiea in sacris coniunctione W. H. Roscher Lex. d. gr. u. r. Myth. I, 2 p. 2379 affert Cornuti de natura deor. 46. Rationem huius rei non recte ille ad ventorum salubritatem referre mihi videtur; immo quae inde ab Homeri aetate eius propria existimabatur facultas somnum hominibus afferendi (Roscher p. 2375) ea cum quia somnus haud raro aegrotantibus salutaris est, tum propter incubationem in Aesculapii templis usitatam ei locum fecisse videtur inter deos quibus valitudo hominum cordi est. Cf. n. 776: Ἀσκληπιῷ καὶ Ὑγιείᾳ καὶ τῷ Ὕπνῳ Θεωρικὸς Συνδρόμου Στειριεὶς χαριστήριον. 4 Daemonas nescio quos in Asclepieo cultos hos interpretatur Wilamowitz Isyllos p. 100, neque negandum est id titulo κατὰ τάδε προθύεσθαι ad haec quoque relato commendari. Sed veros canes in Asclepieo Epidauriorum ali solitos docet n. 802, 126: οὗ[τος] ὅπαρ ὑπὸ κυνὸς τῶν κατὰ τὸ ἱαρὸν θε[ραπ]ευόμενος τοὺς ὀπ[τί]λλους ὑ[γιὴ]ς ἀπῆλθε. Quod si Athenis item moris erat, nescio an hic, ut omnia liba quae impendenda erant priusquam ad deum adire liceret, uno conspectu proponerentur, etiam illa quae

Εὐθύδημος | Ἐλευσίνιος | ἱερεὺς Ἀσκληπιῶ | τὰς στήλας
15 ἀνέθηκ[ε] ‖ τὰς πρὸς τοῖς βωμοῖς, | ἐν αἷς τὰ πόπανα πρῶτος |
ἐξηικάσατο[6], ἃ χρὴ πρ[ο]|θύεσθ[αι --------]

in latere sinistro:

20 Ἡλίωι[7] ‖ ἀρεστῆρ[α[8],] | κηρίον[9]. | Μνημο|σύνηι ἀρεσ[τῆ]|ρα, ‖
25 κηρίο[ν.] | νηφάλ[ι]|οι[10] τρῆς | βωμοί[11].

in superficie:

30 [νη]φάλιοι ‖ τρῆς | βωμοί.

in parte aversa:

νηφάλιοι

---

canibus comedenda dabantur recensita sint, etsi in ea quidem verbum προθύεσθαι non cadebat. 5 Utique non venatores intelleguntur, sed canum custodes sive homines sive daemones, prout vocem κυσί (not. 4) interpretamur. Quo iure tamen *ianitorem orci* huc referat Wil., non assequor. 6 In inferiore tabulae parte, quae periit, imagines placentarum expressae fuisse videntur. 7 Solis et Mnemosynae προθύματα aliquanto posteriore aetate adiuncta esse videntur illis antiquis quae Euthydemus sacerdos recensuerat. 8 Apud Pollucem VI, 76 ἀρεστήρ inter placentarum genera commemoratur. 9 P. Stengel, gr. Kultusalterthümer p. 90 et p. 93 not. 10 reliquos deos volgares placentas accipere, Solem et Mnemosynam mellitas dicit; is igitur κηρίον adiectivum ad ἀρεστῆρα relatum interpretari videtur. At id κήρινον esse debebat, cum κηρίον substantivum sit favum significans, qui una cum placenta deo offerebatur. Cf. Ἀθήναιον X p. 556 Μοίραις ἀρεστῆρες III, κηρία III. Quod fragmentum ad Euthydemi tabulam refert Wilamowitz Isyllos p. 100 not. 80, in universum haud improbabiliter. Sed non neglegendum est, in hoc lapide deciens τρεῖς, τρία totidem litteris exarata esse, notas numerales nusquam occurrere. 10 Cf. Polemon ap. schol. Soph. Oed. Col. 100: Ἀθηναῖοί τε γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἐπιμελεῖς ὄντες καὶ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσιοι νηφάλια μὲν ἱερὰ θύουσι Μνημοσύνῃ, Μούσαις, Ἠοῖ, Ἡλίῳ, Σελήνῃ, Νύμφαις, Ἀφροδίτῃ Οὐρανίᾳ. 11 Aras ad quas sine vino libatur ipsas νηφαλίους βωμούς vocari per se quidem nihil habet offensionis, sed quando arae, ad quas sacra fiunt, enumerari possunt inter προθύματα, quae sacrificantur? Quare malo βωμούς intellegere liba arae figuram exprimentia; cf. Pollux VI, 76 κέκληνται δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος, ὥσπερ καὶ ὁ βοῦς· πέμμα γάρ ἐστι κέρατα ἔχον πεπηγμένα. Alia de hoc more placentis variarum rerum figuras exprimendi congessit P. Stengel gr. Kultusalterthümer p. 90. Neque quod placenta cui libatio sine vino infunditur ipsa νηφάλιος dicitur (cf. νηφάλια ἱερὰ θύουσιν apud Polemon.) neque quod ab accusativo ad nominativum transitur more in eiusmodi enumerationibus non insolito (cf. n. 98[4]. 613[6]) quicquam habet offensionis.

632 Tabula marmoris albi. Athenis in domo privata. Ed. B. Latyschew Bull. de corr. Hell. V (1881) p. 262 n. 2 (Syll.[1] 378. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 595 n. 691).

Ἱερὸν τὸ τέμενο[ς] | τοῦ Ἀσκληπιοῦ καὶ | τῆς Ὑγιείας. | θύειν
5 τοὺς γεωργοὺς ‖ καὶ τοὺς προσχώρους | τοῖν θεοῖν, ἧι θέμις, | καὶ
τὰς μοίρας νέμειν | τῶι τε εἰσαμένωι καὶ | τῶι θεηκολοῦντι. ‖
10 τῶν δὲ κρεῶν μὴ | φέρεσθαι[1].

Litterae ΘΠΣ; vs. 5 fin. Υ intra Ο scriptum. 1 Haec cautio haud rara fuisse videtur (cf. n. 589, 31. 615, 26), multo rarior ea munificentia quam testatur titulus Sestius Hermae VII p. 113, 72: μετεδίδου δὲ τοῖς ἀλειφομένοις τῶν ἱερῶν [τῶ]ν ἀπὸ τοῦ ἀλείμματος εἰς οἶκον.

633 Lapis inventus prope Sunium. Post St. Kumanudem Παλιγγενεσία 1868 Σεπτ. 23 n. 1 et P. Foucartum Des associations religieuses chez les Grecs p. 219 n. 38 O. Lüdersii apographo usus edidi C. I. Att. III 74 (Syll.[1] 379. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 777 n. 988).

Ξάνθος Λύκιος Γαΐου (Ὀ)ρβίου[1] καθειδρύσατο ἱερ[ὸν Μηνὸς] |
Τυράννου[2] αἱρετίσαντος (το)ῦ (θ)εοῦ[3] ἐπ' ἀγαθῇ τύχῃ. καὶ [μη-
θένα] | ἀκάθαρτον προσάγειν· καθαριζέστω δὲ ἀπὸ σ(κ)όρδων[4]

Litterae ΑΖΘΞΠΣΥΩ. Imperatorum Romanorum aetate utique non antiquior titulus. Alius eiusdem argumenti, sed cum incommoda rerum dispositione tum sermonis barbarie ab hoc discrepans, eodem loco inventus est (C. I. Att. III 73); quem conieci primum ab ipso Xantho incisum esse, tum vero eum, cum animadverteret quam infeliciter ea res cessisset, hunc titulum fortasse ab homine Atheniensi conficiendum curavisse, in quo foedissima quidem sermonis vitia sublata sunt. 1 ΟΡΒΙΟΥ. Servum non filium significari vix est quod moneam. 2 De huius dei cultu latissime per Asiam minorem potissimum fuso cf. quae singulari doctrinae copia disputavit W. Drexler in Roscheri Lex. der gr. u. röm. Myth. II, 2 p. 2687 sqq. In Atticam iam tertio a. Chr. n. haec sacra invecta esse ille demonstrat allatis titulis C. I. Att. II, 1587. 1593. Sed semper privata manserunt servorum potissimum Asianorum. In reliqua Graecia continentali nulla dum comparuerunt eorum monumenta. De cognomine quod est Τύραννος cf. Drexler p. 2753. 3 ΧΦΥΟΕΟΥ. 4 ΕΝΟΡΔΩΝ. Sed in altero exemplari (C. I. Att. III, 73, 10) recte scripta exstat haec bevior vocis σκόροδον forma, quae Romanorum aetate in usu fuit.

κα[ὶ χοιρέων[5]] | κα[ὶ γ]υναικός[6]· λουσαμένους[7] δὲ κατακέφαλα
5 αὐθημερὸν εἰ[σπορεύ]||εσθαι· καὶ ἐκ τῶν γυναικέων[8] διὰ ἑπτὰ
ἡμερῶν λουσαμένην κ[ατα]|κέφαλα εἰσπορεύεσθαι αὐθημερόν,
καὶ ἀπὸ νεκροῦ[9] διὰ ἡμερῶν δ[έκα] | καὶ ἀπὸ φθορᾶς[10] ἡμερῶν
τετταράκοντα. καὶ μηθένα θυσιάζειν ἄνε[υ] | τοῦ καθειδρυσαμένου
τὸ ἱερόν· ἐὰν δέ τις βιάσηται, ἀπρόσδεκτος | ἡ θυσία παρὰ
10 τοῦ θεοῦ. παρέχειν δὲ καὶ τῶι θεῶι τὸ καθῆκον, δεξιὸν || σκέ-
λος καὶ δορὰν καὶ κεφαλὴν καὶ πόδας καὶ στηθύνιον[11] καὶ
ἔλαιον | ἐπὶ βωμὸν καὶ λύχνον καὶ σχίζας καὶ σπονδήν. καὶ εὐεί-
λατος | γένοι(τ)ο[12] ὁ θεὸς τοῖς θεραπεύουσιν ἁπλῆ τῆ ψυχῆ· ἐὰν
δέ τινα | ἄνθρωπινα πάσχῃ ἢ ἀσθενήσῃ ἢ ἀποδημήσῃ που, μη-
θένα ἀνθρώ|πων ἐξουσίαν ἔχειν, ἐὰν μὴ ὦι ἂν αὐτὸς παραδῶι.
15 ὃς ἂν δὲ πολυ||πραγμονήσῃ τὰ τοῦ θεοῦ ἢ περιεργάσηται, ἁμαρ-
τίαν ὀφ(ε)ιλέτω Μηνὶ | Τυράννωι, ἣν οὐ μὴ δύνηται ἐξειλάσασθαι.
ὁ δὲ θυσιάζων τῆ ἑβδόμῃ | τὰ καθήκοντα πάντα ποιείτω⟨ι⟩ τῶι
θεῶι· λαμβανέτω⟨ι⟩ δὲ τῆς θυσίας ἧς | ἂν φέρῃ σκέλος καὶ
ὦμον· τὰ δὲ λοιπὰ κατακοπτέ(τ)ω⟨ι⟩[13] (ἐν τῶι) ἱερῶι[14]. εἰ δέ
τις | ⟨εἰ δέ τις⟩ προσφέρει θυσίαν τῶι θεῶι, ἐγ νουμηνίας μέχρι
20 πεντεκαι||δεκάτης. ἐὰν δέ τις τράπεζαν πληρῶι τῶι θεῶι, λαμβα-
νέτω⟨ι⟩ τὸ ἥμισ[υ]· | τοὺς δὲ βουλομένους ἔρανον συνάγειν Μηνὶ
Τυράν(ν)ωι (ἐ)π'[15] ἀγαθῆι τύ[χηι]· | ὁμοίως δὲ παρέ(ξ)ουσιν[16] οἱ
ἐρανισταὶ τὰ καθήκοντα τῶι θεῶι, δε[ξιὸν] | σκέλος καὶ δορὰν
καὶ κοτύλην ἐλαίου καὶ χοῦν οἴνου καὶ νό[μισμα οὐγ]||κιαῖον[17] καὶ
ἐφίερα τρί⟨ι⟩α καὶ κολλύβων χοίνικες[18] δύο καὶ ἀκρο[θίνιον(?)

---

5 Integra vox exstat C. I. Att. III 73, 11. 6 Cf. n. 566[3]. 7 Cf. n. 566[4]. 8 De catameniis hoc sine dubio intellegendum est. Cf. ἀπὸ [κ]αταμηνίων quod felici acumine restituit A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX (1897) p. 83 in titulo Aegyptio edito ab E. Miller Revue archéologique 1883 II p. 181 v. 13. 9 Cf. n. 566[5]. 10 De abortu hoc recte interpretatur E. Maass Orpheus p. 311 not. 37 provocans ad locum Apocalypsis quae S. Paulo falso tribuitur p. 60 αὗταί εἰσιν αἱ φθείρασαι ἑαυτὰς καὶ τὰ βρέφη αὐτῶν ἀποκτείνασαι. Cf. ἀπὸ φθορείων n. 567, 12 et Plutarchi locum illic allatum not. 5. 11 Cf. Phrynichus p. 384 Lobeck: στηθύνιον ὀρνιθίου λέγουσί τινες οὐχ ὑγιῶς. Pollux II, 162: τὸ δὲ στηθῶν μέσον στηθύνιον. Volgaris recentiorum temporum dialecti esse ex locis a Lobeckio allatis apparet. 12 ΓΕΝΟΙΙΟ. 13 ΤΕΙΩΙ. 14 Cf. 632, 10. 15 Et alterum N vocis Τυράννῳ et E praepositionis a lapicida qui errore omiserat infra versum addita sunt. 16 ΠΑΡΕΕΟΥΕΙΝ. 17 Supplevi (in C. I. Att. haec intacta reliqueram). 18 Soloecus nominativi in -ες pro accusativo usus cum antea regionum quarundam, imprimis Achaiae,

25 καὶ ἐ]‖ὰν κατακλιθῶσιν οἱ ἐρανισταί, καὶ στέφανον καὶ λημνί-
σ[κον·] | καὶ εὐείλατος γένοιτο τοῖς ἁπλῶς προσπορευομένοι[ς].

proprius fuisset, imperatorum aetate ubique in titulis hominum indoctorum frequenter invenitur.

634 Tabula marmoris Pentelici inventa Athenis in arce. Edd. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 1064. Rangabé Ant. Hell. 814. Ussing Inscr. inedd. p. 45 (A. Michaëlis der Parthenon p. 332). Ex suo Velsenique apographo ed. Koehler C. I. Att. II 163 (Syll.[1] 380. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 583 n. 679). Cf. quae adnotavit L. Ziehen Mus. Rhen. LI p. 212 sq.

----- εὐ]σ[εβ]ῶς κα|[ὶ . . . . . .] κατ'
ἐνιαυτόν[1] κ|[αὶ τελεσθῆι ἡ πομπὴ π]αρεσκε[υασμέ]νη ὡς ἄριστα
τῆι Ἀ|[θηνᾶι καθ' ἕκαστο]ν τὸν ἐνιαυτὸν ὑπὲρ τοῦ δήμου τοῦ
5 Ἀ‖[θηναίων καὶ τᾶλ]λα ὅσα δεῖ διοικῆται περὶ τὴν ἑορτὴ|[ν τὴν
ἀγομένην τ]ῆι θεῶι καλῶς ὑπὸ τῶν ἱεροποιῶν[2] εἰς | [τὸν ἀεὶ
χρόνον, ἐ]ψηφίσθαι τῶι δήμωι, τὰ μὲν ἄλλα καθά|[περ τῆι βου-
λῆι, θ]ύειν δὲ τοὺς ἱεροποιοὺς τὰς μὲν δύο | [θυσίας τήν τε τῆι]
10 Ἀθηνᾶι τῆι Ὑγιείαι[3] καὶ τὴν ἐν τῶι Ἀρ‖[είωι πάγωι θυο]μένην[4]

Litterae volgares dispositae στοιχηδόν. Scripturae genere hunc titulum eorum, qui ad Lycurgi administrationem spectent, tam similem esse, ut hunc quoque illuc referendum appareat, Koe. adnotat. 1 De Panathenaeis minoribus (τὰ Παναθήναια τὰ κατ' ἐνιαυτόν v. 32. Παναθήναια τὰ μικρά Lys. XXI, 2. 4, plerumque simpliciter Παναθήναια) hic dici v. 2—4, ut nunc a Koehlero lecti et suppleti sunt, dubitari omnino non patiuntur (Michaëlis p. 333 de magnis potius Panathenaeis cogitaverat, Ussingius omnino ad Panathenaea titulum spectare negaverat). 2 Non τοὺς κατ' ἐνιαυτόν (n. 496[13]), ut omnes existimabamus, designari docuit L. Ziehen allato Arist. Ἀθ. 54, 7 τὰς πεντετηρίδας ἁπάσας διοικοῦσιν πλὴν Παναθηναίων. Haec sane sunt magna, nam minora annua fuerunt. At si ea ab hieropoeis annuis curata essent, Aristotelem grave eorum officium omisisse statuendum esset; nam illo θυσίας τέ τινας θύουσι profecto tales feriae magnificae contineri non possunt. Quare peculiare potius hieropoeorum collegium in has unas ferias constitutum hic agnoscere debemus, quod idem n. 496, 40 de mysteriis, n. 606, 27 sqq. de Dionysiis vidimus. Hi sunt ἱεροποιοὶ ἐγ βουλῆς. Z. 3 Cf. 585[2]. 4 Supplementum Rangabéi cum Michaëli retinui, etsi plane certum non esse confitendum est. At quae Ussingius proposuit, ex iis alterum ἐν τῶι ἀρ-[χαίωι νεῶι θυο]μένην admitti nequit quia non in templo sacrificatur, sed in ara ante templum sita (Paus. I, 26, 5 ἐσελθοῦσι de peribolo dicitur, non de

καθάπερ πρότερον, καὶ νείμαντ|[ας τοῖς πρυτάν]εσιν πέντε μερίδας καὶ τοῖς ἐννέα ἄρ|[χουσιν . . . . .] καὶ ταμίαις τῆς θεοῦ μίαν καὶ τοῖς ἱερ|[οποιοῖς μίαν] καὶ τοῖς στ[ρατ]ηγοῖς καὶ τοῖς ταξιάρχ|[οις
15 . . . . . καὶ τ]οῖς πομπ[εῦσι]ν τοῖς Ἀθηναίοις καὶ τα||[ῖς κανηφό-ροι]ς κα(τὰ) τὰ εἰω[θότα· τ]ὰ δὲ ἄλλα κρέα Ἀθηναίο|[ις μερίζειν. ἀ]πὸ δὲ τῶν τε[τταρ]άκοντα μνῶν καὶ τῆς μι|[ᾶς τῶν ἐκ τῆς μ]ισθώσεως τῆς νέας[5] βοωνήσαντες οἱ ἱερ|[οποιοὶ μετὰ τ]ῶν βοωνῶν πέμψαντες τὴν πομπὴν τῆι θε|[ῶι θυόντων τα]ύτας τὰς
20 βοῦς ἁπάσας ἐπὶ τῶι βωμῶι τῆς || [Ἀθηνᾶς τῶι με]γάλωι, μίαν δὲ ἐπὶ τῶι τῆς Νίκης, προκρί|[ναντες ἐκ τῶν] καλλιστευουσῶν βοῶν, καὶ θύσαντες τῆ|[ι Ἀθηνᾶι τῆι] Πολιάδι καὶ τῆι Ἀθηνᾶι τῆι Νίκηι ἁπασῶ|[ν τῶν βοῶν τῶ]ν ἀπὸ τῶν τετταράκοντα μνῶν καὶ μιᾶς ἐω|[νημένων νεμ]όντων τὰ κρέα τῶι δήμωι τῶι Ἀθη-
25 ναίων ἐν || [Κεραμεικῶ]ι καθάπερ ἐν τ(α)ῖς[6] ἄλλαις κρεανομίαις· ἀ[π|οδοῦναι δὲ] τὰς μερίδας εἰς τὸν δῆμον ἕκαστον κατὰ [τ|οὺς πέμπο]ντας[7] ὁπόσους ἂν παρέχηι ὁ δῆμος ἕκαστος. [ε|ἰς δὲ τὰ μι]σθώματα[8] τῆς πομπῆς καὶ τὸ μαγειρικὸν κα[ὶ | κόσμησιν] τοῦ
30 βωμοῦ τοῦ μεγάλου καὶ τἆλλα ὅσα προσ[ή||κει προνο]εῖσθαι[9] περὶ

---

ipsa aede), in altero ἐν τῶι Ἀρ[τεμισίωι γενο]μένην soloecus aoristi usus offendit, neque Dianae Brauroniae delubrum simpliciter Ἀρτεμίσιον vocatum esse probabile est. Ceterum Paus. I, 28, 5 καὶ βωμός ἐστιν (ἐν Ἀρείῳ πάγῳ) Αθηνᾶς Ἀρείας, ὃν ἀνέθηκεν (Ὀρέστης) ἀποφυγὼν τὴν δίκην conferri iubet M. 5 Pecuniae quae redibant ex praediorum sacrorum locationibus in sacrificiis apparandis consumebantur. De ea re Isocr. VII, 29 habet ἐν δὲ τοῖς ἁγιωτάτοις τῶν ἱερῶν ἀπὸ μισθωμάτων ἔθυον, quod Didymus apud Harpocrationem s. ἀπὸ μισθωμάτων interpretatur ἀντὶ τοῦ ἐκ τῶν τεμενικῶν προσόδων. C. I. Att. II 570, 22 ἀπὸ δὲ τοῦ τόκου [τε κ]αὶ τῶμ μισθώσεων, ἀντὶ ὅτου ἂν τ[ῶν κεφ]αλαίων ὠνήματα ᾖ μί[σ]θωσιν φ[έρον]τα, θύειν τὰ ἱερὰ sqq. U. (Cf. etiam 615, 39.) Ceterum haec et quae sequuntur manifesto ad hecatombam spectare monuit K. Obloquitur Zie., sed quod dicit nimis exiguum esse pretium singularum boum, id mihi propterea non videtur magni momenti esse, quia neutiquam incredibile mihi videtur, iam tum temporis Athenis, id quod alias et alibi factum constat, minorem victimarum numerum integrae hecatombae vicibus functam esse. Ac nescio an hac ipsa de causa hecatombae nomen vitetur, id quod item Zieheno offensioni fuit. 6 ΤΛΙΣ. 7 Supplevit F. Blass. κατὰ [ἁ|νδρα νέμον]τας priores editores, quos in proëcdosi secutus sum. 8 I. e. ad apparatum pompae, qui conficiendus locatur a republica. 9 Supplevi. Cum antiquiores editores nihil dispexissent praeter ΕΙΣΘΑΙ (quare suppleverunt προσ[δ|εῖ ἐπιτελ]εῖσθαι), Koehler ante ΕΙ litteram Ω fuisse videri monuit; atque ipse quidem haec intacta reliquit, sed cum verbum in -ωεῖν cadens omnino nullum sit in sermone Attico et Ο et Ω litterae facillime confundantur, non dubitavi restituere quod et

τὴν ἑορτὴν καὶ εἰς παννυχίδα | [διδόναι] : Ϟ :[10] δραχμάς. τοὺς δὲ ἱεροποιοὺς τοὺς διοι[κ|οῦντας τ]ὰ Παναθήναια τὰ κατ' ἐνιαυτὸν ποεῖν τὴν πα[ν|νυχίδα] ὡς καλλίστην τῆι θεῶι καὶ τὴν πομπὴν πέμπε[ι|ν ἅμα ἡ](λ)ίωι[11] ἀνιόντι, ζημιοῦντας τὸν μὴ
35 πειθαρχο[ῦντ||α ταῖς ἐκ] τῶν νόμων ζημίαι[ς]. ἐλέσθαι δὲ τὸν δῆμ[ον ... | ..... ἄ]ν[δ]ρ(α)ς[12] ἐξ Ἀθηναίων ἁπ[άντων | ----]

---

litterarum numero et sententiae accurate respondet. 10 Haec notae numeralis figura, ceteroquin rara, etiam in reliquis administrationis Lycurgeae titulis redit. K. 11 \ΙΩΙ. 12 Ϟ.ΔΑ<.

---

635 Tabula marmoris Pentelici inventa Athenis in theatro Bacchi, exstat in arce. Edd. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. περίοδος II 220. Kumanudis Φιλίστωρ IV p. 90. Koehler C. I. Att. II 307 (Syll.[1] 381. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 586 n. 681).

Μοῦσ[αι]. | Ἐπὶ Καλλιμήδου ἄρχοντος[1] ἐπὶ τῆς Αἰαντίδος ἐνάτης πρυτανεία[ς, ἧι Καλ]||λίας Καλλιάδου Πλωθεὺς ἐγραμμάτευεν, Ἐλαφηβολιῶνος δεκάτηι [ὑστέρα]||ι, ἐνάτηι καὶ εἰκοστῆι
5 τῆς πρυτανείας, ἐκκλησία ἐν Διονύσου[2]· [τῶν προέ]||δρων ἐπεψήφιζεν Χαρίας Ἡνιόχου Πήληξ[3] καὶ συμπρόεδροι· [ἔδοξεν] | τῶι δήμωι· Νεοπτόλεμος Φιλέου Δειραδιώτης εἶπεν· περὶ ὧν [ἀπαγγέλλ]||ει ὁ ἀγωνοθέτης[4] ὑπὲρ τῶν θυσιῶν ἃς ἔθυσεν τῶι τε Διονύσωι κ[αὶ τοῖς ἄλ]||λοις θεοῖς οἷς πάτριον ἦν· ἀγαθῆι τύχηι, δεδόχθαι τῶι δήμω[ι, τὰ μὲν ἀ]||γαθὰ δέχεσθαι τὰ γεγονότα ἐν
10 τοῖς ἱεροῖς οἷς ἔθυεν ἐφ' ὑγιε[ίαι καὶ σω]||τηρίαι τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων καὶ παίδων κα[ὶ γυναικῶ]|ν -------
----------|----ς[5]· ἐπειδὴ δὲ ὁ ἀγωνοθέτης

'Titulus inde a v. 7 satis accurate στοιχηδὸν dispositus. Litteraturae genus quaesita quadam elegantia insigne, quum singulae litterae parvis apicibus ornatae sint'. Koehler. Notabiles sunt litterarum formae Γ Ο (ω) et duobus locis ⌶ et + pro volgari Φ praeterea ubique usurpata. 1 Huius magistratus incidit in regnum Demetrii II Macedonis (239—229 a. Chr. n.). Cf. n. 227[1]. 2 Etsi huius plebisciti tempore iam pleraque comitia in theatro Bacchi habebantur, tamen ex antiquiore tempore, quo id non nisi post ipsa Dionysia magna peracta fiebat (Aesch. II, 61 μετὰ τὰ Διονύσια τὰ ἐν ἄστει καὶ τὴν ἐν Διονύσου ἐκκλησίαν), illud nomen huius unius contionis proprium servabatur. 3 Cf. 586[4]. 4 Cf. 197[15]. 5 Hic sexaginta

περὶ πλείστου ποιούμεν[ος τὴν πρ]|ὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν καὶ ἀποδεικνύμενος [τ]ὴν εὔνοιαν [καὶ φιλοτι]|μίαν ἣν ἔχει πρὸς
15 τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων, τάς τε θυσίας πά[σας ἔθυσεν τ]‖ὰς πατρίους ἐν τοῖς καθήκουσιν χρόνοις καλῶς καὶ εὐσεβ[ῶς, ἐπε-τέλεσ|ε] δὲ καὶ τοὺς προάγωνας[6] τοὺς ἐν τοῖς ἱεροῖς κατὰ τὰ πάτρια, [ἐπεμελήθ]|η δὲ καὶ τῶν ἀγώνων τῶν τε Διονυσιακῶν καὶ τῶν ἄλλων καλῶς [καὶ φιλοτί[μ]ως, ἐπαινέσαι τὸν ἀγωνο-θέτην Ἀγαθαῖον Αὐτοκλέους [Προσπάλτιον[7] | ε]ὐσεβείας ἕνεκα
20 τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ φιλοτιμίας τῆς [εἰς τὴν βουλ]‖ὴν καὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων· εἶναι δὲ αὐτῶι [δό]ντι τὰς [εὐθύνας τῆς ἐ]|πιμελείας κατὰ τὸν νόμον εὑρέσθαι παρὰ τοῦ δήμου ἀγα-θ[ὸν οὗ ἂν δοκ]|εῖ ἄξιος εἶναι. ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα τὸν γρ[αμματέα τὸν κατὰ] | πρυτανείαν ἐν στήληι λιθίνηι καὶ στῆσαι ἐν τῶι [τεμένει τοῦ Διονύσο]|υ, εἰς δὲ τὴν ποίησιν καὶ
25 τὴν ἀνάθεσιν τῆς στή[λης δοῦναι τὸν ἐπὶ τῆι δ]‖ιοικ[ήσει τὸ γενόμενον ἀνάλωμα.

Ἐπὶ Θερσιλόχου ἄρχοντος[8], ἐπὶ τῆς [.....[9] ἐνάτης πρυτανείας, ἧι Δ]|ιόδοτος Διογνήτου Φρεάρριος ἐγραμμ[άτευεν, Ἐλαφηβολιῶνος δεκάτηι] | ὑστέραι, τετάρτηι καὶ εἰκοστῆι τ[ῆς πρυτανείας· ἐκκλησία ἐν Διονύσου·][10] | τῶν προέδρων ἐπε-
30 ψήφιζεν Χα[------ καὶ συμπρόεδροι·] ‖ ἔδοξεν τῶι δήμωι· Διονύσι[ος ---- εἶπεν· ἐπειδὴ -----]|ος εἴς τε τὰς λοιπὰς ἐπιμ[ελείας εἰς ἃς ἡ βουλὴ ἢ ὁ δῆμος αὐτὸν ἐχειρ]|οτόνησεν ἁπάσας ὑπα[χου ----------]|ου χειροτονίας ----------|ος γινό-
35 μεν[ος ----------] ‖ ἀγωνο[θέτης -------]|ο-----

---

fere litterae consulto deletae sunt, quae quin ad Demetrium regem spectaverint vix licet dubitare. 6 De proagone cf. Schol. Aesch. III, 67: ἐγίνοντο πρὸ τῶν μεγάλων Διονυσίων ἡμέραις ὀλίγαις ἔμπροσθεν ἐν τῷ ᾠδείῳ καλουμένῳ τῶν τραγῳδῶν ἀγὼν καὶ ἐπίδειξις ὧν μέλλουσι δραμάτων ἀγωνίζεσθαι ἐν τῷ θεάτρῳ· διὸ ἑτόμως προάγων καλεῖται. εἰσίασι δὲ δίχα προσώπων οἱ ὑποκριταὶ γυμνοί, quo de loco F. Blass me admonuit. 7 Demoticum supplevit A. Wilhelm in litteris ad me datis ex C. I. Att. II 990, 4, ubi inter plura nomina, quibus superscriptum est Προσπάλτιοι, occurrit Αὐτοκλῆς Ἀγαθαίου. 8 Cf. not. 1. 9 Tribus nomen consulto erasum utrum Ἀντιγονίδος an Δημητριάδος fuerit propter parem litterarum numerum discerni nequit. 10 Simile argumentum huius plebisciti fuisse videtur atque eius quod antecedit.

636 Tabula marmoris Hymettii a superiore parte mutila, inventa Athenis meridiem versus a scaena theatri Bacchi. Edd. Kumanudis Ἀθηναίου VII p. 480 n. 3 (Syll.[1] 382). Ex ectypo a Lollingio confecto Koehler C. I. Att. IV, 2 p. 87 n. 318 *b*. (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 588 n. 684).

---|εν. δι[--------- κα]|ὶ συμπρόε[δροι ---------]|ας Αἰσχύ-
λου Σ[.....ς εἶπεν· περὶ ὧν ἀπαγ]|γέλλει ὁ ἄρχων [περὶ
5 τῆς θυσίας ἧς ἔθυε τῶ]||ι [Δ]ιονύσωι, τύχει ἀ[γαθεῖ, δεδόχθαι
τῶι δή]|μωι, τὰ μὲν ἀγαθὰ δέχεσθ[αι τὸν δῆμον ἃ ἀπα]|γγέλλει
ὁ ἄρχων γεγονέν[αι ἐν τοῖς ἱεροῖ]|ς οἷς ἔθυεν ἐφ' ὑγιείαι καὶ
σωτη[ρίαι τῆς βο]|υλῆς καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων κα[ὶ τῶν
10 κ]||αρπῶν τῶν ἐν τεῖ χώραι[1]· ἐπειδὴ δὲ ὁ ἄρχω[ν τά]|ς τε ἄλλας
θυσίας τέθυκεν, ὅσας αὐτῶι προσ|ῆκεν, ὑπὲρ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ
δήμου καλῶς κ|αὶ εὐσεβῶς, ἐπιμεμέληται δὲ καὶ τῆς πομπῆ|[ς]
15 τῶι Δ[ι]ονύσωι μετὰ τῶν παρέδρων[2] καὶ τῶν ἐ||πιμελητῶν[3], δια-
τελεῖ δὲ καὶ τῶν περὶ τὴν ἀρ|χὴν ποιούμενος τὴν ἐπιμέλειαν
κατὰ τοὺς | νόμους, ἐπαινέσαι τὸν ἄρχοντα Νικίαν Φίλ|ωνος
Ὀτρυνέα[4] καὶ τοὺς παρέδρους αὐτοῦ, | Ἀλκίμαχον Κλεοβούλου
20 Μυρρινούσιον[5], Ἀν||τιφάνην Πολυκράτου Ὀτρυνέα, εὐσεβείας
ἕ|νεκα καὶ φιλοτιμίας ἣν ἔχοντες διατελοῦ|σιν περὶ τὸν δῆμον
τὸν Ἀθηναίων· ἐπαινέσ|αι δὲ καὶ τοὺς τῆς πομπῆς ἐπιμελητὰς
25 Ἴσα|νδρον Ἐχεδήμου Κυδαθηναιέα, Μνησίθεον || Ἐχεδήμου Κυδα-
θηναιέα, Καλλίθεον Βουλά|ρχου Φλυέα, Ἀντιφάτην Εὐθυκρίτου
Ἀζηνιέα, | Κάλλαισχρον Διοτίμου Παλληνέα, Ἀμεινοκ|λῆν Ἀντι-

Litterae στοιχηδόν in universum quidem dispositae, sed haud raro quadratarius eum ordinem turbavit, ita ut non omnium versuum idem sit numerus litterarum. 1 Hoc additamentum ab reliquis eiusdem generis titulis abesse monuit Kum. 2 Binos cuique ex tribus primis archontibus fuisse assessores ab ipso electos et scriptorum (Aristoteles Ἀθ. πολ. 56, 1. Aesch. I, 158. Dem. LVIII, 32. LIX, 72. 84. Pollux VIII, 92. Harpocr. παρέδρος) et titulorum (n. 587, 243) testimonio constat. 3 Cf. Arist. Ἀθ. πολ. 56, 4 πομπῶν δ' ἐπιμελεῖ[ται (ὁ ἄρχων) τῆς τε] τῷ Ἀσκληπιῷ γιγνομένης ὅταν οἰκουρῶσι μύσται, καὶ τῆς Διονυσίων τῶν [μεγά]λων μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν, οὓς πρότερον μὲν ὁ δῆμος ἐχειροτόνει δέκα ὄντας, [καὶ τὰ] εἰς τὴν πομπὴν ἀναλώματα παρ' αὐτῶν ἀνήλι[σ]κον, νῦν δ' ἕνα τῆς φυλ[ῆς ἑκά]στης κληροῖ καὶ δίδωσιν εἰς τὴν κατασκευὴν ἑκατὸν μνᾶς. Suffragiis populi creatos testatur Dem. XXI, 15, ad quod institutum post Aristotelis aetatem redierunt Athenienses. Nam hic plures ex eadem tribu sunt, et post a. 265 a. Chr. numerum usque ad viginti quattuor auctum eosque definite χειροτονηθέντας vocari videmus C. I. Att. II, 420, 34. 4 Ol. 124, 4 (281/0 a. Chr.). Cf. 198[1]. 520, 1. 5 Cf. 498[2].

φάνου Κήττιον, Ἱέρωνα Φειδύλλου | Αἰθαλίδην, Κάλλιππον
30 Ἱπποθέρσου Ἀχαρνέ‖α, Πολύζηλον Εὐηνορίδου Ἀλαιέα, Θεογένη|ν
Ποσειδωνίου Ἀμφιτροπῆθεν· ἐπαινέσαι δ|ὲ καὶ τὸν πατέρα τῆς
κανηφόρου Καλλιφῶντ|α Καλλιφῶντος Ἀθμονέα. ἀναγράψαι δὲ
35 τόδε | τὸ ψήφισμα τὸν γραμματέα τὸν κατὰ πρυτανε‖ίαν ἐν στή-
λῃι λιθίνῃι καὶ στῆσαι ἐν τῶι τεμ|ένει τοῦ Διονύσου, εἰς δὲ τὴν
ἀναγραφὴν καὶ | τὴμ ποίησιν μερίσαι τοὺς[6] ἐπὶ τεῖ διοικήσε‖[ι]
τὸ γενόμενον ἀνάλωμα.

6 Cf. 520[7].

637 Lapis fractus infra et a sinistra, inventus Sami. Ed. M. Clerc Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 517. Multo accuratius ex Fabricii apographo et duobus ectypis Koehler Mitth. des arch. Inst. in Athen X (1885) p. 32 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 612 n. 710).

[Τάδε ε]ἰσήνεγκαν οἱ αἱρεθέν[τες νομο]γράφοι[1] περὶ τῆς ἐν
Ἑλικωνίωι[2] | [θυσίας· τοὺ]ς ἀποδεικνυμένους ὑπὸ τῶν χιλιαστή-
ρων[3] ἐπιμηνίους[4] τῆς | [πανηγυρικ]ῆς συνόδου τῆς ἐν Ἑλικωνίωι
γινομένης ἐπιμηνιεύειν ἐὰν | [ἐνδημῶσι· ἐ]ὰν δὲ ἀποδημῶσιν, οὓς
5 ἂν καταλίπωσιν αὐτῶν κυρίους κατὰ ‖ [ταὐτά. ἐὰν δὲ] αὐτεπάγ-
γελτοί τινες πείσωσι τοὺς αὐτῶν χιλιαστῆρας, | [ἐπιμηνιεύειν

Litterae Ionicae volgares non dispositae στοιχηδόν. Cum Atheniensium cleruchis expulsis anno 322 a. Chr. Samus antiquis incolis reddita esset, cum aliis legibus, quibus res publica ordinata est, etiam hanc de sacris Neptuni Heliconii latam esse perquam probabiliter coniecit Koe. 1 Non eam legum conscriptoribus potestatem permissam esse, ut ipsi sua auctoritate quas vellent civibus leges imponerent, verbum εἰσήνεγκαν demonstrat. Illorum rogationem populi suffragiis probatam esse non enuntiatur quidem, sed aliter lapidi incisa non esset. Koe. 2 Cf. n. 603[1]. 3 Eiusdem χιλιαστύος (n. 162, 30. 186, 9. 10. 329, 48. 548, 8. 11) cives χιλιαστῆρες vocantur; significatione igitur hoc simillimum est illorum φυλέτης, δημότης, γεννήτης, derivatio vero eadem qua apud Laconas a nomine πεντηκοστύς descendit πεντηκοστήρ vel πεντηκοντήρ, quod tamen praefectum quinquaginta militum significat. 4 Suos quaeque χιλιαστύς constituebat ἐπιμηνίους, qui omnes coniuncti sacra Neptuni Heliconii curabant. Hos hieropoeorum Atheniensium (n. 496[13]) similes recte existimat Koe., sed nomen ἐπιμήνιοι suadere videtur, ut non ad ferias anniversarias, sed ad sacra minora eodem cuiusque mensis die redeuntia eorum operam pertinuisse statuamus.

ἕκαστ]ον τοῖς αὐτοῦ χιλιαστῆρσι. ἂν δὲ αἱρεθείς τις ἢ αὐτὸς | [πείσας μὴ ἐπιμηνιε]ύσηι, εἰσπραχθήτω δραχμὰς διακοσίας ὑπὸ τῶν ν[ομογράφων τῶν αἱρεθέντ]ων καὶ τ[ῶν ἐπι]μηνίων τῶν συναποδει[χθέντων].

---

638 Tabula marmoris candidi inventa in Amphiaraio Oropiorum. Ed. B. I. Leonardos Ἐφ. ἀρχ. 1891 p. 83 n. 37 (W. Dittenberger I. G. Sept. I, 4253. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 116 n. 107). Cf. quae disputaverunt A. Wilhelm Anzeiger der phil. hist. Cl. der Wiener Akademie, 20. März 1895 p. 6 sq. Gött. gel. Anz. 1898 n. 3 p. 221. J. von Prott Mitth. des arch. Inst. in Athen XXIII (1898) p. 167 sq.

Θεοί. | Ἐπὶ Νικήτου ἄρχοντος[1], ἐπὶ τῆς Ἐρεχθῆ|ιδος ἐνάτης πρυτανείας, ἧι Ἀριστόνο|υς Ἀριστόνου Ἀναγυράσιος ἐγραμμά-
5 τ||ευεν, Θαργηλιῶνος ἑνδεκάτει, τρίτηι | καὶ εἰκοστῆι τῆς πρυτανείας[2], ἐκκλησ|ία κυρία· τῶν προέδρων ἐπεψήφιζεν Ἐπ|ιχάρης Ἁγνούσιος· ἔδοξεν τῶι δήμωι : | Δημήτριος Εὐκτήμονος Ἀφιδ-
10 ναῖος εἶ||πεν· ἐπειδὴ Φανόδημος Θυμαιτάδης[3] κα|λῶς καὶ φιλοτίμως νενομοθέτηκεν πε|ρὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀμφιαράου, ὅπως ἂν ἧ

Litterae volgares Ionicae dispositae στοιχηδόν. 1 Ol. 112, 1 (332/1 a. Chr. n.). 2 Eodem die aliud decretum a Phanodemo rogatum est I. G. Sept. I, 4252. Praeterea illius anni exstant tria populiscita C. I. Att. II, 173. 174. 183. Quae omnia annum communem fuisse indicant. Cf. A. Schmidt Handbuch der gr. Chronologie p. 568. Hic totius anni diem habemus trecentesimum sextum. Ex prytaniis quae ante nonam fuerunt, tres tricenos senos dies habebant, ex duabus postremis alterutra, id quod sane non convenit cum Aristotelis testimonio (cf. n. 147[3]). 3 Phanodemum Diylli (not. 5) f. Thymaetadam insigni studio cultui deorum praefuisse cum ex eis apparet quae hic et in duobus aliis decretis (n. 639, 22. I. G. Sept. I, 4252, 9 sqq., ubi ipsum deum Amphiaraum aurea corona donat populus illo rogante) de Amphiarai sacris leguntur, tum ex titulo Delphico Bull. de corr. Hell. XX p. 676 (cf. n. 639[5]), ubi inter decemviros hieropoeos est qui Pythiada duxerunt. Supra n. 495, 6 sqq. collaudatur propter salubria consilia quae senatui anno 343/2 a. Chr. dederit. Iam cum aliis quoque argumentis, ac praecipue quidem Philochori exemplo constet, rerum Atticarum scribendarum studium cum hac ipsa sacrorum patriorum religione conexum et quodammodo ex ea natum esse (Koehler Hermae XXVI p. 45. v. Wilamowitz Aristoteles und Athen I p. 280 sqq.), hunc eundem esse Phanodemum qui Atthida scripsisset (C. Müller F. Hist. Gr. I p. LXXXVII) perspexit Wilhelm.

τε | πεντετηρὶς[4] ὡς καλλίστη γίγνηται κα|ὶ αἱ ἄλλαι θυσίαι
15 τοῖς θεοῖς τοῖς ἐν τ||ῶι ἱερῶι τοῦ Ἀμφιαράου, καὶ πόρους πε|-
πόρικεν εἰς ταῦτα καὶ εἰς τὴν κατασκ|ευὴν τοῦ ἱεροῦ, δεδόχθαι
τῆι βουλῆι, τ|οὺς προέδρους, οἳ ἂν λάχωσιν προεδρε|ύειν εἰς τὴν
20 πρώτην ἐκκλησίαν προσα||γαγεῖν Φανόδημον πρὸς τὸν δῆμον καὶ |
χρηματίσαι, γνώμην δὲ ξυμβάλλεσθαι | τῆς βουλῆς εἰς τὸν
δῆμον, ὅτι δοκεῖ τῆ|ι βουλῆι, ἐπαινέσαι Φανόδημον Διύλλ|ου[5]
25 Θυμαιτάδην φιλοτιμίας ἕνεκα τῆς || πρὸς τὸν θεὸν καὶ τὸ ἱερὸν
τοῦ Ἀμφιαρ|άου, καὶ στεφανῶσαι χρυσῶι στεφάνωι | ἀπὸ : X :
δραχμῶν. ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ | ψήφισμα ἐν στήληι λιθίνει
30 τὸγ γραμμ|ατέα τὸν κατὰ πρυτανείαν καὶ στῆσαι || ἐν τῶι ἱερῶι
τοῦ Ἀμφιαράου· εἰς δὲ τὴν | ἀναγραφὴν τῆς στήλης δοῦναι
τὸν ταμ|ίαν τοῦ δήμου : ΔΔ : δραχμὰς ἐκ τῶν κατ|ὰ ψηφίσματα
ἀναλισκομένων τῶι δήμωι.

---

4 Iam ante Oropum Athenis redditum has ferias fuisse constat (cf. n. 639[3]), sed post annum 338 a. Chr. quia regimen earum ad senatum populumque Atheniensium transierat, de eorum ordine leges ferri opus erat. Quod cur per sex fere annos neglectum sit, latet. Penteterida Amphiariorum in quartum cuiusque Olympiadis annum incidisse et anno Ol. 112, 4 (329/8 a. Chr.) primum actam esse ex titulo n. 639 apparet. Quare perquam speciosa est Wilhelmi coniectura, in enumeratione feriarum quinquennalium apud Aristotelem Ἀθ. πόλ. 54, 7 legendum esse [νῦν] δὲ πρόσκειται [Ἀμφιαράϊα] ἐπὶ Κηφισοφῶντος ἄρχοντος. At haud exigui momenti rationes huic emendationi obmovit Prott, ad quas addimus, verbo πρόσκειται cum ἐπὶ Κηφισοφῶντος ἄρχοντος coniunctum idem significare ac προσετέθη, sic vero non Cephisophontis, cuius magistratu prima acta sunt Amphiararia, sed Nicetae, quo archonte lex lata est, nomen poni debebat. Et quod omnium gravissimum est, quae inter πρόσκειται et ἐπὶ Κηφ. in papyro dispiciuntur litterarum relliquiae, illi supplemento non accommodatae sunt. 5 Nepotem cognominem huius Diylli, filium Phanodemi, illum Diyllum Atheniensem, qui non sine laude in rebus gestis scribendis versatus est sub finem quarti aut initio tertii a. Chr. n. saeculi (F. Susemihl Gesch. der gr. Litteratur in der Alexandrinerzeit I p. 544 sq.) perquam probabiliter coniecit Wilhelm.

---

639 Tabula marmoris candidi cum aëtomate; primus versus in inferiore aëtomatis margine, reliqua in planicie infra aëtoma. Ed. B. I. Leonardos Ἐφ. ἀρχ. 1891 p. 85 n. 38 (W. Dittenberger I. G. Sept. I, 4254. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 117 n. 108). Cf. quae adnotaverunt A. Wilhelm, Anzeiger der phil.-hist. Classe der Ak. d. W. zu Wien 1895, 20. März. E. Szanto Eranos Vidobonensis p. 104 sq.

Θεοί. | Ἐπὶ Κηφισοφῶντος ἄρχοντος[1], ἐπὶ τ|ῆς Ἱπποθωντίδος
5 τρίτης πρυτανε|ίας, ἧι Σωστρατίδης Ἐχφάντου Εὐπ‖υρίδης ἐγραμ-
μάτευεν, [Πυανοψιῶνος] | ἕκτει ἐπὶ δέκα, τρίτει καὶ τριακο|στεῖ
τῆς πρυτανείας[2], ἐκκλησία· τῶ|μ προέδρων ἐπεψήφισζεν Δημο-
10 χάρ|ης Φλυεύς· ἔδοξεν τῶι δήμωι· Δημοσ‖θένης Δημοκλέους
Λαμπτρεὺς εἶπ|εν· ἐπειδὴ οἱ χειροτονηθέντες ὑπ|ὸ τοῦ δήμου
ἐπὶ τὴν ἐπιμέλειαν το|ῦ ἀγῶνος καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ τὴ|ν
15 ἑορτὴν τοῦ Ἀμφιαράου καλῶς καὶ ‖ φιλοτίμως ἐπεμελήθησαν
τῆς τε π|ομπῆς τῶι Ἀμφιαράωι καὶ τοῦ ἀγῶν|ος τοῦ γυμνικοῦ
καὶ ἱππικοῦ[3] καὶ τ|ῆς ἀποβάσεως[4] καὶ τῶν ἄλλων πάντω|ν τῶν
20 περὶ τὴν πανήγυριν, ὧν αὐτοῖ‖ς προσέταξεν ὁ δῆμος· δεδόχθαι
τῶ|ι δήμωι, ἐπαινέσαι τοὺς αἱρεθέντ|ας[5], Φανόδημον Διύλλου
Θυμαιτάδη|ν[6], Λυκοῦργον Λυκόφρονος Βουτάδη|ν[7] : Δημάδην
25 Δημέου Παιανιέα[8] : Σώφιλ‖ον Ἀριστοτέλους Φυλάσιον : Θρασυ|-
λέοντα Θεοφῶντος Ἀχαρνέα : Ἐπιτέ|λην Σωινόμου Περγασῆθεν[9] :
Νικήρα|τον Νικίου Κυδαντίδην[10] : Ἐπιχάρην | Ἀγωνοχάρους

Litterae Ionicae volgares, nisi quod φῖ per totum titulum φ est, dispositae στοιχηδόν. 1 Ol. 112, 4 (329/8 a. Chr.). 2 Annus communis est; mensis et prytaniae dierum numeri conveniunt in diem anni centesimum quartum vel quintum. Confirmatur igitur hoc decreto id quod ex eiusdem anni titulo C. I. Att. II, 178 intellectum est. Cf. A. Schmidt Handbuch der gr. Chronologie p. 570. 3 Certamina eiusmodi iam ante annum 338 a. Chr. in Oropiorum Amphiaraio habita esse discimus ex indice victorum I. G. Sept. I, 414, quem intra annorum 366—338 a. Chr. spatium propositum esse cum aliis rationibus probatur, tum inde elucet quod permulti quidem Athenienses sunt inter victores, sed eis ad unum omnibus ethnicum Ἀθηναῖος, non demoticum adiungitur. 4 Cf. I. G. Sept. I, 414, 34 ἡνίοχος [ἐγβιβάζων]. Itaque hoc quoque ludorum genus iam ante Atheniensium imperium restitutum illic usitatum erat. 5 Suffragiis populi eos potissimum homines electos esse probabile est, quos prae ceteris rebus divinis operam dare constabat. Quo nomine memorabile est, in alio decemvirorum collegio tempore suppari ex his nominibus quattuor redire Bull. de corr. Hell. XX p. 676: [Ὁ δ]ῆμος ὁ Ἀθηναίων τῶι [Ἀπ]όλλωνι ἀν[έθηκεν. ἱ]εροποιοὶ οἱ τὴν Πυθιάδα ἀγαγόντες· Φανόδημος Διύλλου, Βόηθος Ναυσινίκου, Λυκοῦργος Λυκόφρονος, Δημάδης Δημέου, [Κ]λέαρχος Ναυσικλέους, Γλαυκέτης Γλαύκου, Νεοπτόλεμος Ἀντικλέους, Κλεοχάρης Γλαυκέτου, Ἱπποκράτης Ἀριστοκράτους, Νικήρατος Νικίου. 6 Cf. n. 638[3]. 7 Orator nobilissimus. Cf. n. 151, 10. 168, 2. 32. 530, 282. 551, 31. 587, 11. 302. 303. 8 Orator nobilissimus. Cf. n. 530, 182. 9 Cf. C. I. Att. II, 181, 6 (323/2 a. Chr.) Ἐπιτέλ[ης] Σ[ω]ιν[όμου (Σωιναύτου Koehler, quod hoc titulo emendatur) Περγ]ασῆθεν εἶπεν. 10 Niciae Nicerati f. Cydantidae praetoris nobilissimi filius Niceratus cum anno 404 a. Chr. a trigintaviris interimeretur (Lys. XVIII, 6)

30 Παιανιέα[11] : Θυμοχάρη||ν Φαίδρου Σφήττιον[12] : Κηφισοφῶντα | Λυσιφῶντος Χολαργέ(α)[13] : δικαιοσύνη|ς ἕνεκα καὶ φιλοτιμίας τῆς πρὸς τ|ὸν θεὸν καὶ τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίω|ν, καὶ στεφα-
35 νῶσαι αὐτοὺς χρυσῶι σ||τεφάνωι ἀπὸ : X : δραχμῶν. δοῦναι δὲ α|ὐτοῖς καὶ εἰς θυσίαν καὶ ἀνάθημα | H : δραχμὰς· τὸ δὲ ἀργύριον τ[ὸ] εἰς τὴ|ν θυσίαν προδανεῖσαι τὸν ταμίαν | τοῦ
40 δήμου· ἐν δὲ τοῖς πρώτοις νομο||θέταις προσνομοθετῆσαι[14] τῶι ταμ.[ί]αι· ʿδοῦναι δὲ καὶ τὰς τριάκοντα δ|[ρ]αχμὰς τὸν ταμίαν τοῦ δήμου τοῖς | [α]ἱρεθεῖσιν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, ἃς εἴρη|ται διδό-
45 ναι ἐν τῶι νόμωι τῶι αἱρε||θέντι ἐπὶ τὴν εὐταξίαν'. ἀναγράψα|ι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα τὸγ γραμματέ|α τῆς βουλῆς καὶ στῆσαι ἐν τῶι ἱερ|ῶι τοῦ Ἀμφιαράου· εἰς δὲ τὴν ἀναγρ|αφὴν τῆς στήλης δοῦ-
50 ναι τὸν ταμία||ν τοῦ δήμου : ΔΔΔ : δραχμὰς ἐκ τῶν κατ|ὰ ψηφίσματα μεριζομένων τῶι δήμ|ωι.

---

680 Lapis inventus in ecclesia S. Ioannis diruta in oppido *Ano-Syra* insulae Syri. Edd. Kl. Stephanos Ἀθηναίου III p. 643 n. 9 (Syll.[1] 401).

---κρατουν ---------- [τρ]εχον ---------- | ---------
εἰ μὲν δοῦλ[ος] εἴη ὁ τῶν προδ[ηλ]ουμένων [τι[1] δρά|σα]ς, αὐτὸν
μὲ[ν μαστει]γοῦσθ[αι] δημοσίᾳ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τῇ ἑξῆς τοῦ |
[ἀδικήματ]ος ἡμέρᾳ πληγ[ὰς] ἑκατόν, τυπτόντων δύο οὓς ἂν ἐξ
5 αὐτῶν ἕλων‖[ται αἱ] ἀδικηθεῖσαι φυλαί, τὸν δεσπότην δὲ αὐτοῦ
ἀποτίνειν δραχμὰς | [ἑκατ]ὸν [Ἀ]ττ[ικ]ὰς αἳ ἔσονται ἱεραὶ τῆς
θεοῦ. εἰ δὲ μὴ παραδιδῷ πρὸς κό‖[λασιν τὸ]ν οἰ[κ]έτ[ην, δ]ιακο-
[σία]ς ἀποτεινύτω. εἰ δὲ ἐλεύθερος εἴη ὁ | [τι τῶν προδηλ]ουμένων

Litterarum formae ЄΠCΩ et iota mutum constanter omissum indicant titulum non ante Romanorum dominationem exaratum. 1 προδηλουμένων [δρά|σα]ς St. Pronomen quo careri nequit addidi et hic et v. 8. Cf. v. 16.

δράσας εἴτε αὐτῶν τῶν τρεχόντων τις, | [δραχμὰς Ἀττικὰς]
10 πεντ[ήκο]ντα κα[ὶ] ἑκατὸν εἰσπρασσέσθω, αἵτινες ὁμοίως ‖ [ἔσ]ονται ἱεραὶ τῆς θεοῦ, κα[ὶ ἱ]ε[ρόσυ]λος ἔστω καὶ ἐναγὴς νομιζέσθω | καὶ .....το διδόσθω τῶ[ν ἑ]τέρων δύο [φυλ]ῶν μή τις ἂν [ἐ]ξ αὐτῶν | [τῆ]ς ἐπιούσ[η]ς [ἡ]μέ[ρας ----------]υρα νεικήσῃ. εἰσπρασ|[σέτ]ωσαν [δὲ τὸ ἀργύριον][2] καὶ πρὸς τὴν κόλασιν ἀγέτωσαν τοὺς αἰτίους οἱ | [ἄρχ]οντες. ἐ⟨ι⟩άσαν[τες[3] δὲ
15 αὐτοὶ μ]ὲν ἄδ[ικοι νομι]ζέσθωσαν, ὁ βουλόμενος ‖ [δὲ] καὶ [δυνάμενος αὐτὸς πράσσων κύριο]ς[4] ἔστω ταῦτα ἃ δεῖ τοὺς ἄρχον|[τας] πράσσε[ιν· ἐὰν δέ τις μὴ φῇ τῶν εἰσπρασσομέ]νων[5] δεδρακέναι τι τῶν | [προδηλουμένων[6], ----------]. τοὺς αἰτιωμένους | ---------- δικαζέτωσαν ὀμνυν|[---------- ἐμ]πόδιον ἐκ τῆς παρολκῆς.

2 Supplevi. 3 Supplevi et emendavi. '*si id facere neglexerint*'. 4 Supplevi praeter participium δυνάμενος, quod iam editor Graecus habet. 5 Supplere conatus sum, sed unumquodque verbum praestare nolo. 6 Supplevi coll. v. 2. 8. Apodosis restitui non potest, etsi sententia satis perspicua est: Si quis a quo multa exigitur se quicquam eorum fecisse negabit, in ius vocato eos qui eum insimulaverunt (τοὺς αἰτιωμένους). Tum iudices iurati iudicanto. Totam legem ad lampadedromiam, quae Cereri habebatur a Syriis (C. I. G. 2347 *c*, 49), summa cum probabilitate rettulit editor Graecus.

681 Tabula marmoris albicantis, Patmi in vestibulo scholae quae est ad speluncam Revelationis S. Ioannis, inter portum et oppidum. Ed. L. Ross Inscr. ined. fasc. II p. 70 n. 189 (Syll.[1] 402). Accuratius J. Sakkelion Ἐφ. ἀρχ. περ. II p. 257 n. 228.

[Ἐ]πὶ Σωπόλιος, Ἀρτεμι[σι]ῶνος· ἔδοξε τῶι κοι|[ν]ῶι τῶν λαμπαδιστῶν τῶν ἐν Πάτμωι καὶ με|[τ]εχόντων τοῦ ἀλείμματος[1]· [ἐπει]δὴ Ἡγήμανδρος [Με|ν]εκράτου τά τε πρὸς θεοὺς εὐσεβῶς
5 ἔχων διαμ[ένει, ‖ π]ο[ι]ῶν καὶ τὰ πρὸς τοὺς συν[γεν]εῖς καὶ πολίτας εὐγ[ενῶς,] | καὶ κοινῇ καὶ καθ' ἰδίαν ἑκάστωι ἑαυτὸν εὔχρησ|[τ]ον παρεχόμενος ἀπὸ τῆς πρώτης ἡλικίας, ἔτι δὲ καὶ | [γε]γυμνασιαρχηκὼς ἑπτάκι καὶ λελαμπαδαρχηκὼ[ς[2] | καὶ τ]ὸν

Litterae volgares praeter ΑΩΣ. 1 Confert Rossius locum tituli Theraei a se editi Act. Acad. Monac. 1837 vol. II p. 409. 2 Hinc intellegitur, Patmi certe gymnasiarchiam a lampadarchia diversam fuisse. R.

10 μακρὸν δρόμον[3] νενικηκώς, καὶ ταῦτα πεπρα‖[χ]ὼς ἀξίως αὐτοῦ τε καὶ ἡμῶν, κατασταθεὶς δ[ὲ | κ]αὶ χρυσονόμος τῶν λαμπαδιστῶν τά τε χρήμ[α|τα] συνφυλάσσει καὶ τῶν ἄλλων πάντων π[ρ]όνο[ι|αν] ποιεῖται, νῦν [δὲ καὶ] ἐπήνγελται Ἑρμῆν τε λίθ[ι|νο]ν
15 ἀναθήσειν καὶ δραχμὰς διακοσίας δώσειν ‖ [δ]πως ἐκδανείσωνται, ἐπήνγελται δ[ὲ] καὶ ἕ[ως | ἂ]ν ζῇ ἐκ τῶν ἰδίων τάς τε θυσίας ἐπιτελέσα[ι καὶ τὰ | ἑορ](τ)ασιμαῖα[4] ὑποδέξεσθαι· δεδόχθαι Ἡγήμαν[δ|ρον] μὲν ἐπηνῆσθαι ἐφ' ᾗ ἔχει αἱρέσει, τοὺς δὲ λα[μ-
20 π|αδι]στὰς καὶ ἀλειφομένους στεφανῶσαι μὲν ‖ αὐτὸν χρυσῶι στεφάνωι ἀπὸ χρυσῶν Ἀλεξ[αν|δρείω]ν[5] πέντε καὶ εἰκόνι γραπτῇ, ἄγειν δὲ α[ὐτοῦ καὶ | ἐπ]ώνυμον ἡμέραν· ἡ δὲ ἱερεωσύν[η ἔστω | τῶν ἀφ'] Ἡγημάνδρου[6]· ἐὰν δὲ ------|---ιαχο --------

3 Duo distinguuntur lampadedromiae genera, μακρὸς et μικρὸς δρόμος. Sed iniuria Rossius dubitavit, utrum nomen hic supplendum esset. Nam si τὸν μικρὸν δρόμον vicisset, probabile est futurum fuisse ut accuratiore certaminis significatione omnino abstineret. Cf. 685, 3. 4 ΓΑΣΙΜΑΙΑ. Supplevit R. non sine dubitatione, interpretatus '*sumptus in dies festos lampadistis impendendos*'. ὑποδέχεσθαι erit '*in se recipere*'. 5 Supplevi. Ἀλεξ[άν|δρων?] Ross. 6 Supplevi.

682 Stela lapidis calcarii leucophaei fracta in duas partes, inventa Olympiae Edd. K. Purgold Arch. Zeitung XXXIX (1881) p. 87 n. 389 (P. Müllensiefen de titulorum Laconicorum dialecto p. 19 n. 41. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 p. 11 n. 26. Dittenberger et Purgold Olympia V p. 295 n. 171. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 755 n. 953). Cf. quae adnotaverunt E. Curtius Arch. Zeitung XXXIX (1881) p. 94. G. Hirschfeld Arch. Ztg. XL (1882) p. 103. J. H. C. Schubart, Jahrbücher für Philologie CXXVII (1883) p. 471. H. Brunn ibid. CXXIX (1884) p. 23 sq. W. Gurlitt über Pausanias p. 163. H. Förster die Sieger in den olympischen Spielen I p. 29 n. 403.

Δειν[οσ]θ[ένης] | Δε[ι]νοσθέ[ν]εο[ς][1] Λα|κεδαι[μό]νιος τῶ|ι Διὶ

Litterae Ionicae volgares non dispositae στοιχηδόν; ⊙ et O reliquis multo minores. Vs. 8 extr. primo Δ exaratum erat, deinde emendatum est Α. 1 Victor stadii Ol. 116 (a. 316 a. Chr.) recensetur ab Africano (Eusebius ed. Schoene I p. 206, 34) et Diodoro XIX, 17, 1; nomen apud illum in Δημοσθένης, apud hunc in Δεινομένης corruptum est, cum veram formam servaverit Pausanias (cf. not. 4).

5 Ὀ[λ]υμπίωι ‖ ἀνέθ[ηκ]ε, Ὀλύμπια | νικάας[2] στάδιον. | ἀ[π]ὸ
10 τᾶσδε τᾶς στά|λας ἐλ Λακεδα|ίμονα[3] ἑξακάτι‖οι τριάκοντα[4], ἀπ|ὸ
τᾶς δὲ[5] ποτ τὰ|ν[6] πράταν στά|λαν τριάκον|τα.

---

2 Etsi duo A paullo maius intervallum habent quam solet inter binas litteras intercedere, tamen id consonae ΣΣ reponendae non sufficit neque ullum hic exstat litterae vestigium. Sibilantem inter duas vocales evanescere in Laconum dialecto notum est (Ahrens de dialectis II p. 76 sqq.). 3 I. e. ἐς Λακεδαίμονα, nam ἐν cum accusativo coniunctum sermoni Lacedaemoniorum non convenit. Assimilationem λλ pro σλ apud eosdem habes Olympia V p. 367 n. 252 τοῖ(λ) Λακεδαιμονίοι[ς] et apud Cretenses in codice Gortynio V, 32 τοῖλ λείονσι. X, 33 ὁπὸ κα τιλ λῆι. 4 Cf. Pausan. VI, 16, 8: Λακεδαιμονίῳ δὲ Δεινοσθένει σταδίου τε ἐγένετο ἐν ἀνδράσιν Ὀλυμπικὴ νίκη, καὶ στήλην ἐν τῇ Ἄλτει παρὰ τὸν ἀνδριάντα ἀνέθηκεν ὁ Δεινοσθένης· ὁδοῦ δὲ τῆς ἐς Λακεδαίμονα ἐξ Ὀλυμπίας ἐπὶ ἑτέραν στήλην τὴν ἐν Λακεδαίμονι μέτρα εἶναι σταδίους ἑξήκοντα καὶ ἑξακοσίους. Ex ipso titulo haec petita esse manifestum est. Neque vero πράτα στάλα proxima ab Olympia Spartam versus est, ut Paunias perperam triginta stadia quae iam illis sexcentis triginta continebantur eis adnumeraverit. Immo Brunnius monuit alterum ἀπὸ τᾶσδε (v. 10. 11) non ad hunc cippum, sed ad Lacedaemona spectare, ut illa prima stela etiam triginta stadiis ultra Lacedaemoniorum oppidum fuerit, nempe in Amyclaeo delubro vix minus celebri quam Olympia fuit; cf. Thuc. V, 18, 10: στήλας δὲ στῆσαι Ὀλυμπίασι καὶ Πυθοῖ καὶ Ἰσθμοῖ καὶ Ἀθήνησι ἐν πόλει καὶ ἐν Λακεδαίμονι ἐν Ἀμυκλαίῳ. Sane oppidum Amyclas non plus viginti stadiis a Sparta abesse Polybius V, 19, 2 testatur, sed ecclesia proximi vici *Slavochori*, ubi fuit fanum Apollinis Amyclaei, a theatro Spartanorum triginta stadiorum intervallo distare refert E. Curtius Peloponnesus II p. 245. 5 τᾶσδε legebatur, ac ne Brunnius quidem hoc pronomen in dubium vocavit, etsi id nullo modo alio pertinere posset atque ad hunc cippum. Quare malui separatim ἀπὸ τᾶς δὲ scribere. Fieri etiam potest ut cum ἀπὸ τα(ύτα)ς δὲ exarandum esset, lapicidae oculi ab altera syllaba τα ad alteram aberrarent. 6 Post TA in fine versus quadratarius errore litteram E exaraverat, sed eam ipse rursus excidit.

---

683 Basis marmoris Parii fracta in partes plures, inventa Olympiae. Cum primum ex Hirschfeldii apographis in ephemeride archaeologica Berolinensi fragmenta edita essent, omnia coniuncta accurate a Purgoldio delineata exhibita sunt Olympia V p. 339 n. 227.

[Διὶ] Ὀλυμπίῳ | [Νι]κάνορα Σω|[κλέ]ους Ἐφέσι|[ο]ν, νεικήσαντα ‖
5 παίδων πανκρά|[τι]ον ἀνέφεδρον[1] | Ὀλυ[μ]πιάδι σιζ΄[2], | Διόδω-
ρος ἀδελ|[φ]ός.

Litterae ΑΖΗΠΣΩ, apicibus ornatae. 1 Cf. n. 686, 28: πάντας μὲν ἀνέφεδρος ἐπανκρατίασε τοὺς κλήρους. Olympia V p. 337 n. 225, 12: ἐστέφθην ἀνέφεδρος Ὀλύμπια πανκρατίῳ παῖς. Vocabulum, quod apud scriptores Graecos quod sciam nusquam reperitur, eum significat qui nunquam per totum certamen sortis felicitate ἐφεδρείαν nanctus est, ita ut continua priorum certaminum serie defatigatus ad illam supremam de corona dimicationem perveniat. 2 Anno 89 p. Chr. n.

---

684 Lapis arenaceus magnus non laevigatus, in quo titulus scriptus est litteris grandibus, inventus Olympiae in Pelopio. Ex Furtwängleri apographo ed. A. Kirchhoff Arch. Zeitung XXXVII (1879) p. 153 n. 302 (Roehl I. G. A. p. 87 n. 370. Imagines ed. 2 p. 86 n. 2. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 p. 347 n. 557. F. Bechtel, die Inschriften des ionischen Dialekts p. 148 n. 255. E. L. Roberts Introduction to Greek epigraphy I p. 196 n. 167. W. Dittenberger et K. Purgold Olympia V p. 723 n. 717). Cf. quae de titulo disputaverunt Karsten de titulorum Ionicorum dialecto, Halis 1882, p. 9. D. Comparetti, Rivista di filologia XI (1883) p. 554 sqq. A. Fick, Göttinger gel. Anzeigen 1883 p. 125. U. von Wilamowitz-Möllendorff ind. lect. Gotting. 1885/6 p. 12.

Βόβων τὲτέρει[1] χερὶ ὑπερκεφαλά[2] μ' ὑπερεβάλετο[3] ὁ Φό[λ]α[4].

Litteratura perantiqua; formae maxime memorabiles ΕΓ (λάμβδα) ΝΥΨ (χῖ); ῥῶ plerumque volgarem formam habet (Ρ), sed semel in voce χερὶ prope ad Ϸ accedit. Μ quod uno loco invenitur utrum μῦ esset an σῖγμα dubitaverunt homines docti, sed illud probabilius est. Propter dativum τὴτέρει (not. 1) Ionicam dialectum agnoscit Roehl, propter χῖ litterae formam litteraturam occidentalem quam Kirchhoffius dicit; quod utrumque una cum non cadat nisi in Euboeenses, ex his vero rursus Chalcidenses eorumque coloni propter litterae λάμβδα formam (Ν, non L) in censum non veniant, restare ut Eretriensem aut Styrensem origine statuamus Bybona. At psilosin constanter usurpatam ex omnibus Ionibus minime cadere in Euboeae incolas, quorum tituli antiqua litteratura exarati constanter spiritus asperi signo uterentur, monuerunt Ka. et Wil. Et hic quidem rectissime Eleum iudicavit titulum, cui sententiae maxime favet ethnicum omissum. 1 Vocalis terminationis insolita in titulo, qui utique Ionicus non est (v. supra) fortasse inde explicatur, quod apud Eleos ε haud raro in α convertitur cum alibi tum in diphthongis ει et ευ (cf. Olympia V p. 6. 7 ad n. 2). Quae conversio cum mira inconstantia modo usurpetur modo neglegatur, nescio an adeo turbatus sit sensus recti et legitimi sermonis, ut etiam vice versa aliquando ει pro antiquo αι scriberetur. 2 Adverbium inauditum, sed aliis veteris recentiorisque sermonis exemplis satis defensum (cf. ὑπέρμορα,

κατωμαδόν, κατακέφαλα) statuere malui, quam cum Wil. ὑπὲρ κεφαλάμ (μ') ὑπερεβάλετο legere. Nam etsi duplices consonas antiquitus etiam in confiniis binorum vocabulorum semel posita littera exprimi solitas esse constat (cf. τοῖ(λ) Λακεδαιμονίοις Ol. V p. 367 n. 252. ταῖ(ς) στέγαις, ὑπὲ(δ) δὲ, τᾶ(δ) δίκας aliaque id genus in lege Gortynia), tamen ea consuetudine hic plane sublatam esse voculam sententiae necessariam (με) non est credibile. Qui editores Μ σῖγμα interpretantur, eis sive genetivum κεφαλᾶς sive accusativum κεφαλάς praetulerunt non contigit ut enuntiatum sanae sententiae et legibus sermonis accommodatum restituerent. Ceterum tantum est lapidis pondus, ut de eminus iacto omnino cogitari nequeat. Immo iam id eximii roboris et dexteritatis documentum erat, quod Bybon lapidem supra capitis altitudinem sublatum pone tergum deiecit. 3 Medium verbi genus de eo qui lapide ultra locum quem adversarius attigit iacto victoria potitur non sane recte usurpatur. Quare qui sic interpretantur titulum, necessario activum restituerunt conatibus ceteroquin non sane felicibus (τὸ Ὀφοία sc. σᾶμα Kirchhoff., τὸ οὐφόρα, i. e. id quod videre licet, hunc lapidem, Roehl). Sed de eiusmodi certamine lapidis natura cogitare vetat (not. 2), in eo vero qui supra suum ipsius caput lapidem tollit ac deinde deicit, medii usus legitimus est. 4 Supplevit Wil. Φόλας ethnicum est pagum Aetoliae significans (293 13), quod hic in nominis proprii vim deflexum hominem Eleum, Bybonis patrem, significare eo credibilius est cum quia omnibus aetatibus et in omnibus regionibus hic ethnicorum usus Graecis familiaris fuit, tum quia Elei origine Aetoli fuerunt.

---

685 Basis quadrata marmoris Hymettii inventa in horto domus in parte orientali Athenarum sitae, nunc est in impluvio Musei publici. Edd. Kumanudis Ἀθηναίου VIII p. 142 n. 5 (Syll.[1]. 403). Koehler C. I. Att. II, 1322.

Θάλεια Πολυστράτου Φιλαΐδου θυγάτηρ | τὸν ἑαυτῆς υἱὸν Πολύστρατον Δαμίχου Φιλαΐδην | νικήσαντα Παναθήναια τὸν μακρὸν δρόμον[1] | ἀνέθηκεν.

Litterae apicibus ornatae. Infra litteris paullo minoribus Διω.... Imperatorum aetati propter litterarum formas titulum adsignat K. Sed certe propter scripturam Φιλαΐδης (non Φιλάδης) Augusti imperio non multo recentior erit. 1 Cf. 681 3.

---

686 Basis marmoris nigricantis inventa Olympiae in maceria septentrionali Byzantinorum aetate exstructa. Titulus I in latere sinistro, II in fronte (v. 1—23) et latere dextro (v. 24—43). Ed. ex R. Weillii apographo W. Dittenberger Arch. Zeitung XXXVI

(1878) p. 91 n. 147. p. 94 n. 148. A. Purgoldo denuo collati tituli editi sunt Olympia V p. 111 n. 54. p. 117 n. 55.

I Ὁ νεωκόρος[1] Σμυρναίων δῆμος | Τιβέριον Κλαύδιον Ῥοῦφον, τὸν | ἑαυτοῦ πολείτην, ἄνδρα πλειστο|νείκην καὶ ἱερονείκην ἀπὸ
5 συνόδου[2], ‖ τῶν καθ' ἑαυτὸν πανκρατιαστῶν | ἀνδρείᾳ τε καὶ σωφροσύνῃ διενένκαντα | καὶ διὰ τὴν πρὸς τοὺς (Σ)εβαστοὺς[3] | γνῶσιν τυχόντα τῆς διὰ γένους | ξυσταρχίας[4] πάντων τῶν ἀγο-
10 μένων ‖ ἀγώνων ἐν Ζμύρνῃ, ἐτείμησεν | ἐκ τῶν ἰδίων, καθὼς καὶ Ἠλεῖοι.

Ἠλείων ψήφισμα.

II Ἐμφανίσαντός μοι[5] Μάρκου Βετιληνοῦ Λαίτου[6] | ὅτι Τιβέ-

---

Litterae ΖΘΞΠΣ. 1 Hinc apparet, titulum Traiani principatu aut aliquo ex primis Hadriani annis exaratum esse. Nam non ante Traianum νεωκόροι vocantur Smyrnaei in nummis, at iam ab Hadriano δὶς νεωκόρων nomen impetraverunt. Cf. C. I. G. 3148, 33 sqq. καὶ ὅσα ἐπετύχομεν παρὰ τοῦ κυρίου Καίσαρος Ἁδριανοῦ διὰ Ἀντωνίου Πολέμωνος· δεύτερον δόγμα συνκλήτου, καθ' ὃ δὶς νεωκόροι γεγόναμεν. 2 Cf. Olympia V p. 527 n. 436, 1 sqq.: [τῶν ἀπὸ τῆς] οἰκουμένης ἀθλη|[τῶν ὅ τε] σύμπας ξυστός, | [οἱ παραγ]ενόμενοι ἐπὶ τὸν | [ἀγῶνα] τῶν Ὀλυμπίων Ὀ|[λυμπ]ιάδι σις', καὶ ἡ ἱερὰ | [ξυσ]τικὴ σύνοδος. 3 ΖΕΒΑΣΤΟΥΣ. Non de pluribus qui una imperaverint Augustis, id quod ante annum 161 a. Chr. nunquam factum est, sed de eis qui deinceps se exceperint dicitur (not. 1). Unus sane ad illum xystarchiam detulit, sed gratia qua iam apud priorem principem floruerat ei commendationi fuisse potest apud successorem, siquidem aut Nerva et Traianus aut Traianus et Hadrianus innui videntur. 4 Xystarchiae honos, alienus ille quidem ab antiquioris aetatis institutis, satis frequenter commemoratur in titulis principatus temporibus conscriptis. Quod ex hac inscriptione perspicitur, xystarchum omnium ludorum qui in oppido quopiam habebantur summam curam habuisse et ab imperatore institutum esse, id etiam alibi tangitur. Cf. potissimum epigramma C. I. At. III, 1171: Ὃν βασιλῆς ἔστεψαν ἐπ' εὐδικίῃ βιότοιο καὶ σταδίοις ἱεροῖς στῆσαν ἀεθλοθέτην ξυστάρχην Κεκρόπεσσι καὶ ἀθλητῆρσι Τρύφωνα, πάτρῃ κοσμητὴν παισὶν ἑοῖς ἔθετο. 5 Nusquam indicatur, quis hic prima persona de se loquatur. Sed res ita se habere videtur: Magistratus nescio quis rogationem de Ti. Claudii Rufi honoribus suo nomine conscriptam ad populum Eleorum tulit; qua suffragiis civium comprobata scriba publicus nihil fecit nisi ut prolixae illius expositioni quae tota ab enuntiato ἐμφανίσαντός μοι (v. 13) — καὶ διὰ ταῦτα λέγοντος (v. 41. 42) pendebat, pro rogatione decretum ἔδοξεν τοῖς τε ἄρχουσιν κτλ. subnecteret, non animadverso structurae et sententiae hiatu. (Cf. 164.) Ceterum cur M. Vetulenus Laetus civis Eleus nobilissimus (not. 6) non ipse ad populum tulerit, sed alium nescio quem de Rufi laudibus certiorem fecerit, nullam video causam nisi quod tum Elide unis magistratibus plebiscita rogare licebat, Vetulenus vero per illum annum forte privatus erat. 6 Homo nobilissimae

15 ριος Κλαύδιος Ῥοῦφος, ἀνὴρ πανκρα‖τιαστής, ἐπὶ τὸν τῶν
Ὀλυμπίων ἀγῶνα παραγε|νόμενος ἐπεδήμησέν τε μετὰ παντὸς |
ἐν τῇ πόλει κόσμου, ὡς πάσης αὐτὸν μαρτυρίας | ἐπὶ σωφρο-
σύνῃ καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἄνδρα παρὰ πᾶσιν | ἐπιτήδειον[7] νομί-
20 ζεσθαι, τάς τε γυμνασίας ἐν ‖ ὄψει τῶν ἑλληνοδικῶν κατὰ τὸ
πάτριον τῶν | ἀγώνων ἔθος ἀπέδωκεν ἐπιμελῶς[8], ὡς πρόδηλον |
εἶναι τὴν ἐλπίδα τῆς[9] ἐπὶ τὸν ἱερώτατον στέφανον | αὐτῶι, καὶ
διότι παραγενόμενος εἰς τὸ στάδιον | ἀξίως καὶ τοῦ Διὸς τοῦ
25 Ὀλυμπίου καὶ τῆς ἀθλήσεως ‖ καὶ τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ παρὰ πᾶσιν
ὑπολήψεως ὑπαρ|χούσης ἠγωνίσατο μέγα τι καὶ θαυμαστόν,
ὥσπερ | ἦν ἄξιον, ἐπιθέσθαι τὸν Ὀλυμπικὸν στέφανον | ἡγού-
μενος, καὶ πάντας μὲν ἀνέφεδρος[10] ἐπανκρα|τίασε τοὺς κλήρους
30 τοῖς δοκιμωτάτοις λαχὼν ‖ ἀνδράσιν, ἐπὶ τοσοῦτον δὲ καὶ ἀρε-
τῆς καὶ εὐψυχίας | ἦλθεν, ὥστε περὶ τοῦ στεφάνου πανκρατιάζων |
πρὸς ἄνδρα λελονχότα ἐφεδρείαν καλλείω[11] | λογίσασθαι τῆς
35 ψυχῆς ὑπεριδεῖν ἢ τῆς περὶ τὸν | στέφανον ἐλπίδος, ‖ καὶ ὅτι
μέχρι νυκτὸς, ὡς ἄστρα καταλαβεῖν, | διεκαρτέρησε[12], ὑπὸ τῆς

---

per principatus duo prima saecula inter Eleos familiae, cuius patrem L. Vetulenum Laetum, avum paternum L. Vetulenum Florum itemque posteros per aliquot aetates summis reipublicae honoribus nobilissimisque sacerdotiis functos esse tituli Olympici produnt; cf. stemma a me propositum Olympia V p. 525. 7 Adiectivum contra leges sermonis cum genetivo coniunctum quia fere in eius quod est ἄξιος notionem abierat. 8 Cf. Pausanias VI, 23, 1: ἐν δὲ Ἤλιδι τὰ ἄξια μνήμης γυμνάσιόν ἐστιν ἀρχαῖον, καὶ ὅσα ἐς τοὺς ἀθλητὰς πρὶν ἢ ἐς Ὀλυμπίαν ἀφικνεῖσθαι νομίζουσιν ἐν τούτῳ σφίσι τῷ γυμνασίῳ δρᾶν καθέστηκε. § 2 χωρὶς μὲν δὴ ἐς ἅμιλλαν τῶν δρόμων ἐστὶν ἀποκεκριμένος δρόμος — ἔνθα ἐπὶ μελέτῃ δρομεῖς καὶ πένταθλοι θέουσιν. ἔστι δὲ ἐν τῷ γυμνασίῳ καλούμενον Πλέθριον· ἐν δὲ αὐτῷ συμβάλλουσιν οἱ ἑλλανοδίκαι τοὺς καθ' ἡλικίαν ἢ καὶ αὐτῷ διαφέροντας τῷ ἐπιτηδεύματι· συμβάλλουσι δὲ ἐπὶ πάλῃ. 24, 1: καὶ ταύτῃ τοὺς ἑλλανοδίκας ἰέναι καθέστηκεν ἐς τὸ γυμνάσιον. ἐσίασι δὲ πρὶν μὲν τὸν ἥλιον ἀνίσχειν συμβαλοῦντες δρομέας, μεσούσης δὲ ἡμέρας ἐπὶ τὸ πένταθλον καὶ ὅσα βαρέα ἆθλα ὀνομάζουσιν. 9 Substantivum neglegentia omissum. 10 Cf. n. 683[1]. 11 Videtur hic pluralis neutrius generis esse soloece usurpatus pro singulari. 12 Laus est pertinaciae et virtutis, usque ad noctem certamen produxisse. Quae cum proprie in pugiles, luctatores, pancratiastas cadat, lepida irrisione eam cum cursori tribueret in acerbam tarditatis vituperationem convertit Lucillius Anth. Pal. XI, 85, 1: νύκτα μέσην ἐποίησε τρέχων ποτὲ Μᾶρκος ὁπλίτης. Ceterum neque victorem neque victum discessisse Rufum apparet (not. 15); quam rem tumidis et verbosis laudibus dignam visam esse illius aetatis moribus accommodatum est. Cf. Newton, Halicarnassos, Cnidos and Branchidae II p. 774 n. 59: ἀγαθῇ τύχῃ· Λεύκιον Λευκίου νικήσαντα τὰ μεγάλα Διδύμεισ,

περὶ τὴ[ν] νείκην | ἐλπίδος ἐπὶ πλεῖστον ἀγωνίζεσθαι[13] προτρε|πόμενος, ὥστε καὶ ὑπὸ τῶν πολειτῶν τῶν | ἡμετέρων καὶ
40 ὑπὸ τῶν τῆς οἰκουμένης θεατῶν || συνειλεγμένων ἐπὶ τὸν ἱερώτατον τῶν | Ὀλυμπίων ἀγῶνα θαυμάζεσθαι, καὶ διὰ ταῦτα | λέγοντος[14] δεῖν τειμάς τε τῷ ἀνδρὶ ψηφισ|θῆναι, τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ καὶ αὐξήσαντι καὶ συν|κοσμήσαντι τὸν ἀγῶνα, καὶ ἐπι-
45 τραπῆναι || ἀνδριάντα αὐτῷ ἐπὶ τῆς Ὀλυμπίας ἀναστῆσαι | ἐπιγραφὴν ἔχοντα τήν τε τῶν ἄλλων | ἀγώνων μαρτυρίαν καὶ δηλοῦσαν ὑπὲρ | τῆς ἱερᾶς[15], ἣν μόνος ἀπ' αἰῶνος ἀνδρῶν |
50 ἐποίησεν· ἔδοξεν τοῖς τε ἄρχουσι || καὶ παντὶ τῷ δήμῳ, ἐπαινέσαι μὲν Λαῖτον | τῆς (ε)ἰσηγήσεως, τετειμῆσθαι δὲ Ῥοῦφον | πολειτείᾳ, καὶ ἐπιτραπῆναι αὐτῷ ἀνα|θεῖναι ἀνδριάντα ἐπὶ τῆς Ὀλυμπίας | ἐπιγραφὴν ἔχοντα τὴν προγεγραμμένην.

ἀγωνισάμενον δὲ καὶ Ὀλύμπια τὰ ἐν Πείσῃ περὶ τοῦ στεφάνου. 13 Cf. n. 163, 5. 334, 28. 14 Cf. not. 5. 15 Si quando ancipiti eventu fuerat certamen, praemia victoribus destinata deo cuius ludi erant dedicabantur. Huius generis est στέφανος θαλλοῦ χρυσοῦς, ὃν ἡ πόλις ἀνέθηκε, τὰ νικητήρια τοῦ κιθαρῳδοῦ C. I. Att. II, 652 [n. 586], 37. 659, 18. 660, 17. 667, 34. Cf. etiam Gellius N. A. XVIII, 2, 5: *si nemo dissolvebat* (*quaestionem*), *corona quaestionis eius deo, cuius id festum erat, dicabatur.* Inde translatus usus natus est apud Polybium I, 58, 5: ὡς ἂν ἀπαθεῖς καὶ ἀήττητοί τινες ἄνδρες ἱερὸν ἐποίησαν τὸν στέφανον. XXIX, 8, 9: καὶ δὴ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ (Εὐμένης καὶ Περσεὺς) ποιήσαντες ἱερὸν τὸν στέφανον τῆς φιλαργυρίας διελύθησαν ἐπ' ἴσης καθάπερ ἀγαθοὶ παλαισταί. Neque vero de corona modo vocabulum ἱερός usurpatur, sed de ipso certamine, ut plane in vim eius quod est '*anceps*' abisse videatur. Sic fortasse accipiendum I. G. Sept. I, 2727, 19: κιθαρῳ[δῶν ἱ]ερός. 24 κωμῳδῶν ἱερός; sed ibi dicat quispiam, στέφανος, non ἀγών, mente supplendum esse. Verum ea ambiguitate caret titulus Larisaeus n. 670, 6. 7: τὸ δὲ τῶν ἀνδρῶν παγκράτιον ἱερὸν ἐγένετο. Olympia V p. 117 n. 56, 16 sqq.: [ὅσα δὲ τῶν ἀ]θλημάτων ἔρημα [ἢ ἱε]ρὰ γένηται, τούτων ... ἀνατιθέτωσ[αν οἱ ἀγωνοθέται τοὺς στεφάνους]. Neque vero violentius, quam ad certamen, ad victoriam transfertur a praemio; unde natam opinor locutionem ἱερὰν ποιεῖν, in qua initio adiectivo praedicative usurpato mente addebatur τὴν νίκην, deinde hac ellipsi obscurata ipsum ἱερά quasi substantivum incertum certaminis eventum significans habebatur. Ceterum eius formulae haec exstant praeter hunc titulum exempla: Seneca Epist. 83, 5 *quod raro cursoribus* (sc. multo frequentius luctatoribus et pancratiastis) *evenit, hieran fecimus.* Wood Ephesus Append. VI p. 70 n. 20 ἐποίησε δὲ καὶ Ὀλύμπια τὰ ἐν Πείσῃ ἱεράν. Bull. de corr. Hell. XVII (1893) p. 256 n. 35 ἀγωνισάμενον ἐνδόξως τὴν ἱερὰν Σεβαστοδώρητον Αἰλ(ίαν) Κορνουτείαν θέμιν γ' πυθικῶν (sc. παίδων) [πά]λην καὶ ποιήσαντα ἱ[ερ]άν.

687 Basis quadrata marmoris albi in tribus lateribus singulos equites et tripodes anaglypho expressos habens, inventa Athenis septentrionem versus a Theseo quod dicitur. Edd. Cavvadias Δελτίον ἀρχαιολογικὸν 1891 p. 34. T(héodore) R(einach) Revue des études Grecques IV (1891) p. 191. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. XV (1891) p. 369. Photographia expressum monumentum exhibet Cavvadias Ἐφ. ἀρχ. 1893 p. 39, tab. 6. 7. (Koehler C. I. Att. IV, 2 p. 255 n. 1305*b*. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 751 n. 939). Cf. quae docte et sagaciter de titulo disputavit Lolling Δελτίον ἀρχαιολογικόν, 1891 p. 55 sqq.

Φυλαρχοῦντες[1] ἐνίκων ἀνθιππασίαι[2] | Δημαίνετος Δημέο Παιανιεύς[3], | Δημέας Δημαινέτο Παιανιεύς, | Δημοσθένης Δημαινέτο Παιανιεύς.
5 Βρύαξις ἐπόησεν[4].

Litterae volgares Ionicae non dispositae στοιχηδόν. Genetivi in -ο cadentes, cum in participio φυλαρχοῦντες iam diphthongus scribatur, medio fere quarto a. Chr. n. saeculo titulum incisum arguunt, quae res argumento confirmatur (cf. not. 3. 4). 1 Phylarchi deni quotannis erant, singuli ex singulis tribubus suffragio electi. Unde sponte apparet, tres homines Paeanienses simul eo magistratu fungi non potuisse. Statuendum igitur est Demosthenem Demaeneti f. Paeaniensem cum hipparchus certamine equestri vicisset, hoc suae victoriae simulque earum quas ante in eodem magistratu pater et frater natu maior reportaverant monumentum dedicasse. L. 2 Inter exercitationes equitum Xenophon hipparch. 1, 20. 5, 4 ἀνθιππασίαν commemorat eandemque 3, 11. 12 accurate describit. Sed illic de certamine et victoria nihil legitur; quod contra sic interpretantur Hesych. ἀνθιππασίων· τῶν ἱππέων ἄσκησις, καὶ ἀγῶνες αὐτῶν. Suidas ἀνθιππασία· ὁ ἱππικὸς ἀγών. Bekker Anecd. I p. 404, 3 ἀνθιππασία· ἵππων ἅμιλλα, ἱππικὸς ἀγών. Neque multo recentius Xenophontis aetate illud institutum fuisse hic titulus docet. Aliud de eodem testimonium habes n. 200, 5. 10, neque magnopere discrepare videntur ludi equestres Lebadensium quorum ob victoriam equites cum hipparcho suo dedicaverunt monumentum I. G. Sept. I 3087, 2: νικάσαντες ἱππασίῃ. E. Reisch ap. Pauly-Wissowa Realencyklopaedie I, 2 p. 2378. 3 Eundem Demaenetum, qui anno 388/7 a. Chr. praetor fuit eoque anno primum cum Chabria Aeginae contra Gorgopam pugnavit (Xen. Hell. V, 1, 10 sq.), deinde cum tribus collegis ad Abydum classi praefuit (Xen. Hell. V, 1, 26), cuius etiam apud Aeschinem II, 78 mentio fit, summa cum probabilitate hic agnoscit Loll. Sane nusquam patris aut pagi nomen additur; sed L. monuit ex eius collegis quorum quidem pagi noti essent (cf. J. Beloch Gesch. der att. Pol. p. 296), neminem Pandionidis tribus esse. Eius filios phylarchorum officio circa medium saeculum a. Chr. quartum functos esse probabile est. 4 Artificem nobilissimum iuvenem partem anaglyphorum

Maussollei (Plinius Nat. hist. XXXVI, 31), provectum aetate statuam aheneam Seleuci regis (Plinius XXXIV, 73) fecisse constat; inde de eius aetate coniectura fieri potest. Hoc phylarchorum monumentum sine dubio adulescens nondum artis laude inter Graecos florens elaboravit, quo factum esse videtur ut neque hoc neque ullum omnino quod in ipsius patria exstaret opus a scriptoribus commemoraretur; etenim Atheniensem fuisse cum Clemens Alex. Protr. 14 testatur tum hic titulus, quippe qui ethnico careat, confirmat. L.

---

688 Stela lapidis calcarii, Epidauri in delubro Aesculapii. Ed. Cavvadias Fouilles d'Epidaure I p. 77 n. 237 (R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscriptions juridiques Grecques p. 494 n. XX A).

Ἐπὶ ἱαρεῦς Θιοκύδευς[1], μηνὸς Ἀπελλαίου[2]. | ὀφείλει τῶι θεῶι
ὁ ἐργώνας τᾶς ὕσπλα|κος[3] Φίλων Κορίνθιος τὰς ζημίας ἃς
5 ἐ|ζαμίωσε αὐτὸν ὁ ἀγωνοθέτας τοῦ γυ‖μνικοῦ Τρίτυλλος καὶ οἱ
ἑλλανοδίκαι καὶ | ἐπέκρινε[4] αὐτὸν παρεόντα[5] ἁ βουλὰ δ[ι]|καίως
ἐζαμιῶσθαι δραχμαῖς Ἀλεξαν|δρείαις[6] πεντακοσίαις· τούτου ἀν-
10 θυφαι|ρεθέντος τοῦ μισθοῦ δραχμᾶν διακοσι‖ᾶν τὸ λοιπὸν σὺν
ἡμιολίωι[7] ὀφείλει, ἐ|πεὶ οὐκ ἀπελύσατο κατὰ τὸν νόμον[8], Ἀλε|-
ξανδρείας 𐅄𐅄𐅄𐅄𐅅, | καὶ ὁ ἔγγυος Νίκων | τραπεζίτας Κο-
ρίνθιος.

Litterae volgares, sed ita ut Πϟ cum ΠΡ alternent et ὦ μέγα semper ⵔ sit, quae forma tertii a. Chr. n. saeculi propria est (cf. n. 221. 226). 1 Sacerdos est eponymus Aesculapii. 2 Cf. n. 438[4]. 3 Idem quod ἄφεσις significare hoc vocabulum in stadiis et hippodromis ex scriptorum testimoniis constat. Cf. Ioseph. Bell. Iud. III, 90 ἑστᾶσιν ὥσπερ ἐφ' ὕσπληγος ἑξορμᾶν ἕτοιμοι. Hesychius ὕσπληγξ· ἄφεσις, ἀφετηρία. Inter γ et γγ fluctuat scriptorum memoria, sed tenuis κ quantum scio praeter hunc titulum nusquam occurrit. 4 Provocare igitur licebat ab agonothetae et hellanodicarum iudicio ad senatum. 5 Hinc colligas ab hellanodicis absentem damnatum esse Philona. 6 Alexandri igitur regno recentior est titulus, qua cum re perbene convenit eius litteratura (v. supra). 7 Manifesto ἡμιόλιον hic dimidium est, quo addito ex trecentis drachmis, quae subducta mercede restant, fiunt quadringentae quinquaginta (v. 12). 8 I. e. quia debitum reipublicae non intra illud temporis spatium, quod legibus praefinitum erat, persolvit.

---

689 Infra n. 688 in eodem lapide. Ed. Cavvadias Fouilles d'Epidaure I p. 77 n. 238 (R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscriptions juridiques Grecques p. 495 n. XX B).

Ἐπὶ ἀγωνοθέτα τῶν Ἀσκλαπιείων Κλεαιχμίδα τοῦ | Ἀριστοκλέος κατάδικοι οἱ γενόμενοι τῶν ἀθλη|τᾶν διὰ τὸ φθείρειν τὸν ἀγῶνα ἕκαστον[1] στατῆρ|[σ]ι χιλίοις· Ταυρίδη[ς] Τελεσίου Σολεύς, ἀνὴρ
5 στα||διοδρόμος· Φίλιστος Καλλισθένους Ἀργεῖος ἀπ' Ἀ|χαΐας[2], ἀνὴρ πένταθ(λ)ος[3]· Σίμακος Φαλακρίωνος Ἠπει|ρώτης ἀπὸ Θεσπρωτῶν, ἀνὴρ παγκρατιαστής.

Litterae volgares praeter ΠΣ. Iure titulo superiore n. 688 hunc aliquanto recentiorem iudicat Ca. 1 Hoc non ad ἀγῶνα referri mihi videtur, sed anacoluthia satis leni, tanquam si antea verbum aliquod puniendi (veluti τούσδε ἐζαμίωσαν οἱ ἑλλανοδίκαι) scriptum essset, accusativus pro nominativo usurpatur. Unicuique mille staterum multa inflicta est. 2 Oppidulum ceteroqui ignotum agri Argivi indicari videtur. Nam si de Achaeorum foedere cui Argivi intererant diceretur, vice versa Ἀχαιὸς ἀπ' Ἄργους exspectares. 3 ΓΕΝΤΑΘΑΟΣ.

---

690 Infra n. 689 in eodem lapide. Ed. Cavvadias Fouilles d'Epidaure I p. 77 n. 239 (R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscriptions juridiques Grecques p. 495 n. XX C).

Ἐπὶ ἀγωνοθέτα τῶν Ἀσκλαπιείων καὶ Ἀπολλωνίων Σωστράτου τοῦ Πατρο|κλείδα κατάδικοι οἱ γενόμενοι τῶν τεχνιτᾶν | διὰ τὸ μὴ ἀγωνίξασθαι κεκομισμένοι τὸν μισθόν· | ----------
5 ---------- || ----------
----------|---[1] κωμ[ω]ιδὸς Διονύσιος Διονυσίου Ῥόδιος[2] μνᾶν | τεσσάρων.

Litterae ΛΔΘΝΠΣ; inter Ω et ω fluctuatur; scriptura neglegentissima. Superioribus eiusdem lapidis inscriptionibus haec manifesto multo recentior. 1 Hic aliquot nomina erasa sunt, quia multa persoluta erat. 2 Dionysium Rhodium poëtam Anthol. VII, 716 fortasse eundem esse existimat Cav. Sed hic actorem comoediarum, non poëtam habemus, neque ex nomine volgato quicquam colligere licet.

---

691 Delphis. Edd. Wescher-Foucart Inscr. de Delphes 6 (Syll.[1] 404. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 734 n. 895). Cf. quae de titulo disputaverunt H. Sauppe Ausgewählte Schriften p. 711 sqq. O. Lueders die Dionysischen Künstler p. 112 sqq. A. Mommsen Delphika p. 216 sqq. E. Reisch de musicis Graecorum certaminibus p. 88 sqq. K. von Jan Wochenschrift f. kl. Phil. III

(1886) n. 11 p. 332 sqq. A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XV p. 120. H. Pomtow Jahrb. f. Phil. CXLIX (1894) p. 501 sqq.

Ἐπὶ Κλεώνδα ἄρχοντος[1], ἱερέως[2] δὲ Φιλωνί|δου τοῦ Ἀριστομάχου Ζακυνθίου — ἱερομνη|μονούντων Αἰτωλῶν Φίλωνος, Ὀρθαί|ου, Παυσανία, Ἀγελάου, Βίωνος, Ἀγρίου, ‖ Εὐστράτου, Τιμαγόρου, Λέωνος — Δελφῶν | Βούλωνος, Πυρρίνου — οἵδε ἠγωνίσαν|το τὸν ἀγῶνα τῶν Σωτηρίων·

ῥαψωιδοί· Κλειτόριος Ἀρι|στείδου Ἀρκ[άς, Εὐθ]ύδημος ‖ Χάρητος Ἀθηναῖος[3]

κιθαρισταί· Καλλίας Πολυξένου Πελληνεύς

Praeter hunc catalogum exstant tres simillimi eius, compositi archontibus Aristagora (Wescher-Foucart Inscr. de Delphes 3), Emmenida (W.-F. 4), Nicodamo (W.-F. 5). 1 Cum in proëcdosi Emmenidae archontis nomine deceptus hos quattuor victorum recensus ad primos secundi a. Chr. saeculi annos rettulissem, Sa., Rei., Po. aliique certissimis argumentis evicerunt, multo antiquiores esse atque utique ab anno 270 a. Chr. non magno temporis intervallo distineri (cf. not. 5. 6). Sed quod olim posui, inter plebiscitorum n. 205. 206 et horum catalogorum tempus duplicem in ordine ludorum mutationem intercessisse, ut ex quinquennalibus annui fierent regimenque eorum ab Aetolis ad Amphictionas transferretur, id etiamnunc certissimum existimo. Nempe illa decreta non posse non de quinquennalibus certaminibus intellegi demonstravi n. 206[11]. Quod contra ex his quattuor tabulis, si de pentetericis feriis intellegendae essent, inter antiquissimum et recentissimum duodecim annorum spatium intercedere deberet, cum tamen, ut monuerunt Mo. aliique, eidem homines in puerorum ordine ubique recurrant (not. 8). Immo hi quattuor archontes nullo alio interposito se excipiunt. Quod vero sic statuendum est, antiquiorem rationem quam n. 205. 206 testantur per paucos modo annos mansisse, id ut meam sententiam infringat tantum abest, ut eam vel maxime confirmare videatur. Namque Aetolos post ipsam Gallorum cladem etiamtum duobus suffragiis in concilio Amphictionum contentos fuisse scimus (C. I. Att. II, 551, 4. 5. H. Pomtow Jahrb. f. Phil. CXLIX p. 500 sq.), sed brevi eorum opes et auctoritatem adeo crevisse, ut longe maximam partem concilii ipsi occuparent. Tum quae antea suo nomine instituerunt ad Amphictionas, qui iam plane in eorum potestate erant, transtulisse videntur. 2 In reliquis quattuor laterculis idem est. Non sacerdos Apollinis Pythii, sed princeps collegii technitarum Dionysiacorum, qui Bacchi sacerdotio fungebatur, intellegendus est. Aristagorae anno is simul histrionis comici officio functus est (Wescher-Foucart 3, 49). 3 Item bini sunt archontibus Aristagora et Emmenida (W.-F. 3, 10. 4, 10), tres archonte Nicodamo (W.-F. 5, 9). Nam cum fere in omnibus generibus tales numerorum inconstantiae cernantur, non est cur eas cum Luedersio quadratarii erroribus tribuamus.

κιθαρωιδοί· Οροι..ς Φιλίσκου Μεσσήνιος
Χαρῖνος Γε...ντος Βυζάντιος
Διονυσόδωρος Πάρμιδος Ἀβδηρίτης[4]
αὐληταί· Ἄνδρων Πολυξένου Πελληνεύς
Ἱπποκλῆς Μίκκωνος Βοιώτιος[5]
διδάσκαλοι αὐλητῶν· Λύσιππος Ξενοτί|μου Ἀρκάς[6], Νικόδημος
παῖδες χορευταί[7]·
Στράτων Στράτωνος Βοιώτιος
Φιλόμηλος Δαίτωνος Βοιώτιος
Ἐπικρατ[ῖνος] Νικομήδου Ἀργεῖος
Ἀντιγένης Βουλευτοῦ Χαλκιδεύς[8]
Ἀρίστων Εὐθυμίχου Βοιώτιος
Ἀριστογένης Ἡράνορος Σικυώνιος
Ξεννίας Ἀρχετίμου Ἀρκάς
Ξένων Σατόρου Ἀρκάς
Φιλινίων Γόργου Ἀρκάς
Γνωτέας Γλαύκου Κνίδιος
Κλειτίας Καλλίου Κλειτόριος
Μικύλος Ἱππάκου Κυναιθεύς
Ἀλκίας Δαϊφάντου Κλειτόριος
Τίμαρχος Ἀνδροίτα Κλειτόριος
Ἀλέξιππος Δεινομένου Κυναιθεύς

---

4 Aristagora archonte duo sunt citharoedi, item duo citharistae, Emmenida duo citharoedi, omissis citharistis; vice versa Nicodami anno citharoedi desiderantur, unus inscriptus est citharista. 5 Cf. n. 200, 3 (a. 281/0 a. Chr.): Ἱπποκλῆς Βοιώτιος ἤυλει. Reisch. 6 Cf. C. I. Att. II, 1293, 4. 5 (a. 270/1 a. Chr.): Νικοκλῆς Ἀμβρακιώτης ηὔλει, Λύσιππος Ἀρκὰς ἐδίδασκε. Reisch. Ceterum idem homo doctus etiam in duabus aliis tabulis Soteriorum artifices indagavit qui in aliis eiusdem aetatis (not. 1) titulis eidem recensentur: Archonte Nicodamo (Wescher-Foucart 5, 58) primum inter comoedos locum tenet Τελέστης Θεοκλείδου Ἀθηναῖος, cum in titulo Delio choregico anni 286 a. Chr. n. (Bull. de corr. Hell. VII p. 204 n. I, 19) sit κωμῳδὸς Τελέστης Ἀθηναῖος. Item Emmenida archonte (Wescher-Foucart 4, 14) [Σ]ωκράτης Σωχάριδος Ῥόδιος tibicen est, in monumento Attico n. 710, 4 (post a. 292 a. Chr.) legitur Σωκράτης Ῥόδιος ἤυλει. 7 Quinque sunt n. 3, duodecim n. 4, quindecim ut hic n. 5. 8 Hic inter pueros choreutas in omnibus laterculis redit, nisi quod 4, 20 levi errore Βούλου pro Βουλευτοῦ scriptum est. Nullum praeterea nomen omnibus quattuor tabulis commune est, sed haud pauca binis aut ternis, quae singillatim enumerare non opus est.

35 χοροὶ ἀνδρῶν[9]· Πανκλῆς Κορυμβίου Αἰτωλός
Ἀμφαρείδας Δεινία Κλειτόριος
Γνωτέας Γλαυκίου Κνίδιος
Ἵππων Ἀριστοκράτους Σικυώνιος
Ὀνατίδας Χαριδήμου Σικυώνιος
40 Ἀπολλόδωρος Ἥρωνος Βοιώτιος
Φειδακίδας Φειδᾶ Κεῖος
Ἀριστόθεος Θεοτιμίδου Βοιώτιος
Ἵππων Ὀνασίμου Βοιώτιος
Δάμαρχος Γέλωνος Βοιώτιος
45 Πραξίων Πραξαγόρου Σικυώνιος
Ἡράκλειτος Νικοδήμου Ταραντῖνος
..έστων Δαμοφάντου Ἀργεῖος
Ἀλκισθένης Ἀριστογένου Σικυώνιος
Κάλλιππος Διονυσίου Σάμιος
50 τραγωιδοί[10]· Ἀλέξανδρος Δημητρίου Ἀθηναῖος
Ἡράκλειτος Δίωνος Ἀθηναῖος
Φρασ[ί]λαος Τεισικράτους Ἀθηναῖος
αὐλητής· Ὀρσίλαος Ἑρμαίωνος Βοιώτιος
διδάσκαλος· Πειθίας Ἐξαινέτου Ἀρκάς
55 Διοκλῆς Διοκλέους Ἀθηναῖος
Ἀρχίας Αἰγινή[τη]ς
Κλεώνυμος [Ἀ]χαιός
αὐλητής· Φιλίσκος Φίλωνος Βοιώτιος
διδάσκαλος· Φιλήσιος Καλλίου Βοιώτιος
60 κωμωδοί[11]· Ἱερότιμος Ἱεροκλέους Τεγεάτης

---

9 Virorum numeri in omnibus titulis eidem sunt ac puerorum, praeter W.-F. 4 (Emmenida archonte), ubi duodecim pueri, quattuordecim viri recensentur. 10 Bis terni tragoedi (v. 50—52 et 55—57) sunt, cum singulis tibicinibus et magistris. Hos inter se certasse, in utraque autem parte ex tribus histrionibus primum πρωταγωνιστήν, alterum δευτεραγωνιστήν, tertium τριταγωνιστήν esse consentaneum est. Eosdem numeros eundemque ordinem nominum habent reliqui tres tituli. 11 In reliquis titulis plane eadem est comoedorum ratio ac tragoedorum, nisi quod ternae, non binae partes sunt quae inter se committantur, unaquaeque ternorum histrionum cum singulis tibicinibus et magistris. Hic item novem histriones comici recensentur; nam sex nomina quae v. 65—70 leguntur, item actorum esse cum ex ipso numero intellegitur, tum inde quod duo ex his nominibus inter histriones comicos redeunt W.-F. 4, 59. 60: [κω]μωιδοί· Λυκίσκος Λύκου Κεφαλλάν, | Διονυσόδωρος Ἀσκληπιάδου Βοιώτιος. L. At αὐλητής et διδάσκαλος

Νουμήνιος Ἑρμώνακτος Ἀργεῖος
Δαμότιμος Τίμωνος Ἀμβρακιώτης
αὐλητής· Φιλόξενος Ἕλλανος Τεγεάτης
διδάσκαλος· Θύρσος Κρίτωνος Ἐφέσιος
65 Ἀστίας Ἀπολλοδώρου Βοιώτιος
Διονύσιος Σίμου Ἡρακλειώτης
Σωσικράτης Μνασίωνος Σικυώνιος
Λυκίσκος Λύκου Κεφαλλάν
Διονυσόδωρος Ἀσκληπιάδου Βοιώτιος
70 Πραξίας Κρατέου Τεγεάτης
χορευταὶ κωμικοί[12]· Ἀρχεδάμας Ἀριστοκρίτου
Σικυώνιος, Στρατίος Κώμωνος Ἀργεῖος
Χαίριχος Ἀρχελόχου Βοιώτιος
Θερσίνους Νικωνίδου Σικυώνιος
75 Ἡρακλείδης Λύκου Ἀμβρακιώτης
Κηφισόδωρος Καλλίου Βοιώτιος
Διονυσόδωρος Παμφίλου Μεγαρεύς
ἱματιομίσθαι[13]· Στρατοκλῆς Ἀπολλοδώρου
Σαλαμίνιος.

---

hic tribus modo primis histrionibus subiunguntur, sive mera lapicidae socordia id factum est, sive illo anno propter inopiam hominum ad ea negotia gerenda idoneorum illi soli totam operam in se susceperant. 12 In omnibus titulis septeni choreutae comici sunt, cum tragici nusquam compareant. Comoediae novae fabulae chori canticis fere carebant, antiquas vero comoedias Atticas tertio aut secundo a. Chr. saeculo Delphis actas esse omnium maxime improbabile est (cf. 697 2); neque eis chorus septem hominum suffecisset. Immo per intervalla actionis hi homines saltationibus spectatores delectasse videntur. L. 13 Qui vestimenta ad ludos scaenicos histrionibus et choreutis commodant. Cf. titulum Delium Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 109 n. V, 17 καὶ τῶν ἱματίων τοὺς μισθοὺς οὐκ ἀπ[έδοσα]ν τῶν εἰς τὰ Διονύσια. In titulis W.-F. 3, 76 sqq. 4, 76 sqq. terni sunt, 5, 80 sqq. duo, hic unus Stratocles, qui in omnibus laterculis praeter 4 recensetur. Neque vero hic nomen omissum esse existimandum est propter pluralem ἱματιομίσθαι. Is enim in eiusmodi indicibus legitimus est etiam ubi forte fortuna unum modo nomen subscribitur (cf. C. I. Att. II 963).

---

692 In columella rotunda inventa Deli prope porticum taurorum inter rudera aedificii, quod templum Bacchi fuisse videtur, hic titulus cum sex aliis eiusdem generis incisus est. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 105 n. II (Ch. Michel

Recueil d'inscr. Gr. p. 741 n. 903). Cf. quae adnotavit V. de Schoeffer de Deli insulae rebus p. 138 sqq.

Ἐπὶ Κλεοστράτου ἄρχοντος[1] οἵδε ἐχορήγησαν·
εἰς Ἀπολλώνια[2]·
Πλεισταίνετος Τελέσωνος, Δίδυμος Ἀντιγόνου,
Στησίλεω(ς) Σκύμνου, Ἀπήμαντος Ἡροδίκου
5 εἰς Διονύσια· παίδων[3]· Καλλίδικος Διοδότου,
Ὀρτυγένης Τυχάνδρου, ------ ------,
Ἐργοτέλης Θεοφάνους·
κωμωιδῶν[4]· Ἀνδρόλας Σάττου, Πύρραιθος Νησιώτου,
Θεωρόλος Διακτορίδου, Ἀριστείδης Χαρίλα·
10 ἐγ μετοίκων Ἀντιγέν(ης), Ἡρ(α)ΐσκος[5]

Litterae volgares praeter ΞΣ, non dispositae στοιχηδόν. 1 Ol. 124, 1 (284/3 a. Chr.). In eodem lapide unus exstat eiusdem generis recensus antiquior compositus Aristocrito archonte Ol. 123, 3 (286/5 a. Chr., p. 104 n. I), quinque recentiores qui archontum Charmi (Ol. 124, 3. a. 282/1 a. Chr., p. 106 n. III), Hypsoclis (Ol. 124, 4. a. 281/0 a. Chr., p. 108 n. IV), Callimi (Ol. 127, 3. a. 270/69 a. Chr., p. 109 n. V), Proclis (Ol. 128, 2. a. 267/6 a. Chr., p. 110 n. VI), Archedamae (Ol. 128, 4. a. 265/4 a. Chr., p. 112 n. VII) prae se ferunt. Praeterea exstant talia monumenta magistratu Phillidis Posidici f. (Ol. 129, 4. a. 261/0 a. Chr., p. 113 n. VIII), Sosistrati Amphiae f. (Ol. 144, 2. a. 203 a. Chr., p. 116 n. X), Theodori Theodori f. (inter annos 175 et 171 a. Chr., p. 119 n. XI), Timoxeni (a. 171 a. Chr., Bull. de corr. Hell. IX p. 146) inscripta, et unum cuius tempus propter mutilam condicionem definiri nequit (Bull. VII p. 115 n. IX). Ex his apparet ab initio tertii ante Chr. n. saeculi usque ad Delum ab Atheniensibus recuperatam (167 a. Chr.) in summa rei eundem mansisse harum feriarum ordinem. Annuas fuisse inde apparet quod duorum deinceps annorum (282 et 281 a. Chr.) titulos tenemus. Quod praeterea vel in illis septem eiusdem lapidis titulis semper singulorum aut adeo plurium annorum intervalla intercedunt inter binos laterculos, id Sch. recte negat ita accipiendum, ut totiens omissa sint sacra annua, sed pro arbitrio cuiusque anni choregos et artifices modo huic modo aliis qui interciderunt lapidibus incisos esse sumit. 2 Unum est in Apolloniis chori genus virginum, quae in titulis κοῦραι Δηλιάδες aut simpliciter Δηλιάδες appellantur (cf. n. 588, 9 sqq. Bull. de corr. Hell. VI p. 137). Sch. Quaterni quotannis eiusmodi chori quorum suum quisque choregum civem habebat inter se certabant. 3 Puerorum chori sunt, non puellarum. Item quaternos quotannis fuisse, omnes ex civium Deliorum numero, tituli ad unum omnes testantur. Cur hic tertium nomen consulto deletum sit, latet. 4 Comoedorum et tragoedorum hic ut alibi seni sunt choregi, quaterni cives, bini inquilini. Ex quibus cives cum binis, metoecos singulos cum singulis concertasse Sch. ex eis titulis ubi victores duo cives cum uno inquilino recensentur, collegit. 5 ΗΡΔΙΣΚΟΣ.

τραγωιδῶν· Ἀμφιθάλης Φιλωνύμου, Νεοκροντίδης Βλεπύρου,
Κράτων Μνησιάδου, Ἀγλωνέας Οἰτάκου
ἐγ μετοίκων Δηλικὸς Δριμάκου[6], Δωρίων
ἠλευθερώθη Ἄρτεμις Εὐθύμου[7]
15 οἵδε ἐπεδείξαντο τῶι θεῶι[8]· αὐλητής·
Ξενόφαντος Θη[β]αῖος
κωμωιδοί· Φαῖδρος Ἀθηναῖος, Κηφίσιος Ἱστιαιεύς
κιθαριστής· Ἥρις Καλχηδόνιος. τραγωιδοί·
Θεύδωρος Μεγαρεύς, Θε . . . τωνος Πάριος.
20 Νικόστρατος Κασσανδρεύς.

6 Idem triennio post, archonte Hypsocle (not. 1) choro comico praefuit. Cf. Bull. de corr. Hell. VII p. 108 n. IV, 16. Sch. 7 Hoc loco nonnullae ex reliquarum inscriptionum numero recensum vasorum aliarumque rerum traditarum interponunt; sed manumissionis mentio nusquam alibi occurrit. Referenda est sine dubio ad eundem morem quem in Atheniensium Dionysiis obtinuisse docet Aeschines III, 41 ἄλλοι δέ τινες ὑποκηρυξάμενοι (Διονυσίοις ἐν τῷ θεάτρῳ) τοὺς αὑτῶν οἰκέτας ἀφίεσαν, μάρτυρας [τῆς ἀπελευθερίας] τοὺς Ἕλληνας ποιούμενοι. 44 καὶ διαρρήδην ἀπαγορεύει μήτ' οἰκέτην ἀπελευθεροῦν ἐν τῷ θεάτρῳ κτλ. 8 Hic in uno eoque antiquissimo recensu (Bull. de corr. Hell. VII p. 104 n. I, 25. 27) accedunt [ψ]άλτης unus et ῥαψῳδοί duo. Reliqui praeter anni 203 a. Chr. laterculum (p. 116 n. X, 63 sq.) ubi unus κωμῳδός et unus κιθαριστής est, ubique redeunt, nisi quod nonnunquam κιθαριστής invenitur, κιθαρῳδός desideratur, alias vice versa. H.-B.

---

693 Stela magna marmoris albi inventa anno 1889 in vico *Hagios Georgios* prope Thespias. Ed. P. Jamot Bull. de corr. Hell. XIX (1895) p. 313 n. 1.

Ὁ θυμελικὸς ἀγὼν στεφανίτης πρῶτον ἐγένετο[1] | ἀγωνοθετοῦν-
τος Ἱεροκλέος[2], ἱερέως δὲ | τῶν Μουσῶν Μνασίωνος, ἀπὸ δὲ |

Litterae volgares praeter Ξ (semel Ξ v. 7) Φ et ΘΟΩ reliquis minores titulum tertio a. Chr. n. saeculo vindicant. Primus versus per totam lapidis latitudinem scriptus, reliqua per duas columnas disposita, ex quibus sinistra continet v. 1—30, altera v. 32—61; utraque infra mutilata est lapide fracto. 1 Fuisse iam ante hoc decretum Museorum certamen ex tituli argumento apparet; sed antea ἀγὼν θεματικός (n. 675[4]) fuerat, tum στεφανίτης factus est, cuius generis longe maior erat dignitas. 2 Idem nomen legitur Bull. de corr. Hell. XIX p. 322 n. 2, 14. Infra v. 9 legatus a civitate Thespiensium et communi Boeotorum ad artifices Dionysiacos venisse dicitur. Quare non video, quo iure J. eum ex artificum numero fuisse statuat.

5 τῶν τεχνιτῶν[3] Αἰσχύλου, καὶ[4] δόγμα||τα[5] περὶ τοῦ ἀγῶνος τῶν Μουσείων·

Τεχνιτῶν· ἔδοξε τοῖς τεχνίταις | τοῖς ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας· ἐπειδὴ | παραγενόμενος πρεσβευτὴς | Ἱεροκλῆς παρὰ τῆς πόλεως
10 Θεσ||πιέων καὶ τοῦ κοινοῦ τῶν Βοι|ωτῶν ψηφίσματά τε ἀπέδω|κεν καὶ ἐπιστολήν, ἐν ἧι παρε|κάλει τοὺς τεχνίτας, τῆς | πόλεως
15 τῶν Θεσπιέων προ||κεχειρισμένης τὸν ἀγῶνα | τὸν ἐν τῶι Ἑλικῶνι γινόμενον | ταῖς Μούσαις στεφανίτην εἶ|ναι τὸν θυμελικὸν
20 τόν τε τῶν | αὐλητῶν καὶ αὐλωιδῶν καὶ || κιθαριστῶν καὶ κιθαρωιδῶν | καὶ ἐπῶν ποητῆι, καὶ ὅπως | ἂν ὁ ἐνιαυτὸς μετατεθῆι, ἐν | ὧι ὁ ἀγὼν γίνεται[6], καὶ συνπρεσ|βεύσωσιν περὶ τούτων οὗ
25 ἂν || παρακαλῆι ἡ πόλις ἡ τῶν Θεσ|πιέων, καθὼς καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσ|[θ]εν χρόνοις, πράττωσι δὲ οἱ τε||[χνῖ]ται καὶ ἐὰν ἄλλο
30 [τ]ι χρήσιμον | [ἢ ἔνδ]οξον [φαίνηται εἶν]αι ε||----------ος | [---------- Ἱεροκλῆς λόγους ἐποιήσατο ἀκολούθως][7] | τοῖς ἐν τοῖς ψηφίσμασι γεγραμ|μένοις, ἐπέδειξε δὲ καὶ τὰ | ἐξ ἀρχῆς
35 προγεγονότα φιλάνθρω||πα τῆι πόλει τῶν Θεσπιέων πρὸς | τοὺς τεχνίτας καὶ τοῖς τεχνί|ταις πρὸς τὴν πόλιν τῶν Θεσ|πιέων· περὶ δ(ὴ)[8] τούτων πάντων | ἀγ[αθ]ῇ τύ[χ]ηι, δεδόχθαι τοῖς ||
40 τεχνίταις, ἐπαινέσαι μὲν τὴν | πόλιν τῶν Θεσπιέων καὶ τὸ κοινὸν | τῶν Βοιωτῶν ἐπὶ τῆι φιλοτιμίαι, | ἧι ἔχουσιν εἴς τε τὸ
45 ἱερὸν τῶν | Μουσῶν καὶ τὸ κοινὸν τῶν τε||χνιτῶν· ἀποκρίνασθαι δὲ αὐτοῖς, | ὅτι καὶ πρότερον οἱ τεχνῖται, | κοινὸν ὑπολαμβάνοντες | εἶναι τὸν ἀγῶνα τῶν Μουσῶν | τῆι τε πόλει Θεσπιέων
50 καὶ αὐ||τοῖς, τὴν πᾶσαν προθυμίαν | ἐνεδείξαντο καὶ συνθύοντες | καὶ ἱερέα ἐξ αὐτῶν αἱρούμενοι[9] | καὶ θεωροὺς ἀποστέλλοντες |
55 καὶ ψηφίσματα γράφοντες καὶ || συμπρεσβεύοντες περὶ τοῦ | ἀγῶνος καὶ πρὸς τοὺς λοιποὺς | Ἕλληνας, καθὼς ἂν ἡ πόλις

---

3 Sic ubique in titulis Thespiensium a sacerdote civitatis is qui ex artificibus captus est distinguitur. J. 4 Coniunguntur hac particula subiecta ὁ θυμελικὸς ἀγὼν et δόγματα, quorum commune verbum est ἐγένετο: Hierocle agonotheta certamen coronarium factum est, et decreta facta sunt haece. 5 Unum technitarum quod exstat, unum Thespiensium quod intercidit. 6 Non annuum igitur fuit illud certamen, sed sine dubio quinquennale, qua cum re bene convenit quod in alio titulo Thespiensi I. G. Sept. I 1735, 2 sqq. (Bull. de corr. Hell. XIX p. 323) legitur [ὅτι ὁ δῆμος ὁ Ἀθ]ηνα[ίω]ν ἀποδέχεται[ι τὸν ἀγῶνα] τὸν θυμελικὸν ὃν τίθ[ησιν ἡ π]όλις ἡ Θεσπιέων ταῖς Μούσαις στεφανίτην ἰσοπύθιον. 7 Supplevit J., in summa rei sine dubio recte. 8 ΔΕ lapis, emendavit J. 9 Cf. not. 3.

παρ[α]|καλῆι τῶν Θεσπιέων· ἐμφανί|ζειν δὲ αὐτοῖς ὅτι καὶ νῦν
60 πρῶτοι ‖ τὸν ἀγῶνα ταῖς Μούσαις στεφα|[νί]την ἀποδέχοντ[αι
----------]

---

694 Lapis fractus infra et a dextra parte, laesus supra, Athenis in arce. Edd. Rangabé Ant. Hell. 1003. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 1839. F. Leo Mus. Rhen. XXXIII p. 139 sqq. Koehler Mitth. des arch. Inst. III (1878) p. 105. C. I. Att. II 971 *a* (Syll.[1] 405). Cf. quae disputavit Th. Bergk Mus. Rhen. XXXIV p. 300. 330.

.ον κῶμοι ἦσαν τῶ[ν[1] ------]
[Ξ]ενοκλείδης[2] ἐχορήγε Πανδιονί[ς ἀνδρῶν]
[Μ]άγνης[3] ἐδίδασκεν Κλεαίνετ[ος Κυδαθη[6] : ἐχορήγε]
τραγωιδῶν κωμωιδῶ[ν]
5 Περικλῆς Χολαρ[4] : ἐχορή : Θαρ[----- ἐχορήγε]
Αἰσχύλος[5] ἐ[δ]ίδασκε[ν] ----------

Litteratura Ionica volgaris. Vs. 1 litteris maioribus exaratus. Eiusdem monumenti, non multo ante medium saeculum a. Chr. quartum erecti, n. 695 est et tria fragmenta (971 *c d e* apud Koehlerum), quae certis de causis hic repetenda non duximus. Argumentum et ordo quo hae tabulae adornatae erant, perspicitur ex n. 695: Nempe victores certaminum musicorum et scaenicorum qui magnis Dionysiis habebantur, hic inscripti erant sic, ut archontis nomine praemisso primum lyrici puerorum, deinde lyrici virorum chori, tum comoediae, postremo loco tragoediae mentio fieret. Quem ipsum esse temporis ordinem, quo certamina se excepissent, monuit Bergkius provocans ad legem apud Demosth. XXI, 10: καὶ τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις ἡ πομπὴ καὶ οἱ παῖδες [καὶ οἱ ἄνδρες add. Bergk] καὶ ὁ κῶμος καὶ οἱ κωμῳδοὶ καὶ οἱ τραγῳδοί. Apparet igitur, a sinistra (ubi lapis integer quidem est, sed ita elaboratus, ut eum cum alio lapide coniunctum fuisse appareat) periisse columnam, cuius infima pars contineret anni indicationem, lyrici utriusque chori tribum victricem et choregum, denique indicem κωμῳδῶν, in fine alterius columnae intercidisse insequentis anni archonta et chori puerorum lyrici notationem, quam deinde initio tertiae columnae excipiebat chorus virorum. Koe. 1 Leo et Bergk initium laterculi ab eo anno repetendum duxerunt, quo primum chorus comicus publice datus esset, id quod ex hoc ipso titulo certe non post 467 a. Chr. (cf. not. 4) factum esse intellegitur; sed ne multo quidem ante factum videtur, ut in collatione tragoediae non inepte Aristoteles dicere posset Poët. 5, 1449b, 1 καὶ γὰρ χορὸν κωμῳδῶν ὀψέ ποτε ὁ ἄρχων ἔδωκεν. Sed cum mirum futurum esset, si in his tabulis, quae tragicas non minus quam comicas victorias continent, tragoediarum

ante illud tempus cum choro publice dato in scaenam missarum nulla ratio esset habita, praeferenda videtur sententia a Koehlero in C. I. Att. in medium prolata, victores tragicos inde ab eo anno, quo primum chorus tragicus, comicos ab eo anno quo primum comicus datus esset scriptos fuisse; itaque sic fere redintegrandum esse versum primum: [--- ἀφ' οὗ πρῶτ]ον κῶμοι ἦσαν τ[ῶν τραγῳδῶν καὶ τῶν κωμῳδῶν -----]. 2 . _ΝΟΚΛΕΙΔΗΣ. 3 De Magnete poëta comico cf. Meineke F. C. I p. 29 sqq., qui eum fere Ol. 80 (460 a. Chr.) floruisse demonstrat, quod bene convenit cum huius tituli testimonio. 4 Ingeniosa coniectura hanc Periclis choregiam cum Plutarchi testimonio, ex quo is per quadraginta fere annos in republica versatus esset, coniunxit Koe. Computatum enim esse illum numerum ex eo anno, quo primum in monumento aliquo publico nomen eius inventum esset, neque illud monumentum aliud esse ac catalogum choregorum victorum. Sic fere ad annum 469 a. Chr. spectat prima huius tituli columna quae exstat; cui coniecturae vel maxime favent Aeschyli et Magnetis poëtarum nomina (not. 3. 5). 5 Postremam victoriam Aeschylus nactus est Ol. 80, 2 (458 a. Chr.) Orestea in scaenam missa, triennio ante obitum; sed ea hic designari non potest quia tum Xenoclem Aphidnaeum potius choregum fuisse ex didascalia servata scimus. At Ol. 78, 1 (467 a. Chr.) idem vicit Laio, Oedipo, Septem, Sphinge, eoque Periclis choregiam summa cum probabilitate (cf. not. 4) rettulit Koehler. 6 Demoticum supplevi, paene certum ratus hunc esse patrem Cleonis demagogi, quia praeter nomen nequaquam frequens conveniunt aetas et tribus; Cydathenaeenses enim Pandionidis sunt.

---

695 Lapis undique fractus, inventus Athenis in arce. Ed. Koehler Mitth. des arch. Inst. III (1878) p. 108. C. I. Att. II 971 *b* (Syll.[1] 406).

[κωμωιδῶν]
----- Παι(α)[νιεὺς[1] ἐχορήγει]
-----ος ἐδ[ίδασκεν]
[τραγω]ιδῶν
5 [---ω]ν Παιανιε[ὺς ἐχορήγει]
[Με]νεκράτης ἐδί[δασκεν]
[ὑπ]οκριτὴς Μυνν[ίσκος][2]

Litterae volgares. De aetate et argumento v. ad n. 694. 1 ΓΑΙΔ. 2 Cum v. 1—7 ad magna Dionysia archonte Aminia (Ol. 89, 2, vere 422 a. Chr.) acta spectent, non dubitandum est quin hic sit Mynniscus Chalcidensis histrio, quem Plato comicus risit in Syrphace fabula (Meineke F. C. I p. 186. II, 2 p. 668): Plato enim Ol. 88 (428—424 a. Chr.) primam fabulam docuit. Illum vero Mynniscum, qui in vita Aeschyli (p. 6 ed. Schöll) huius fabulas egisse narratur, Meinekius sane eius de quo dixi avum putat. Sed E. Rohdii sententia (Mus. Rhen. XXXVIII p. 280), qui utrumque eundem

[ἐ]πὶ Ἀλκαίου[3]
Ἱπποθωντὶς παίδων
10 Ἀρίσταρχος Δεκε[4] : ἐχορή[γει]
Αἰαντὶς ἀνδρῶν
Δημοσθένης[5] ἐχορήγει
[κ]ωμωιδ[ῶν]
[--------- ἐχορ]ήγ[ει][6]

existimat, praeferenda videtur, praesertim cum vitae scriptor Mynnisco Aeschylum posteriore demum tempore usum testetur. Ac tum quidem iuvenis sive secundas sive tertias partes egit. Hic vero provectus aetate protagonista est. Ac Koehlerus quidem eum fabulam victricem egisse putabat. At Rohdius monuit, non unam fabulam, sed tetralogiam praemio affectam esse, cum tamen suum quaeque fabula protagonistam haberet (cf. n. 696. 697. 698), neque omnino in hoc quidem titulorum genere cuiquam homini locum esse nisi qui ipse vicisset. Quare quod de quarto tertioque a. Chr. saeculis definite testantur tituli insequentes, id propter Mynnisci nomen hic incisum iam anno 422 a. Chr. usu venisse statuit, ut praeter choregorum (simulque poëtarum) certamina etiam histriones inter se de praemio certarent. 3 Ol. 89, 3, vere 421 a. Chr. 4 Aristarchus quidam anno 411 a. Chr. inter principes optimatium erat, qui imperium populare evertere conabantur (Thuc. VIII, 90, 1. 92, 6. 98, 1. 3. Xen. Hell. I, 7, 28. II, 3, 46). Quem, etsi pagus nusquam a scriptoribus commemoraretur, hic designari coniecit Koehler. 5 Alcisthenis f. Aphidnaeus (qui pagus Aeantidis est) imperator nobilissimus. K. 6 Proximo versu Εὔπολις ἐδίδασκε scriptum fuisse monuit Bergk Mus. Rhen. XXXIV p. 331 not. 1; namque Ol. 89, 3 eius Κόλακας in scaenam missam esse. Cf. Athen. V p. 218 c τέθνηκε δὲ [Ἱππόνικος] πρὸ τῆς ἐπ' Ἀλκαίου διδασκαλίας τῶν Εὐπόλιδος Κολάκων οὐ πολλῷ χρόνῳ κατὰ τὸ εἰκός. Cf. etiam didascaliam Pacis Aristophaneae, ubi definite refertur Eupolin vicisse ea fabula.

696 Fragmenta duo tabulae lapidis Hymettii, a dextra integra, ab reliquis partibus mutilata, inventa Athenis prope theatrum Bacchi. Edd. Koehler Mitth. des arch. Inst. in Athen III (1878) p. 112; cf. V (1880) p. 325 not. C. I. Att. II, 973. Kumanudis Ἀθηναίου VI p. 476 n. 1. 2 (Syll.[1] 407. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 723 n. 881).

Litterae volgares. Ex scripturae genere Koehlerus collegit, medio tertio a. Chr. saeculo haec incisa esse. Tituli 696—698 verae didascaliae sunt, i. e. laterculi omnium fabularum quae in theatro Bacchi actae sunt, secundum annorum ordinem dispositae. Utrum ad Dionysia magna an ad Lenaea

[π α λ α ι] ᾶ ι[1]· Νε[οπτόλεμος][2]
[Ἰφιγε]νείαι Εὐ[ριπί]δο
[π ο η]:[3] Ἀστυδάμας[4]
[Ἀχι]λλεῖ· ὑ π ε :[5] Θετταλός[6]
5 Ἀθάμαντι· ὑ π ε : Νεοπτόλ[εμος]
Ἀ[ν]τιγόνηι· ὑ π ε : Ἀθηνόδω[ρος][7]
[Ε]ὐάρετος δ[εύ] : Τεύκρωι·

---

spectarent, diiudicari non posse, sed illud tamen veri similius sibi videri exposuit K. Atque hic quidem titulus tragoedias Ol. 109, 3—110, 1 actas continet. 1 Singulas quotannis tragoedias poëtarum antiquioris temporis agi solitas esse iam paullo post medium saeculum a. Chr. quartum ex hoc titulo didicimus. In comoediis idem recentioribus demum temporibus fieri coeptum est (cf. 697[2]). Memorabile eius favoris, quo Euripides tum floruit apud cives suos, documentum in ea re inesse, quod tribus deinceps annis fabulae eius actae essent, monuit Koe. 2 De Neoptolemo tragoediarum actore nobilissimo cf. Dem. V, 6. XIX, 10. 12. 315. Ceterum ex hoc indice et eis qui sequuntur (n. 697. 698) videmus in illis antiquis fabulis semper histriones διδασκάλων munere functos esse. 3 I. e. ποη(ταί), quia quae antecedit fabula, non a poëta, sed ab histrione in scaenam missa est. Enumerantur poëtae secundum ordinem ab arbitris constitutum, atque in primo quidem numerus ordinalis omittitur, reliquis duobus ascribitur δεύ-[τερος] et τρί[τος]. Ex his tabulis in hypotheses quae in libris manu scriptis tragicorum et Aristophanis servatae sunt ille usus manavit, quare pro ἐνίκα frequenter πρῶτος ἦν invenitur (Madvig Kl. phil. Schr. p. 450). K. 4 Astydamantis natu maioris Parthenopaeus (v. 21) commemoratur a compluribus scriptoribus, quorum testimonia affert A. Nauck Fr. Trag. ed. 2 p. 779. Quod Koe. tamen quondam hic minorem agnovit, id ipse postea retractavit. Difficultas in temporum computatione sane restat haud exigua, siquidem is quem Diodorus XIV, 43, 5 primum fabulam docuisse monet Ol. 95, 2. 399/8 a. Chr. et sexagenarium obiisse, non potest anno 341/0 a. Chr. etiamtum superstes fuisse. At de aetate qua mortuus est errasse videtur scriptor. Ceterum ex reliquis Astydamantis fabulis quae hic sunt nulla a scriptoribus commemoratur. 5 ὑπε(κρίνατο). Protagonistas intellegendos esse apparet. 6 Cf. Plut. Alex. 29: εἰς δὲ Φοινίκην ἐπανελθὼν (Ἀλέξανδρος) ἐξ Αἰγύπτου θυσίας τοῖς θεοῖς καὶ πομπὰς ἐπετέλει καὶ χορῶν ἐγκυκλίων [l. κυκλίων] καὶ τραγικῶν ἀγῶνας οὐ μόνον ταῖς παρασκευαῖς, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἁμίλλαις λαμπροὺς γενομένους. ἐχορήγουν γὰρ οἱ βασιλεῖς τῶν Κυπρίων — μάλιστα δὲ Νικοκρέων ὁ Σαλαμίνιος καὶ Πασικράτης ὁ Σόλιος διεφιλονίκησαν. οὗτοι γὰρ ἔλαχον τοῖς ἐνδοξοτάτοις ὑποκριταῖς χορηγεῖν, Πασικράτης μὲν Ἀθηνοδώρῳ, Νικοκρέων δὲ Θεσσαλῷ, περὶ ὃν ἐσπουδάκει καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος. οὐ μὴν διέφηνε τὴν σπουδὴν πρότερον ἢ ταῖς ψήφοις ἀναγορευθῆναι νικῶντα τὸν Ἀθηνόδωρον. τότε δέ, ὡς ἔοικεν, ἀπιὼν ἔφη τοὺς μὲν κριτὰς ἐπαινεῖν, αὐτὸς μέντοι μέρος ἂν ἡδέως προέσθαι τῆς βασιλείας ἐπὶ τῷ μὴ Θεσσαλὸν ἰδεῖν νενικημένον. K. 7 Cf. not. 6.

[ὑπ]ε: Ἀθηνόδωρος
[Ἀχι]λλεῖ· ὑ[πε]: Θετταλός
10 ------εῖ· ὑπ[ε: Νε]οπτόλεμος
[------τ]ρί: (Π)ελιάσιν[8]·
[ὑπε: Νεοπ]τόλεμος·
-----κι Ὀρέστηι· [ὑπε: Ἀθη]νόδω[ρος]
Αὔγ[ηι]· ὑπε: Θετ[τα]λός]
15 ὑπο: Νεοπτόλεμος ἐνίκ[α][9]
------ς Ἐπὶ Νικομάχου[10]· σατυρι[κῶι][11]·
Τιμοκλῆς[12] Λυκούργωι
παλαιᾶι: Νεοπτόλεμ[ος]
------λι Ὀρέστηι Εὐριπίδο
20 [π]οη: Ἀστυδάμας
Παρθενοπαίωι[13]· ὑπε: Θετ[ταλός·]
[Λ]υ[κά]ονι· ὑπε: Νεοπτόλε[μος][14]
-----ι. [Φι]λοκλῆς[15] δεύ: Φρίξωι·
[ὑπε]: Θετταλός
25 [Οἰδ]ίποδι· ὑπε: Νεοπτόλ[εμος]
Εὐ[άρ]ετος τρί·
[Ἀλκ]μέ[ων]ι[16]· ὑπε: Θετ[τα]λός]
------δηι: ὑπε: Νεοπτό[λεμος]
[ὑπο: Θε]τταλὸς ἐνίκα
30 [Ἐπὶ Θεο]φράστου[17]· σατυ[ρικῶι·]
-------- Φορκίσ[ι]·

---

8 ΙΡΙΓΕΛΙΑΣΙΝ. 9 ὑπο(κριτής). De histrionum certaminibus cf. 695[2]. 10 Ol. 109, 4 (341/0 a. Chr.). 11 Fabulae satyricae igitur tunc temporis iam a tragoediis plane separatae et certamine exemptae erant, cum non plus quam singulae quibusque feriis agerentur. 12 Cf. Athen. IX 407 d: καὶ ὁ Δημόκριτος ἔφη, Τιμοκλῆς ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς (ἦν δὲ καὶ τραγῳδίας) ἐν μὲν δράματι Λήθῃ φησίν κτλ. K. Apud Plutarchum Timol. 36 Τιμοκλέους pro Σοφοκλέους in nonnullis libris mero errore scriptum videtur, praesertim cum proxime antecedat Τιμολέοντος, subsequatur Τίμαιος. 14 Memorabile est, hoc anno pro trilogiis tragicis binas modo cuiusque poëtae fabulas actas esse. 15 Philocles tragicus natu minor pronepos natu maioris (qui Aeschyli sororis filius fuerat), filius Astydamantis maioris (not. 4), frater minoris fuit (Schol. Ar. Av. 281. Suid. Φιλοκλῆς). Aut eum aut Timoclem (not. 12) hic indicari coniecit Koehler. Sed illud praetulerim maxime quia inter Philoclis maioris fabulas Suidas commemorat Oedipum, quae a nepote multo obscuriore in avum nobiliorem translata videtur. 16 Supplevit Koe. dubitanter. 17 Ol. 110, 1 (340/39 a. Chr.).

[παλαιᾶι· Νικ]όστρ[ατος][18]
[----- Εὐ]ριπί[δο]
----------o----

18 Supplevit Koe., dubitans sane, et coniecit hunc ex eius Nicostrati histrionis, qui apud Xenophontem Symp. 6, 3 commemoratur, progenie esse.

---

697 Fragmentum tabulae marmoris Hymettii inventum Athenis. A dextra attingit fragmentum quod edimus n. 698, ex quo extremae alterius columnae versuum 14—17 particulae sumptae sunt. Ed. Koehler Mitth. des arch. Inst. III (1878) p. 122. C. I. Att. II, 975. Kumanudis Ἀθηναίου VI p. 477 n. 3 (Syll.[1] 408. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 724 n. 882).

	[Ἐπὶ -----. παλαιᾶι]·	
	[-----]ηι Μ[ενάνδρου]	
	[ποη]· Κρίτων[4] Ἐφεσίοις·	
	[ὑ]πε· Σώφιλος	
	Παράμονος Ναυαγῶι	5
	ὑπε· Ὀνήσιμος	
	Τιμόστρατος[5] Φιλοικείωι·	
	ὑπε· Καλλίστρατος[6]	
---------- Ἐφήβοις	Σωγένης Φιλοδεσπότωι	
[ὑπε· -----]	ὑπε· Ἑκαταῖος	10

Litterae volgares praeter Ξ; in dextra tituli 698 columna nonnunquam Α pro Α et Ο pro Ω occurrunt. Praeter hoc fragmentum et n. 698 alia quoque huius tabulae frustula exstant (Koehler p. 124 sqq. 257. Kumanudis p. 478 sqq.), quae propter nimis mutilam condicionem recipienda non putavi. Qui in altera huius fragmenti columna recensentur archontes (cf. not. 8. 9), eorum annos a 220 a. Chr. non longe abesse satis certis argumentis probavit Koehler: namque recentiores esse non posse propter Philemonis minoris nomen v. 11 scriptum (not. 7); neque vero multo antiquiores existimandos esse, propter rationem quae huic fragmento cum n. 698 intercederet (cf. not. 4. 698[2]). Omnino unamquamque columnam fere sexagenorum versuum fuisse et decem aut duodecim annos comprehendisse videri. Quinos poëtas singulis fabulis in scaenam missis certasse hic videmus. Atque hunc morem in comoediis iam quarto a. Chr. saeculo valuisse docet fragmentum didascalicum Ol. 106, 2. 3 (355—353 a. Chr.), ubi etiam, ut in tragico eiusdem saeculi catalogo n. 695, numeralia δεύ(τερος), τρί(τος), τέ(ταρτος), πέμ(πτος) ascripta sunt.

[ὑπο· ----] ἐνίκα
[Ἐπὶ --- οὐ]κ ἐγένετο[1]·
[Ἐπὶ ---ο]υ· παλαιᾶι[2]
[--- Μισογ]όνει[3] Μενάνδρου
[ποη· ---]νης Ἀδελφαῖς
[ὑπε· -----]ς
------- Δακτυλίωι
[ὑπε· ---]ων
------- Ἀθην---

Φιλήμων νεώ(τερος)[7] Μιλησίαι
ὑπε· Κράτης
ὑπο· Ὀνήσιμος ἐνίκ[α]
Ἐπὶ Ἑρμογένου[8] οὐκ ἐ[γέ]νετο
Ἐπὶ Τιμησιά[νακτος[9]· π]αλαιᾶι· 15
Φιλόστρατο[ς Ἀποκλε]ιομένει Ποσει[10]·
ποη· Ἀ[ρ]χ------- κλήρωι
ὑπ[ε· ----------]

1 Haud raro intermissa sunt illa aetate certamina scaenica, nonnumquam adeo binis deinceps annis (n. 698 col. II, 5. 6). Eo spectare C. I. Att. II 594, 30 sqq. καὶ ἀνειπεῖν τὸν στέφανον τοῦτον Διονυσίων τῶν ἐν Σαλαμῖνι τραγῳδοῖς ὅταν πρῶτον γίνηται monuit Koehler. 2 Annis 355—353 hic usus in comoediis nondum erat (C. I. Att. II 972). Monuit Koehler quae 'antiquae' comoediae saeculo tertio exeunte et secundo ineunte in scaenam relatae hic recenserentur, omnes poetarum novae quam dicimus comoediae (Menandri, Philippidis, Posidippi) esse; mediae comoediae non magis rationem habitam quam veteris. Quare distinctionem inter mediam et novam sibi ab hoc ipso scaenae usu profectam videri. 3 Cf. Meineke F. C. IV p. 163 sqq. 4 Eiusdem poetae nomen redit 698, 21, unde apparet non nimium temporis intervallum inter ea quae hic et illic recensentur certamina intercedere. K. Ceterum de Critone ignobili poeta novae comoediae cf. Meineke F. C. I p. 484. 5 Cf. Meineke F. C. I p. 499. 6 Qui I. G. Sept. I 3197, 22. 48 est κωμῳδὸς Καλλίστρατος Ἐξακέστου Θηβαῖος, eum in proëcdosi iniuria hunc rettuli; nam tabulam illam Orchomeniam primi a. Chr. n. saeculi ineuntis esse nunc cognitum est. 7 Philemona natu minorem filium maioris fuisse testatur Suidas s. Φιλήμων ὁ νεώτερος. Ille vero cum iam Euthycrito archonte (328/7 a. Chr.) vicisset (cf. Marmoris Parii fragmentum editum ab A. Wilhelm Mitth. des arch. Inst. in Athen XXII p. 187, 7 sqq.) extrema senectute mortuus est bello Chremonideo (Suid. Φιλήμων) fere 263 a. Chr. (cf. 214[2]), ut improbabile sit, filium plus quam quadraginta annis patri superstitem fuisse. Ac sane postremo eius vitae tempore Milesiam actam esse inde collegeris, quod in titulo 698 nusquam eius nomen comparet. K. 8 Decretum synodi alicuius hoc archonte factum habes C. I. Att. II 624. 9 Plebiscitum cum huius archontis nomine exstat C. I. Att. II 432. 10 De Posidippo cf. Meineke F. C. I p. 482. Ἀποκλειομένης fabulae fragmenta collecta sunt apud eundem IV p. 514.

---

698 Fragmentum eiusdem tabulae, a dextra attingens n. 697. Ed. Koehler Mitth. des arch. Inst. III (1878) p. 118 sq. C. I. Att. II 975. Kumanudis Ἀθηναίου VI p. 478 n. 4. 5 (Syll.[1] 409. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 724 n. 882).

---------- [ὑπε· Καβεί]ριχος[5]
[Ἐπὶ ---- παλαιᾶι]· [Ἐπ]ιγέ[ν]ης[6] Λυτρουμένωι
[---- Μονοτ]ρόπωι ὑπε· Καβείριχος
------ ὑπο· Νικόλαος ἐνίκα
5 [ποη· --- Δι]ασωιζομέ- Ἐπὶ Ἀνθεστηρίου[7] οὐκ ἐγένε[το]
[ν.ι· ὑπε· ------] Ἐπὶ Καλλιστράτου[8] οὐκ ἐγένε[το]
[-----ο]υμένωι· Ἐπὶ Μνησιθέου· παλαιᾶι·
[ὑπε· -----]ος ΔάμωνΦιλαθηναίωι Φιλιππί[δου][9]
------ Ἀγνοοῦντι πο· Φιλοκλῆς[10] Τραυματίαι
10 [ὑπε· Κριτόδ]ημος ὑπε· Καλλικράτης
[---- Νε]μέσει· Χαιρίων Αὐτοῦ καταψευδομέ[νωι]
[ὑπε· ---]ένικος ὑπε· Δάμων
[Παρά]μονος Χορηγοῦντι· Βίοττος Ἀγνοοῦντι
[ὑπε·] Μόνιμος ὑπε· Δάμων
15 [ὑπ]ο· Κριτόδημος ἐνίκα Τιμόξενος Συνκρύπτον[τι]
[Ἐ]πὶ Εὐνίκου οὐκ ἐγένε[το] ὑπε· Καλλικράτης
Ἐπὶ Ξενοκλέους[1]· παλαι[ᾶι]· Ἀγαθοκλῆς Ὁμονοία[ι]
Μόνιμος Φάσματι Μενά[νδρου] [ὑπε· Νικ]όλαος
ποη· Παράμονος τεθνηκὼς[2]---ις ----------
20 ὑπε· Δάμων ----------
Κρίτων Αἰτωλῶι[3]· ---------

Hoc fragmentum a sinistra attingere n. 697 ita, ut integro lapide huius columna prior illius posteriorem nulla alia interiecta exciperet, Koe. collegit cum inde, quod qui ante huius sinistram columnam exstant versuum fines commodissime coniunguntur cum illius versibus 14—17, tum ex ipso argumento. Nam cum omnino ad antiquius tempus spectare 697 quam 698 ex eis quae utrobique de Paramono poëta scripta inveniuntur (not. 2) necessario colligatur, tum non magnum esse aetatis discrimen ea docent, de quibus dixi ad n. 697 not. 4. Atque in altera quidem columna qui enumerantur archontes cum paullo post 200 a. Chr. in magistratu fuisse constet (cf. not. 7), consentaneum est priorem ad annos fere 210—200 a. Chr. spectare (cf. not. 1). K. 1 A. Dumont Fastes éponymiques d'Athènes p. 18 Xenoclem paucis post 168 a. Chr. annis in magistratu fuisse coniecit. Quod in huius certe tituli archontem non quadrat, qui ultimis potius tertii a. Chr. saeculi annis magistratu functus est. 2 Paramonus sub ipsum tempus Dionysiorum mortuus videtur, ut διδασκαλίαν etiamtum in se susciperet, sed cum fabula ageretur iam superstes non esset. Tertio anno ante (v. 13) aliam fabulam in scaenam dederat. Atque cum in titulo 697 col. II 5 item inter poëtas superstites commemoretur, sequitur ut illud fragmentum hoc antiquius sit. 3 Cf. 697[4]. Ex hac fabula versus affertur a Polluce IX, 15,

ὑπε· Μόνιμος ----------
Βίοττος Ποητεῖ· ----------
ὑπε· Δάμων ----------
25 Λάμπυτος ----- ----------
ὑπε· Κα[βείριχος] ----------
Ἐπικρ[άτης[4] -----] ----------
ὑ[πε· ------] ----------

ubi pluralis Αἰτωλοῖς sine dubio librarii errori tribuendus est. 4 Poeta ceteroquin ignotus; nam Ambraciotam, qui mediae comoediae fuit (Meineke F. C. I p. 414) propter temporum rationem in censum non venire sponte patet. K. 5 Cave hunc confuderis cum multo recentiore fabularum actore cognomini qui est I. Sept. I, 3197, 30 ὑποκριτὴς Καβίριχος Θεοδώρου Θηβαῖος. Cf n. 697[6]. 6 Cf. Pollux VII, 29 τῶν δὲ νέων τις κωμικῶν Ἐπιγένης ἐν Ποντικῷ ἔφη. Quae a Meinekio I p. 354 non recte de mediae comoediae poeta intellecta esse hic titulus docet. K. 7 Cf. C. I. Att. II 445, quod plebiscitum propter Attalidis tribus mentionem anno 200 a. Chr. antiquius esse nequit. K. 8 Cf. C. I. Att. II, 406, quod decretum nulla habet certiora aetatis indicia. K. 9 Cf. 197, 8 sqq. Meineke F. C. I p. 470 sqq. Fabulae Φιλαθηναίου unum exstat fragmentum apud Phot. lex. s. v. συκάμινα (Meineke F. C. IV p. 473). 10 Hinc apparet, recte Meinekium I p. 521, etsi apud Scholiastam Ar. av. 281 κωμῳδίας ποιητὴν manifesto errore exaratum est pro τραγῳδίας π., tamen propter versum ab Athenaeo II 66b allatum comicum quoque poetam aliquem fuisse statuere cui Philocles nomen esset.

---

699 Tituli incisi in epistyliis porticus qua forum Magnesiae ad Maeandrum circumdatum erat. *a b* ad occidentale, *c d e* ad meridionale fori latus pertinebant. Praeterea aliquot frustula paucas modo litteras continentia reperta sunt, quae hic omittimus. Ed. O. Kern Mitth. des arch. Inst. in Athen XIX (1894) p. 93 sqq. (Fragmentum *a* solum repetivit Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 746 n. 914). Inschriften von Magnesia am Maeander p. 69 n. 88.

Litteraturam partis orientalis (*a b* v. 1—23) aetatem anno 150 a. Chr. certe non antiquiorem prodere, partem meridionalem vero (*c d e* v. 24—49) primi a. Chr. n. saeculi ineuntis esse observavit K. Dispositio tituli qualis in lapide est hic propter spatii rationes servari non potuit. Nempe continenter per totam lapidum latitudinem scripti sunt versus 1. 2. 13. 14. 15. Quod contra v. 3—12 per tres columnas dispositi, quarum media quattuor (v. 6—9), exteriorum utraque ternos versus habet. Item v. 16—23 tres columnae sunt, dextra duorum (v. 22. 23), reliquae duae ternorum versuum (16—18 et 19—21).

a Στεφανηφοροῦντος[1] Ἀπολλοδώρου, ἀγωνοθετούντων Εὐανδρίδου τοῦ Εὐανδρίδου, Μανδροδώρου | τοῦ Κλεαίνου[2], Ἀπολλοδώρου τοῦ Λεοντέως, οἵδε ἐνίκων τὸν ἀγῶνα τῶν Ῥωμαίων[3] ποιηταὶ καινῶν δραμάτων· |
τραγωιδιῶν· | Θεόδωρος Διονυσίου δράματι Ἑρμιόνηι· ‖
5 ὑποκριτὴς Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίου[4]. |
κωμῳδιῶν· | Μητρόδωρος Ἀπολλωνίου δράματι Ὁμοίοις[5]· | ὑποκριτὴς Ἀγαθοκλῆς Ἀγαθοκλείους | Μιλήσιος‖.
10 σατύρων· | Θεόδωρος Διονυσίου[6] | δράματι Θύτηι. |
b Στεφανηφοροῦντος Σωκράτου, ἀγωνοθετούντων Διαγόρου τοῦ Δημητρίου, | Διονυσάρχου τοῦ Λάμπωνος, Γεροντίδου τοῦ Γερον-
15 τίδου, οἵδε ἐνίκων τὸν ἀγῶνα ‖ τῶν Ῥωμαίων ποιηταὶ καινῶν δραμάτων· |
τραγῳδιῶν· Γλαύκων Γλαύκωνος | Ἐφέσιος· ὑποκριτὴς Ἡράκλειτος | Μηνοδώρου Μαλλώ[της]. |

Porro in fragmento *c* versus 24. 25 totam lapidis latitudinem explent, sequuntur tres columnae, ex quibus sinistra versus 26—30, media v. 31—35, dextra v. 36—38 continet. Fragmentorum *d e f* versus sic ut hic exprimuntur in lapidibus se excipiunt. 1 Cf. n. 256, 11. 25. 28. 371, 1. 552, 1 sqq. 553, 1 sqq. 2 Cf. Inschr. v. Magnesia p. 142 n. 221 Κλέαινος Κλεαίνου ἀρχιερητεύων ἀνέθηκεν τὴν ὑδρίαν. Quem titulum cum K. primi a. Chr. n. saeculi esse testetur, non dubito quin ille Cleaenus huius filius sit, non diversus ille quidem ab eo quem hic v. 25 habes, quae pars tituli hac priore fere semisaeculo recentior est (v. supra). 3 Iam ante medium saeculum a. Chr. n. alterum Deae Romae honoris causa ludos Magnesiae institutos esse eo minus mirari debemus, quia idem de Alabandensibus docet Livius XLIII, 6, 5: *Alabandenses templum urbis Romae se fecisse commemoravere* (anno 170 a. Chr. in senatu) *ludosque anniversarios ei divae instituisse.* K. 4 Eundem plane ordinem, qui hic constanter observatur, in titulo Teio Lebas-Waddington Inscr. III, 91 σατύρων· Ἀναξίων Θρασυκλείδου Μυτιληναῖος δράματι Πέρσαις· ὑπεκρίνετο Ἀσκληπιάδης Ἡρακλείδου Χαλκιδεύς esse observavit K. 5 Imitationem antiquiorum comoediarum manifesto arguit hic titulus. Etenim Ὁμοίους novimus Antiphanis, Ephippi, Posidippi (Th. Kock Com. Att. fr. II p. 82. 258. III p. 341). K. 6 Idem qui eisdem ludis tragoediam Hermionen in scaenam misit (v. 4). Alio anno item Polemaeus Diodori f. simul tragoediam Clytaemestram (v. 28) et fabulam satyricam Aiacem (v. 38) dedit. Mansit igitur tum antiquus mos, ut tragoediae et satyricae poësi haud raro idem homo operam daret, tragoediae et comoediae fere nunquam. Ceterum quod primo etiamtum a. Chr. saeculo nova dramata satyrica, ad veterum sane exemplum expressa ut de comoediis vidimus (not. 5), prodiissent perquam memorabile esse monuit K., quia adhuc ab hominibus doctis de ea re dubitatum esset.

20 κωμῳδιῶν· Διομήδης ‖ [Ἀ]θηνοδώρου Περγαμηνός[7]· | [ὑπο]-
κριτὴς Μηνόδοτος Μητροδώρου Περγαμη[νός]. |
σατύρων· | Πολέμων Νέωνος.
c Δημητρίου[8]. Στεφανηφοροῦντος Ἀττάλου, ἀγωνοθετούντ[ων]
Εὐκλείους τοῦ Ἀριστοκράτους, Εὐανδρίδου τοῦ Εὐανδρίδου, ‖
25 Κλεαίνου τοῦ Κλεαίνου[9], οἵδε ἐνίκων ἐν τῷ ἀγῶνι [τῶν] Ῥω-
μαίων ποιηταί· |
τραγωιδιῶν· | Πολεμαῖος Διοδώρου Ἐφέσιος | δράματι Κλυ-
30 ταιμήστρᾳ[10]· | ὑποκριτὴς Ἀρτεμίδωρος ‖ Ἀρτεμιδώρου τοῦ
Διοσκουρίδου. |
κωμωιδιῶν· | Ἀγαθήνωρ Ἀριστώνακτος Ἐφέσιος | δράματι
35 Μιλησίᾳ[11]· ὑποκριτὴς | Ἱεροκλῆς Ἱεροκλήους, φύσει δὲ ‖ Φιλώ-
του, Τραλλιανός. |
σατύρων· | Πολεμαῖος Διοδώρου Ἐφέσιος[12] | δράματι Αἴαντι. |
40 *d* [-------- ἀγωνοθ]ετούντων δὲ Ῥωμαῖα ‖ [------- τ]οῦ Ὀνή-
σονος οἵδε ἐνίκων· |
σατύρων ποιητὴς | Ἁρμόδιος Ἀσκληπιάδου | Ταρσεὺς δράματι |
Πρωτεσιλάῳ. ‖
45 *e* Στεφανηφο[ροῦντος -------] | Ἱππονίκου τ[οῦ ------] |
50 *f* σατύ[ρ]ω[ν·] | Θεύδο[τος] | δ[ρ]άμα[τ]ι ‖ Παλαμήδη.

7 Diomedem Athenodori f. Atheniensem poëtam comicum Epidaurii statuae honore affecerunt (Ἐφ. ἀρχ. 1883 p. 27 n. 4), eiusdemque basis Athenis in theatro Bacchi eruta cum simplici titulo Διομήδης (C. I. Att. III 952) esse videtur. Eundem hic significari videri indicavit E. Reisch in litteris ad Kernium datis; ethnici discrimen, de quo is tacet, obstare mihi non videtur, siquidem homines Graeci, ac praecipue quidem artifices, haud raro plurium civitatum simul cives erant. 8 Patris nomen ex alia didascalia, cuius reliquae partes interciderunt, servatum. K. 9 Cf. not. 2. 10 Veram hanc esse nominis formam primus vidit Petrus Papageorgiu Νέα Ἡμέρα 1884 p. 487. Berl. philol. Wochenschrift 1886 p. 291 sqq. P. Kretschmer Gr. Vaseninschriften p. 166 n. 143. K. 11 Ex mediae et novae comoediae poëtis Μιλησίαν scripserunt Alexis et Philemo natu minor (Th. Kock Com. Att. fragm. II p. 351. III p. 357). K. Cf. not. 5. 12 Cf. not. 6.

700 Marmor cubi figura, erutum Tegeae in theatro. Tituli intra coronas sex hederaceas. Ed. V. Bérard Bull. de corr. Hell. XVII (1893) p. 14 n. 20.

Litterae volgares praeter Σ. Apparet monumentum esse actoris tragoediarum quod ille propter victorias peregre partas in theatro patriae urbis

5 [Δι]ον[ύσ]ια | [ἐ]ν τα[ῖ]ς[1] | Ἀθήναις | [Ὀρ]έστη[ι ‖ Εὐ]ρι- I
πίδ[ου.] |
10 Ἡραῖα[2] | [Ἡρακ]λεῖ | [Εὐ]ριπίδου, | [Ἠλ]έ[κτρ]α[ι ‖ Εὐρι]- II
πίδου. |
15 [Σω]τήρια | [ἐν] Δελφοῖς[3] | Ἡρακλεῖ | [Εὐ]ριπίδου, ‖ [Ἀν]- III
ταίῳ[4] | Ἀρχεστράτου[5]. |
20 [Ν]άϊα | [ἐν] Δωδώνηι | Ἀχελ[ώιωι[6]] ‖ Εὐριπίδου, | Ἀχιλ- IV
λεῖ | Χαιρήμωνος[7]. |
25 -----εναια[8] | --α--τια-- ‖ ---αρασ-- | --μην---- V
30 ----αια | [ἐν --|---]νικοῖς ‖ [Ἡρ]ακλεῖ | [Εὐριπίδ]ου | VI
----

erexit. Nomen periisse videtur in alio lapidis latere, ubi nunc non exstant nisi reliquiae coronae magnae hederaceae. De aetate v. not. 3. 1 Supplevit B. dubitanter, sed vix aliud fuisse potest, etsi articulus a volgari usu abhorret. 2 Sc. τὰ ἐν Ἄργει. 3 Instituta a. 274 a. Chr. Cf. n. 205[1]. 691[1]. Eo igitur anno utique recentior est haec tragoedi dedicatio, quam ex altera parte litteratura vix ad inferiora tertio a. Chr. n. saeculo tempora referri sinit. Discimus igitur hinc, quantopere illa etiamtum aetate Euripides hominibus Graecis in deliciis fuerit. B. 4 Supplevi. Antaeus fabula fuit Phrynichi (A. Nauck Trag. Gr. fr. ed. 2 p. 720) itemque Aristiae (Nauck p. 726 n. 1). Aliud quod huc quadret nomen in -ταῖος cadens quod sciam nullum est in Graecorum memoria. 5 Poëta tragicus ignotus, quem dubito num iure B. eundem existimet cum illo Syracusano sive Geloo gastronomiae scriptore, cuius perfrequens est apud Athenaeum memoria. 6 Fabula cuius praeter hunc titulum nulla exstat memoria. Argumentum nescio an illud Herculis cum Acheloo de Deianira certamen fuerit quod ex Sophoclis Trachiniarum prologo notum est. Ceterum cum Acheloi sacris arctior quaedam necessitudo cum oraculo Dodonaeo intercesserit (H. W. Stoll ap. Roscher Ausf. Lexikon der gr. u. röm. Mythologie I p. 8), non mirabimur in ludis Naiorum Dodonaeis tertio etiamtum a. Chr. n. saeculo fabulam Euripideam actam esse, quae in reliqua Graecia mature in oblivionem venisse videtur. 7 Intellegi videtur Ἀχιλλεὺς Θερσιτοκτόνος. Cf. Stob. Ecl. I, 6, 7 p. 85, 5 Wachsm. Χαιρήμονος ἐξ Ἀχιλλέως Θερσιτοκτόνου ‘τύχη τὰ θνητῶν πράγματ’, οὐκ εὐβουλία’. Suidas sane ‘ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος’ παροιμία· ὁ στίχος δέ ἐστι Χαιρήμονος ἐκ Θερσίτου, quae eadem manifesto est fabula. A. Nauck Trag. Gr. fr. p. 782 n. 2. 3. 8 Quintae coronae relliquiis quid faciam non magis habeo quam B., neque in sexta ludorum et oppidi nomina expediri possunt.

701 Athenis; primum exscripsit Fourmont, cuius ex schedis expresserunt Osann Syll. II 69 et Boeckh C. I. G. 1037. Plenius

et accuratius post alios ex schedis Finlayi ad Boeckhium missis Kirchhoff C. I. Att. I 337 (Syll.[1] 410. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 750 n. 929).

-----ος Δοροθέο Αλαιεὺ[ς[1] ἐχορέγε]
Παντακλῆς ἐδίδα[σκε][2].

Litterae Atticae volgares praeter rho angularem, non rotundam. Tituli 701—711 monumentis choregicis inscripti sunt quae tripodas olim sustinebant praemio datos tribubus victricibus atque ab eorum choregis publice dedicatos. 1 Aut Aegeïs aut Cecropis vicerat. Illius enim sunt Halae Araphenides, huius Aexonides. K. 2 Cf. Antiph. VI, 11 ἐπειδὴ χορηγὸς κατεστάθην εἰς Θαργήλια καὶ ἔλαχον Παντακλέα διδάσκαλον καὶ Κεκροπίδα φυλὴν πρὸς τῇ ἐμαυτοῦ κτλ. Harpocr. s. διδάσκαλος· ὅτι γὰρ ὁ Παντακλῆς ποιητής, δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς διδασκαλίαις. Similis tituli verba corrupta exstant apud Steph. Byz. s. Ἀτήνη· ὁ δημότης Ἀτηνεύς· Ἑπατροκλῆς Ἀτηνεὺς ἐχορήγει, καὶ Παντακλῆς'. Kirchhoff.

702 Plinthus quadrata marmoris Pentelici quae tripodem sustinebat. Ed. Koehler Mitth. des arch. Inst. in Athen VIII (1883) p. 34 (Kirchhoff C. I. Att. IV, 1, 2 p. 79 n. 337 *a*. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 750 n. 931).

Κλεισθένης ἐχορέγε Αὐτοκράτος
Ἐρεχθῆιδι, Αἰγῆιδι.
Κεδείδης[1] ἐδίδασκε.

Litteratura Ionica, nisi quod bis E productam vocalem significat, cum praeterea H usurpetur. Et propter hoc scripturae genus et propter duarum tribuum choregiam coniunctam non ante media belli Peloponnesiaci tempora (fere 415) haec incisa iudicat Koe. 1 Cf. Aristoph. Nub. 984 sq. ἀρχαῖά γε καὶ Διπολιώδη καὶ τεττίγων ἀνάμεστα καὶ Κηκείδου καὶ Βουφονίων cum scholio Κηκείδου· διθυράμβων ποιητὴς πάνυ ἀρχαῖος· μέμνηται δὲ αὐτοῦ Κρατῖνος ἐν Πανόπταις. In Photii lexico Κηδίδης· διθυραμβοποιητὴς ἀρχαῖος, qui sua sine dubio illi scholio Aristophaneo debet, veriorem nominis formam servatam esse iam A. Nauckius Mus. Rhen. VI p. 431 viderat; apud Hesychium Κηθείδης· διθυράμβων alio modo corrupta est. Quem scholiasta ad v. 967 carminis 'τηλέπορόν τι βόαμα' auctorem commemorat Κυδίδην, is item ab illo non videtur diversus, sed ubique Κηδείδης restituendum esse. At illum priscum poëtam quem Aristophanes tangat non posse etiam aliquot annis post Nubes in scaenam datam in arte fuisse cum persuasum haberet Koe., filium aut nepotem illius maluit hic agnoscere. Quod contra Ki. opus esse negat pro uno Cedide plures substituere. Cui assentior; etenim nescio an

in eo ipso acerbae facetiae insint, quod exemplo cascae et obsoletae artis utitur homine qui etiamtum superstes erat et carmina pangebat.

---

703 Basis inventa Eleusine. Edd. D. Philios Mitth. des arch. Inst. in Athen XIX (1894) p. 174 n. 3. (Koehler C. I. Att. IV, 2 p. 254 n. 1280*b*. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 747 n. 916). Cf. quae de titulo exposuit P. Foucart Revue de philologie XIX (1895) p. 119 sqq.

[Γ]νάθις Τιμοκ[ήδ]ο[ς[1], Ἀ]ναξανδρίδης Τιμα[γ]όρο[2]
χορηγῶντες κωμωιδο[ῖ]ς[3] ἐνίκων
Ἀριστοφάνης ἐ[δ]ίδασκεν[4].
ἑτέρα νίκη τραγωιδοῖς[5]
Σοφοκλῆς ἐδίδασκεν[6].

Litterae volgares Ionicae. De aetate v. not. 3. 1 Idem est Gnathis demarchus n. 720, 19, filius eius Timocedes Gnathidis f. n. 526, 1, quo ex titulo Τιμοκ[ήδ]ο[ς] hic reposuerunt Fouc. et Koe., cum Phi. Τιμοκ[λέ]ο[ς] supplevisset. Eleusinios esse uterque titulus ostendit. 3 Hunc quoque Eleusiniorum pago ascriptum fuisse ex demotico omisso iure collegit Phi. 3 Ex Aristotelis testimonio apud scholiastam Aristoph. Ran. 404 (ἐπὶ γοῦν τοῦ Καλλίου τούτου φησὶν Ἀριστοτέλης, ὅτι σύνδυο ἔδοξε χορηγεῖν τὰ Διονύσια τοῖς τραγῳδοῖς καὶ κωμῳδοῖς) Fouc. collegit, Calliae archontis anno Ol. 93, 3 (406/5 a. Chr.) hanc inscriptionem utique non esse antiquiorem. Sed proximo post eum tempore incisam cum Koehlero, qui dubitat an quinti etiamtum a. Chr. saeculi sit, etiam Fouc. iudicat, ipsis initiis quarti saeculi tribuens. Quos in summa rei verum vidisse existimo, etsi quae Fouc. singillatim de aetate disputat probare nequeo (not. 5. 6). 4 Ex superstitibus fabulis hic in censum veniunt Ranae, Ecclesiazusae, Plutus. Nam reliquae Calliae anno (not. 3) antiquiores sunt. Ac de Ranis ea potissimum de causa cogites, quia hac fabula poëtam vicisse constat. Sic sane coniectura quam scholiasta ad v. 404 posuit (ὥστε ἴσως ἦν τις καὶ περὶ τὸν Ληναϊκὸν ἀγῶνα συστολή) probanda est, quae iam ipsa per se summam veri speciem habet. Verum enimvero, ut Fouc. verissime monuit, non est cur hic de fabula nescio qua deperdita dici negemus. 5 Victoriam tragicam ante illam comicam reportatam esse iudicat Fouc., quia utique unus annus inter eas interiectus esse debuerit, per quem vacationem choregiae haberent Gnathis et Anaxandrides. Fieri igitur non potuisse, ut priusquam monumentum quod dedicabant propter illius comoediae victoriam perficeretur, iam altera accederet tragoediae. At plus una cogitari potest causa, cur dedicatio per aliquantum temporis differretur, neque ordo eorum quae in lapide exstant cum illius opinione facile conciliatur. Omnia eadem manu et eodem tempore incisa esse constat. 6 Sophoclem anno 406/5 a. Chr., atque priore

quidem eius parte, ante Lenaea et Dionysia, defunctum monuit F., itaque ex eius fabulis unam hic in censum venire Oedipum Coloneum, quam post avi obitum in scaenam misisset nepos. Itaque quod adhuc ignorabatur, hanc fabulam primas tulisse, id hoc titulo doceri. At quod ipse dicit, Sophoclem in hac didascalia nepotem intellegendum esse, non avum, eo suam rationem everti non sensit. Nam ille nepos (sine dubio idem qui C. I. Att. II 643, 3 est Σοφοκλῆς Κολωνῆθεν ταμίας τῶν ἱερῶν χρημάτων. II, 672, 37 Σοφοκλῆς Ἰοφῶντος ἐκ Κολωνοῦ) ipse quoque poeta tragicus fuit (Clemens Alex. protrept. c. 2 p. 26 allatus a Nauckio Fr. Trag. ed. 2 p. 781. Suidas Σοφοκλῆς Ἀρίστωνος). Quare quo iure haec victoria ad avi potius fabulam ab eo exhibitam quam ad aliquam ex ipsius tragoediis referatur, non assequor, praesertim cum eum septiens vicisse Suidas testetur.

---

704 Basis rotunda lapidis Hymettii inventa Athenis ad dextram Ilissi ripam occidentem versus a ponte qui ad coemeterium fert. Edd. O. Lueders Bull. dell' Inst. arch. Rom. 1872 p. 266. Kumanudis Ἀθηναίου I p. 169 n. 2 (Syll.[1] 411). Koehler C. I. Att. II, 1236 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 750 n. 932).

Αἴσιος Μνησιβούλο Σφήττιος[1] | χορηγῶν ἐνίκα[2] Ἀκαμαντίδι |
5 Πανδιονίδι παίδων, Εὐκλῆς | ἐδίδασκε, Εὐδαμίσκος ηὔλε, ‖ Χίων ἦρχεν[3].

Litterae volgares Ionicae dispositae στοιχηδόν. Eadem repetuntur in aversa lapidis parte. n. 704. 705 ad Thargelia spectant, quorum victores in Pythio ad Ilissum sito tripodas dedicare solebant, reliqua monumenta choregica ad Dionysia. 1 Aesius Aphobi frater commemoratur Dem. XXIX, 15. 55, alius eiusdem nominis Dem. XXXVIII, 28. Sed cum neutri addatur patris pagive nomen, diiudicari nequit utrum hic designetur alteruter ex illis an tertius nescio quis. 2 Quod hic et 705, 3. 706, 1. C. I. Att. II, 1237, 2 choregi, non ut saeculo quinto a. Chr. n. (C. I. Att. I 336, 2) ipsae tribus vicisse scribuntur, id mutatis hominum moribus tribuit Koehler Mitth. III p. 231; ambitione enim et vanitate magis magisque gliscente id factum esse. Cui sententiae obstant tituli 707, 2. C. I. Att. II, 1244, 1, qui etsi his etiam recentiores sunt, tamen antiquum illum morem servant. Neque id casu factum esse mihi persuadere possum, quod ubicunque singulae tribus singulos choros praestant, ipsae tribus, ubi binae coniunctae, choregi victores perscribuntur. Etenim a Graecorum sensu abhorrebat, in uno eodemque certamine plures victores praedicare. Nam vincere idem est ac primum esse (n. 696[3]). 3 Ol. 103, 4 (365/4 a. Chr.).

705 Basis rotunda lapidis Pentelici inventa ad Ilissum (v. ad n. 411). Edd. O. Lueders Bull. dell' Inst. arch. Rom. 1872 p. 266. Kumanudis Ἀθηναίου I p. 169 n. 1 (Syll.[1] 413). Koehler C. I. Att. II, 1251 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 751 n. 935).

Φιλόμηλος Φιλιππίδο | Παιανιεὺς[1] χορηγῶν | ἐνίκα Πανδιονίδι |
5 Ἀκαμαντίδι παίδων[2], ‖ Ἀλέξιππος ηὔλει, | Εὐκλῆς ἐδίδασκε.

Litterae volgares Ionicae non dispositae στοιχηδόν. In aversa parte lapidis eadem repetuntur, ita tamen, ut versuum 5. 6 ordo mutatus sit. 1 Cf. 188[4]. 2 Cum eaedem duae tribus etiam 704, 2 coniungantur ac multis de causis veri simile sit, hunc titulum eiusdem fere aetatis esse, Kumanudis eandem victoriam significari, et duarum tribuum coniunctarum non unum, sed duos choregos fuisse statuit. Cui sententiae cum ipsius rei natura, tum definitum Antiphontis testimonium VI, 11 (cf. 701[2]) repugnat. Quod vero archontis nomen hic non legitur, nihil miri habet quia id omnino nequaquam constanter addi solet in huiusmodi titulis. Eaedem vero duae tribus etiam in tertio titulo 706, 2 coniunguntur, qui alius anni est. Ter idem tribuum par coniunctum inveniri ut sane mirum est, sic tamen coniectura mea de certo quodam ordine ex quo semper eaedem binae copulatae essent, non amplius ferri potest, siquidem Aegeis n. 702, 2 Erechtheida, C. I. Att. II, 1237, 2 Leontida victoriae consortem habet. Eam tribum, cuius ipse choregus fuisset, semper priore loco recenseri monuit amicus quidam Kumanudis.

---

706 Basis inventa ad radices meridionales arcis. Edd. Koehler Mitth. des arch. Inst. zu Athen II (1877) p. 189 (Syll.[1] 414. C. I. Att. II, 1240. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 750 n. 934).

[Χ]άρης Θεοχάρους Ἀγγελῆθεν[1] χορηγῶν ἐ[νίκα]
[Π]ανδιονίδι Ἀκαμαντίδι[2] παί[δων]
[Σ]άτυρος Σικυώνιος ηὔλει
[Ἐ]πίκουρος Σικυώνιος ἐδίδασ[κεν]
5 Λυκίσκος ἦρ[χεν][3].

Praetor Atheniensium nobilissimus (cf. 109, 20. 114, 17. 21. 145, 11). Patris nomen recte scriptum exhibet Plutarchus an seni sit ger. resp. 8 p. 788 D, leviter corruptum, sed addito demotico, Steph. Byz. s. v. Ἀγγελή· Χάρης Κλεοχάρους Ἀγγελῆθεν, quae verba ex Crateri ψηφισμάτων συναγωγῇ repetita videntur. Alius est Chares Aexonensis trierarchus C. I. Att. II, 803 *f*, 15. Omnino nomen in Attica neutiquam rarum. K. 2 Cf. 705[2]. 3 Ol. 109, 1 (344/3 a. Chr.).

707 Athenis in monumento notissimo. Cum iam Cyriacus Anconitanus exscripsisset, post permultos alios ed. Boeckh C. I. G. 221 (Syll.[1] 415). Koehler C. I. Att. II, 1242 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 748 n. 921).

Λυσικράτης Λυσιθείδου Κικυννεὺς ἐχορήγει,
Ἀκαμαντὶς παίδων ἐνίκα, Θέων ηὔλει,
Λυσιάδης Ἀθηναῖος ἐδίδασκε, Εὐαίνετος ἦρχε[1].

Litterae Ionicae volgares non dispositae στοιχηδόν. 1 Ol. 111, 2 (335/4 a. Chr.).

708 Epistylium marmoris Pentelici, in clivo occidentali arcis. Edd. Beulé L'acropole I p. 102. Lebas I, 470. Rangabé Ant. Hell. 986. Ex suo Doerpfeldiique apographo Koehler C. I. Att. II, 1246 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 748 n. 923). Cf. quae de titulo disputaverunt K. Keil Mélanges gréco-romains II p. 76. E. Reisch de musicis Graecorum certaminibus p. 36 not. 3. A. Brinck Dissertationes philologae Halenses VII (1886) p. 143 n. 55.

Νι[κ]ίας Νι[κ]οδήμου Ξυ[π]εταιῶν[1] ἀνέθηκε νικήσας χορηγῶν Κεκροπίδι παίδων. | Πανταλέων Σικυώνιο[ς] ηὔλει[2]. ἆισμα· Ἐλπήνωρ Τιμοθέου[3]. Νέ[αι]χμ[ο]ς ἦρχε[4].

Litterae Ionicae volgares. 1 In recensu equitum qui Theogene Eleusinio hipparcho Salamini deae donum consecraverunt C. I. Att. II, 962, 5 Νικίας Εὐκταίου Ξυπεταιών. v. 7 Εὐκταῖος Νικίου Ξυπεταιών sunt, C. I. Att. II, 2367 titulus sepulcralis Ἡδυλίνη Νικοδήμου θυγάτηρ Ξυπεταιόνος. 2 Hic distinguendum esse primus vidit Keil, cum priores [ἐδίδασκε] Πανταλέων Σικυώνιος supplevissent, et ηὔλει ᾆσμα coniungentes Elpenora potius tibicinem esse statuissent. 3 Cum antea inter omnes convenisset, hominem quarti a. Chr. n. saeculi, Elpenora Timothei f., hic haberi, quem tibicinem primi editores (not. 2), didascalum Keilius opinabatur, Brinckius acute perspexit, Ἐλπήνωρ titulum dithyrambi a Timotheo Milesio poëta nobilissimo (G. Bernhardy Grundriss der gr. Litteraturgesch. II, 1[3] p. 751 sqq.) compositi esse. Cf. simillimum nominis ᾆσμα usum n. 717, 4 sqq. καὶ ἀξιωθέντα ἐπιδοῦναι — ᾆσμα μετὰ χοροῦ Διόνυσον, καὶ κιθάρισμα ἐκ Βακχῶν Εὐριπίδου. 4 Ol. 115, 1 (a. 320/19 a. Chr.).

709 Fragmenta duo epistylii lapidis Pentelici; dextra pars inventa in theatro Bacchi, sinistra ad Asclepieum. Ediderunt

Kumanudis Ἀθηναίου VI p. 276 (cf. p. 367). P. Foucart Bull. de corr. Hell. II (1878) p. 391 (Syll.[1] 417). Koehler C. I. Att. II, 1289 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 749 n. 925). Cf. quae de titulo disputavit Koehler Mitth. des arch. Inst. III p. 236 sqq.

Ὁ δῆμος ἐ[χορήγει[1] ἐπ' Ἀναξι]κράτους[2] ἄρχοντος
ἀγωνοθέ[της· Ξενοκλῆς Ξ]ενίνδος Σφήττιος[3]
ποιητὴς τραγωι[δίας· Φανόστρατο]ς Ἡρακλείδου Ἁλικαρνασσεύς[4]
ὑποκριτὴς τραγω[ιδίας· -----]ων Εὐανορίδου Κυδαθηναιεύς

Litterae volgares. 1 Tituli in quibus populus ipse choregiam suscepisse scribitur, omnes recentiores sunt quam qui cives singulos choregos habent. Atque huius quidem generis recentissimus est n. 715, dedicatus Ol. 115, 1 (320/19 a. Chr.), illius antiquissimus is quem hic edimus. Summa igitur cum probabilitate mutationem gravissimam in certaminum musicorum ratione a Demetrio Phalereo effectam esse statuit Koehler anno Ol. 117, 4 (309/8 a. Chr.), quo Demetrius ipse primi archontis magistratum gerens Dionysiorum sacris praeerat. Ubicunque autem choregia populi commemoratur, etiam agonothetae mentio fit, qui populi suffragiis electus annuam curationem (ἐπιμέλειαν, non ἀρχήν) habet (Cf. 197[15]. 213[19]). Nempe ita res administrabatur, ut cura choros ornandi a tribubus ad totum populum translata ab hoc agonothetae mandaretur, qui omnium choregorum instar esset. 2 Cum Kumanudis et Foucartus maluissent Nicocratis (Ol. 111, 4. 333/2 a. Chr.) nomen reponere, Koehlerus ad Anaxicratis annum (Ol. 118, 2. 307/6 a. Chr.) referendum demonstravit cum propter ea quae ex aliis inscriptionibus de agonothesiae institutae temporibus innotuerunt (not. 1) tum propter similem titulum choregicum C. I. Att. II, 1290. Eum enim cum eundem agonothetam habeat atque hic, eiusdem anni esse. Atqui cum illic nomen tribus erasum sit, quod in nulla ex decem quas Clisthenes instituerat fieri potuerit, utique anno Ol. 118, 2 (307/6 a. Chr.), quo numerus primum auctus est additis Antigonide et Demetriade, antiquiorem non esse. De recentiore anni 279/8 a. Chr. archonte Anaxicrate cogitare litterarum formae vetant iudice K. 3 Integrum nomen Ξενοκλῆς Ξείνιδος Σφήττιος reperitur in tabulis navalibus annorum 326/5 a. Chr. (C. I. Att. II 808 *c*, 76. 96) et 325/4 a. Chr. (C. I. Att. II 809 *d*, 213. 234) itemque in duabus dedicationibus quae eum curatorem mysteriorum fuisse docent (C. I. Att. II, 1188, 2. 1189, 2). Qua curatione eum Archippo archonte (aut 321/0 aut 318/7 a. Chr.) functum esse perspicitur ex decreto Eleusiniorum n. 647. Idem sine dubio est Ξενοκλῆς gymnasiarchus tribus Acamantidis (C. I. Att. II, 1229, 3) anno 346/5 a. Chr., et Ξενοκλῆς Σφήττιος in tabula navali n. 530, 299 (a. 334/3 a. Chr.). Videtur igitur cum agonothetae munere fungeretur iam aetate provectior fuisse. Sed Coroebo archonte (a. 306/5 a. Chr.) etiam superstitem fuisse docet n. 181, 8. Eius nepos aut pronepos est n. 232, 56. 4 Nomen supplevit Kum. ex titulo item prope theatrum Bacchi invento C. I. At. II, 1168: Φανόστρατον Ἡρακλείδου | ὁ δῆμος ὁ Ἁλικαρνασσέων | ἀνέθηκεν.

5 ποιητὴς κωμωι[δίας· Φιλήμω]ν Δάμωνος Διομειεύς[5]
ὑποκριτὴς κ[ωμωιδίας· Κάλλιπ]πος Καλλίου Σουνιεύς.

5 Supplevit Kumanudis ex C. I. Att. III 948 (Φιλήμων Δάμωνος Διομαιεὺς κωμικὸς ποιητής), quod monumentum sane imperatorum Romanorum aetate demum erectum est, sed sine dubio ad nobilissimum illum poëtam spectat. Qui cum 263 a. Chr. demum mortuus sit (cf. 697[7]), anno 279 etiamtum fabulam ab eo in scaenam missam esse posse non est negandum.

710 Lapis magnus Pentelicus inventus inter Asclepieum et theatrum Bacchi. Edd. Kumanudis Ἀθηναίου V p. 330 n. 12 (Syll.[1] 418). Koehler C. I. Att. II, 1295 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 749 n. 926). Cf. quae adnotavit J. E. Kirchner Mus. Rhen. LIII p. 387.

Ὁ δῆμος ἐχορήγει[1], Σωσίστρατος ἦρχε[2],
[ἀγ]ωνοθέτης Θεοφάνης Διοσκουρίδου Εὐωνυμεύ[ς,]
Ἐρεχθὴις ἀνδρῶν ἐνίκα,
Σωκράτης Ῥόδιος ηὔλει[3], Ἐράτων Ἀρκὰς ἐδίδα[σκεν.]

Litterae volgares non dispositae στοιχηδόν. 1 Cf. 709[1]. 2 Huius archontis annum a 290 a. Chr. non magno intervallo distare Ki. et E. Reisch ex agonothetae et tibicinis (not. 3) nominibus collegerunt. 3 Cf. 691[6].

711 Tabula magna et crassa lapidis Pentelici, inventa Athenis occidentem versus a theatro Bacchi. Edd. Kumanudis Ἀθηναίου VI p. 278 n. 7 (Syll.[1] 419). Koehler C. I. Att. II, 1294.

[. . ἦρ]χεν
[Εὐ]νομίδου[1]
Ἐρεχθὴις ἀνδρῶν ἐνίκα
Φίλιππος Σικυώνιος ηὔλει[2]
5 Ἑλλάνικος Ἀργεῖος ἐδίδασκε.

1 Hic quoque, ut n. 709. 710, populum ipsum choregum inscriptum fuisse vidit Kum. A sinistra alius lapis hunc attingebat; versibus 1. 2 [ὁ δῆμος ἐχορήγει, ὁ δεῖνα ἦρ]χεν, | [ἀγωνοθέτης ὁ δεῖνα Εὐ]νομίδου qui in superiore tabulae parte medium locum tenebant, a dextra subscripta erant quae exstant de virorum certamine, a sinistra sine dubio similia de pueris. Quod ita administrari poterat quia munus omnium praemiorum dedicandorum,

quod antea singulorum choregorum fuerat, tunc ad unum agonothetam pervenerat. Plane gemini monumenti reliquiae sunt C. I. Att. II, 1290. Ceterum singulare esse, quod agonotheta in hoc uno titulo demotico careret, animadvertit Koehler ideoque eum fortasse peregrinum fuisse coniecit. 2 Idem tibicen C. I. Att. II, 1290, 4 inscriptus fuisse videtur, ubi nunc sane nihil exstat nisi ΦΙΛ.

---

712 Athenis olim ad murum arcis orientalem. Ed. Chandler Inscr. II, 6 p. 48 (Boeckh C. I. G. 213. Koehler C. I. Att. II 553. Syll.[1] 420. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 147 n. 136).

[Θ]εο[ί. | Ἔδ]οξεν τῆι Πανδιονίδι φυλῆι· Καλλικράτης εἶπε· | [ἐπ]αινέσαι Νικίαν Ἐπιγένος Κυδαθηναιᾶ ἀνδρ|αγαθίας ἕνεκα
5 τῆς εἰς τὴν φυλήν, ὅτι εὖ καὶ πρ||οθύμως ἐχορήγησεν τοῖς παισὶ καὶ ἐνίκα Δι|ονύσια[1], καὶ Θαργήλια ἀνδράσιν, καὶ στεφαν|ῶσαι αὐτόν. ἀναγράψαι δέ τόδε τὸ ψήφισμα | εἰστήληι λιθίνηι ἐμ Π[αν]δίονος[2] τὸς ἐπιμεληι|τάς[3]. ἀναγράψαι δὲ καὶ εἴ τις ἄλλος
10 νενίκηκεν || ἀπ' Εὐκλείδο ἄρχοντος[4] παισὶν ἢ ἀνδράσιν | Διονύσια ἢ Θαργήλια ἢ Προμήθια ἢ Ἡφαίστια[5]. | ἀναγράφεν[6] δὲ καὶ τὸ λοιπόν, ἐάν τις τούτων | τι νικήσηι, τὸς ἐπιμελητάς, ἐφ' ὧν ἂν νικήσηι, | ἐν τῆι αὐτῆι στήληι.

15 Διονύσια		Θαργήλια	
ἀνδράσι	παισί	ἀνδράσι	παισί
	Νικίας	Νικίας	Ἀπήμων
	Ἐπιγένος	Ἐπιγένος	Φειδίππο
	Κυδαθηναιεύς	Κυδαθηναιεύς	Μυρρινόσιο[ς]
20	Ἀνδοκίδης	Δήμων	Ξενοπείθη[ς]
			Ναυσιμάχο

Litterae volgares. De aetate cf. not. 4. 1 Mutavi distinctionem. Boeckhius comma habet post παισί, non post Διονύσια, Koehlerus neutro loco. At laterculus subiunctus indicat, nullam fuisse Dionysiis Niciae virorum choro certantis victoriam. 2 Cf. 519[3]. In arce Paus. I, 5, 4 non ipsum quidem sacellum, sed statuam certe Pandionis, sine dubio in sacello positam, commemorat. K. 3 Cf. 429[1]. 4 Post Euclidem igitur haec decreta sunt, neque vero multo, siquidem Dionysiis nulladum virorum chori, Prometheis et Hephaestiis omnino nulla victoria a Pandionide tribu reportata erat. Ac scripturae quidem ratio ea est, quae duobus primis saeculi a. Chr. quarti decenniis fuit. 5 Prometheorum et Hephaestiorum non choregi, sed gymnasiarchi intelleguntur. B. 6 Huic decreto nescio qua de causa non obtemperatum esse indiculus subiunctus docet.

	Λειωγόρο	Δημοτέλ-	Παιανιεύ[ς][11]
	Κυδαθηναιεύς[7]	ος Παιανιεύς[9]	Κλεωμέδων Κλέωνος
25	Εὐριππίδης[8]	Χαρμαντίδης Χαιρεστράτο	Κυδαθηναιεύς[12]
	Ἀδειμάντο	Παιανιεύς	Ἀντισθέν[ης]
	Μυρρινόσιος	Φιλόμηλος Φιλιππίδο	Ἀντιφάτο
			Κυθήρριο[ς][13]
30		Παιανιεύς[10]	

7 Orator notissimus. Cf. Plut. Vit. X or. p. 835 B: καὶ αὐτὸς δὲ ἐχορήγησε κυκλίῳ χορῷ τῇ αὐτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῃ διθυράμβῳ, καὶ νικήσας ἀνέθηκε τρίποδα ἐφ' ὑψηλοῦ, ἀντικρὺ τοῦ πωρίνου Σειληνοῦ. B. Scriptura Λειωγόρου, quae offensioni fuit Boeckhio et Koehlero, nihil insoliti habet (cf. 133 4). 8 Εὐριππίδης Boeckh, miratus consonae geminationem. At manifesto aliud nomen est compositum ex εὑρεῖν et ἵππος ut Φαινιππίδης Φειδιππίδης. 9 Propinquus Demosthenis oratoris et Demonis Demomelis f. Paeaniensis quem Aesculapii sacerdotem habes n. 590, 5. B. 10 Cf. 188 4. 705 1. 11 In oratione quam Demosthenes adversus Nausimachum et Xenopithem Nausicratis filios scripsit circiter 346 a. Chr. (Schaefer Dem. III, 2 p. 210 sqq.), duobus locis (XXXVIII, 7. 23) commemoratur Xenopithes illorum patruus, quem probabile est hunc ipsum Nausimachi filium esse. B. 12 Cleonis demagogi filius (Dem. XL, 6. 25). B. 13 Cf. 530, 234.

---

713 Marmor inaedificatum Athenis in ecclesia Catholicon. Post Sponium Itin. T. III P. II p. 90 aliosque ed. Boeckh C. I. G. 217. Rangabé Ant. Hell. 974. Leake Travels in Northern Greece n. 58. Stephani Reise durch einige Gegenden des nördlichen Griechenlands tab. VI n. 81 alii (cf. K. Keil Mélanges Gréco-Romains II p. 73). G. Hirschfeld Archaeol. Zeitung 1873 p. 23, tab. 60, 13 (Syll.[1] 421). E. Loewy Inschriften gr. Bildhauer p. 57 n. 74. Koehler C. I. Att. II, 1249 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 747 n. 919).

Litterae volgares. Duo tituli sunt litterarum formis et magnitudine discrepantes, antiquior (v. 3—6) saeculi a. Chr. quarti, recentior (v. 1. 2) tertii, dedicatorius, fortasse praeter nomen eius qui dedicavit versu hexametro conceptus. Koe. Nulla igitur Clidemo Plothensi intercedit necessitudo cum victoria Erechtheidis.

----------[1]
ἀνέθηκε Κλείδημος Μείδωνος Πλωθεύς
Ἐρεχθῆις ἀνδρῶν ἐνίκα
Μενετέλης Μένητος Ἀναγυράσιος ἐχορήγε
5 Ἄρατος Ἀργῆιος ηὔλ(ε)[2]
Νικόμαχος ἐποίησεν.

1 ΙΟΚΡΛ . . ΔΛ hic agnovit Koe., qui supplere conatur — υυ — ακρα — δα[πάναις ἰδίαις] | ἀνέθηκεν. 2 ΗΥΛΛ.

714 Athenis. Ed. Koehler Mitth. des arch. Inst. in Athen III (1878) p. 229 (Syll.[1] 422). C. I. Att. II, 1282 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 751 n. 937).

[Τιμο]σθένης Μειξωνίδο[1]
Μειξωνίδης Τιμοσθένος
Κλεόστρατος Τιμοσθένος[2]
[χ]ορηγοῦντες νικήσαντες ἀνέθεσα[ν]
5 [τ]ῶι Διονύσωι τἄγαλμα καὶ τὸμ [βωμόν].

Litterae volgares. Scripturae ratio titulum priore quarti a. Chr. saeculi parte incisum arguit. 1 Timosthenes Aegiliensis (cf. not. 2) Alcisthene archonte (Ol. 102, 1. 372/1 a. Chr.) ex itinere mercaturae causa suscepto Athenas rediit (Dem. XLIX, 31 sqq.). 3 Κλεόστρατος Τιμοσθένους Αἰγιλιεὺς γραμματεὺς κατὰ πρυτανείαν est n. 495, 34 (Ol. 109, 2. 343/2 a. Chr.). Choregia eius aliquanto priori tempori tribuenda est propter huius tituli scripturam.

715 In epistylio monumenti choregici ad radices meridionales arcis Athenarum rupi incisi (Παναγίας Σπηλιωτίσσης). Post Cyriacum Anconitanum multi exscripserunt et ediderunt, inter quos Boeckh C. I. G. 224 (Syll.[1] 423). Lapide ex parte deleto id quod restabat ipse exscripsit, reliqua ex Velseni apographo et Boeckhii editione repetivit Koehler C. I. Att. II, 1247 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 749 n. 924).

Litteratura volgaris; versus tertius aliquanto minoribus litteris exaratus quam duo priores.

Θράσυλλος Θρασύλλου Δεκελεεὺς ἀνέθηκεν | χορηγῶν νικήσας[1] ἀνδράσιν Ἱπποθωντίδι φυλῆι ⁝ | Εὔιος Χαλκιδεὺς[2] ηὔλει, Νέαιχμος ἦρχεν ⁝[3] Καρκίδαμος Σώτιος ἐδίδασκεν.

100 ἂ|ν δοκ]ῆι καλῶς ἔχειν ἐπὶ τὴν τράπε[ζαν τὴν τοῦ || θεοῦ,] τοῖς δὲ λοιποῖς πᾶσι ὅσα ἐστ[ὶ[35] ἔκφορα τῶν | ἱερε]ίων χράσθω ὁ τὸν γάμον ποιῶν· [διδότω | δὲ κ]αὶ ὁ ἱερεὺς εἰς τοὺς γάμους τὰ γέρ[η τῶι | τὸ]ν γάμον ποιοῦντι, λαβὼν ὀκτὼ δραχ[μὰς | ἐ]κ τῆς προσόδου, καὶ οἱ τὰς οἰκίας ἐκ-
105 [τη]||μένοι[36] τήν τε ἀνδρείαν καὶ τὴν γυναικ[ε|ί]αν παρε-

---

peragi dicit scriptor, hic vero lapis in oppido Co inventus est, quam difficultatem neutiquam expedivit Back, tum quia verba παρὰ Κῴοις ὁ τοῦ Ἡρακλέους ἱερεὺς ἐν Ἀντιμαχείᾳ — κατάρχεται τῆς θυσίας ad privata familiae Diomedontis sacra referre profecto non magis licet quam quae Athenis ἡ ἱέρεια τῆς Ἀθηνᾶς aut Eleusine ἡ ἱέρεια τοῖν θεοῖν perpetrare narratur de nescio cuius sodalitatis caerimoniis interpretari. Immo manifesto Plutarchus de publicis sive Coorum civitatis sive Antimachidarum pagi sacris loquitur. 33 Supplementum Patonis est, tempus significari rati quod sit ante lucis ortum; idem vero etiam κατὰ μετ]αιγλίαν, i. e. eo tempore quod est post solis occasum, reponi posse dicit, aut τὰν συν]αιγλίαν, quam formam dialecti illius pro συναικλία esse sumit. Atque hoc quidem improbabile, illorum utrum praeferendum sit difficile dictu. Etiam versus 91 extremi supplementum incertissimum. Id unum apparet, quoniam de sodalium nuptiis (not. 32) hic dicitur, temporum definitiones v. 90—94 eam vim habere, ut statuatur quibusnam temporibus eiusmodi usu delubri abstinendum sit ne dei sacra interpellentur. 34 Praeter illos tres mensis Petagitnyii dies, de quibus modo dictum est, unoquoque totius anni die nuptias celebrare licet. 35 ΕΣΤΟ Rossius legere sibi visus est. 36 Quod hic duae commemorantur οἰκίαι, maximam habet difficultatem; nam praeterea ubique una est (not. 1). Quare ξενῶνας hic designari opinantur editores inscr. iur. At cum sodalitati relicta essent tria aedificia, una οἰκία et duo ξενῶνες, quid ineptius esse potest, quam hos ipsos hoc uno loco οἰκίας vocari? Adde quod qui sic intellegit, ἐκ[τη]μένοι necessario ad eos referre debet, qui aedificia quae dei sunt habitanda conduxerunt, id quod ἐκτῆσθαι quod sciam nusquam significat. Ni plane fallor hoc verbum quid rei sit monstrat; distinguendae sunt hae duae domus ab omnibus quae alibi commemorantur aedificiis; neque enim Herculis sacrae sunt, ut illa, sed hereditatis iure in privatum alicuius ex Diomedontis posteris dominium transeunt, ea tamen lege, ut per sollennium illorum tempora usui sodalitatis permittendi sint, qua de re sine dubio in deperdita tituli parte cautum erat. Ceterum nomina οἰκία ἀνδρεία et γυναικεία inde repetenda videntur, quod per sollennium illorum

χόντω εἰς τοὺς γάμους τὰς οἰ[κ|ί]ας παρεξελόμενοι οἰκή-
ματα[37] εἰς ἀπό[θε]||σιν τῶν σκευῶν[38], ὁ δὲ τὴν ἀνδρείαν
110 ἔχ[ων | π]αρεχέτω τὴν οἰκίαν καὶ εἰς τὴν θυσί[αν[39], || καὶ
ἐπ]ὶ[40] τὸν ξενισμὸν[41] τοῦ Ἡρακλ[εῦς παρεχό|ντω ἀμφοτέ]-
ρας· τούτων δὲ ---------

d [------ | το]ῖς τέκνοις πάντα τὰ δεόν[τ|α] παρασκευᾶτε[42]· § 15
115 τοῖς δὲ ἐπι|[με]λομένοις ὅπως ἕκαστα συ||[ντε]λῆται καθὰ
διαγέγραπται | [εἰ]ς δύναμιν εἶναι[43] εὖ εἴη καὶ αὐ|[τ]οῖς καὶ
τοῖς ἐγγόνοις αὐτῶν. — | [ἀ]νέθηκα δὲ καὶ λυχνίας δύο § 16
120 κα[ὶ] | λύχνους χαλκοῦς ἑπταπό||ρους[44] δύο καὶ ἐσχάραν
τετράπ[ε|δ]ον[45] καὶ κρατῆρα καὶ τάπητα | [κ]αὶ τράπεζαν
καὶ στεφανίσκου[ς | π]έντε τοῖς ἀγάλμασιν χρυσοῦ[ς] | καὶ
125 ῥόπαλα δύο καὶ θυμιατήρι[α] || τρία κατάχρυσα καὶ κλίνην,
ὥσ|τε πάντα ταῦτα ἱερὰ εἶναι τοῦ | Ἡρακλεῦς, καὶ βάθρον
τῆς κλί|νης καὶ κύκλον[46] χαλκοῦν. — εἰὰ[ν | δ]έ τις τολ- § 17
130 μήσηι καταλύειν τ[ι || τῶ]ν ὑπὸ Διομέδοντος συν|[τε]ταγμέ-
νων, ἀδικῶν τὰ ἱερὰ | [καὶ] τοὺς προγόνους ὑπέρ ὧ[γ |
γέ]γραπται ἐν τῶι βωμῶι καὶ ἐ|[ν τῆ]ι στήληι[47], μὴ ἐπι-

---

dies in altera viri in altera mulieres congregari solebant. Inde simul apparet, cur in stato Herculis sacrificio alterius modo domus usus sodalidati concedi iubeatur (v. 109). Nempe illi non interfuisse videntur nisi viri. 37 Cf. not. 18. 38 Per quos dies domini domos vacuas sodalitati in usum sollennium tradere debent, unum conclave eis relinquitur in quo congestam ex reliqua domo supellectilem asservent. 39 Anniversarium sacrificium Herculis, quod septimo decimo Petagitnyii mensis die peragitur (v. 92). Eadem ratione κατ' ἐξοχὴν usurpatam habes vocem ἡ θυσία n. 589, 27. 40 Supplevit Paton. κα]ὶ τὸν Ross, quo spatium non expletur. 41 Cf. not. 24. 42 Cf. n. 226, 126. 150. 540, 12. 73. 102. 115. 601, 28. Hermae XVI p. 172. 43 Cf. C. I. G. 3137, 38 sq. καὶ ὅσα παρείληφαν παρὰ τοῦ βασιλέως Σελεύκου, εἰς δύναμιν εἶναι τὴν αὐτῶν ἀποδώσουσι τῷ βασιλεῖ Σελεύκῳ. Platon. Politic. 300 C τὰ παρὰ τῶν εἰδότων εἰς δύναμιν εἶναι γεγραμμένα. Pa.-Hi. 44 Idem quod volgo ἑπτάμυξος dicitur. Pa.-Hi. 45 Quae Pa.-Hi. attulerunt scholiastae ad Euripidis Phoenissarum 274 et grammaticorum illic a Schwartzio citatorum testimonia, ea non recte huc traxisse mihi videntur. Nam illic ubique ἐσχάρα in ipso terrae solo excavata distinguitur ab ara (βωμός), ad quam per gradus ascenditur. Atqui hic, ubi inter omnia vasa et instrumenta ahenea comparet, sine dubio exiguam aram portatilem significat, quae vis vocabuli neutiquam rara est; cf. E. Reisch ap. Pauly-Wissowa Realencyklopaedie I, 2 p. 1685. 46 Patellam rotundam interpretantur Pa.-Hi. 47 Pa.-Hi. partem eorum quae Diomedon constituerat in ara, aliam in hac quam tenemus stela incisam statuit, cum

135 τρέπειν τοὺ‖[ς ἐγ] Διομέδοντος | [γ]εγενημένους καὶ τοὺς
ἐπι|[γόν]ους αὐτῶν, ἀλλὰ βοηθεῖν | [τ]οῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς
140 προγόνοι[ς. | συ]νάγειν[48] δὲ τοὺς ἐπιμην[ί‖ου]ς καὶ εἰς τὴν
αὔριον παρα|[λα]νβάνοντας οὓς ἂν αὐ|[το]ῖς δοκῆι[49]. —
ἐπιμηνίους δὲ αἱρεῖσθ[αι |τοὺς] ἐγ Διομέδοντος καὶ τοὺς § 18
145 ἐγγ[ό|ν]ους αὐτῶν[50]. — ἂν δέ τις νόθος ὢν κρ[ι‖θ]εὶς γνω- § 19
σθῆι μετέχειν τῶν ἱερῶ[ν, | μ]ὴ ἐξέστω αὐτῶι μετέχειν τῶν |
[ἱε]ρωσυνῶν[51]. — λαμβάνετε δὲ ἀπ[ὸ | τ]ῆς προσόδου ὥστε § 20
150 τῶι Πασίω[ι[52] | ε]ἰς θυσίαν δραχμὰς πεντήκο[ν]‖τα, ταῖς δὲ
Μοίραις τεσσαράκο[ν]|τα· θυόντω δὲ τῶι Πασίωι [καὶ] |
ταῖς Μοίραις οἱ κατ᾽ ἀνδρογένε[ι|αν]. — ἀνέθηκα δὲ καὶ § 21
155 ὑαλίνα[ς | φιά]λας τέσσαρας καὶ χλανίδ[α ‖ ἄλου]ργάν. —
διδόναι δὲ τοῖς Ἡ|[ρακλε[]οις[53] μερίδας τοῖς συ|[νελθ]οῦσι. § 22

editores inscr. iurid. verba de duplici eiusdem instrumenti exemplari accipiant. Illa interpretatio mihi quidem probabilior videtur. 48 Sc. τοὺς μετέχοντας τῶν ἱερῶν. Cf. v. 93 ubi συναγωγὴν fieri enuntiatur undevigesimo mensis Petagitnyi die. Is igitur hic est ἡ αὔριον, nempe proximus post anniversarium Herculis sacrificium. 49 In adornanda συναγωγῇ, quam convivium fuisse non absurde existimant Pat.-Hi., licet epimeniis quos volunt ex reliquorum sodalium numero adiutores sibi asciscere. 50 Cf. not. 1. 5. 51 Sic Ross, Pa.-Hi. Quod olim Hermae XVI p. 166 not. 2 proposui ἱερωσύνων, id etiamnunc tenent editores inscr. iur., immerito si quid video. Nam vocem ἱερωσύνα (*sacerdotium*) a Coorum dialecto non alienam esse docent n. 597, 4. 5. 598, 7. 69. 621, 6, cum ea quae Attice ἱερεώσυνα vel ἱερώσυνα appellantur praemia sacerdotis apud Coos γέρη sint cum alibi tum in hoc titulo v. 39. 40. Cui Patonis observationi quo iure editores inscr. iur. non multum tribuendum esse dicant non assequor. Plurali vero numero, qui mihi olim offensioni fuit, sine dubio una comprehenduntur sacerdotis et epimeniorum officia. 52 Iovis cognomen, respondens illud quidem Attico Κτήσιος, hic agnoscere sibi visus est Pat. Cui opinioni Becht. obmovet titulum insulae Anaphae vicinae Dorica dialecto compositum n. 555, 13 ὅπει ὁ βωμὸς τοῦ Κτησίου. Proprium potius herois cuiusdam rei familiaris tutoris nomen esse videtur. 53 Supplevit A. Wilhelm, probaverunt editores inscr. iur., cum Rossius non attigisset, Pa.-Hi. ἡ[μετέρ]οις scripsissent improbabiliter.

735 Antimachiae in insula Co in ecclesia antiqua. Edd. L. Ross Inscr. inedd. fasc. II p. 60 n. 175. Leake Transactions of the R. society I p. 287 n. 44. O. Rayet Annuaire de la soc. pour l'encouragement des études Grecques IX p. 281 n. 7. (P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 p. 109 n. 162. O. Lüders die dionysischen Künstler

n. 45.) Paton et Hicks Inscriptions of Cos p. 269 n. 382 (P. Müllensiefen et F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III p. 396 n. 3718. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 797 n. 1004).

Ἐπὶ μ[ον]άρχου[1] Νικόφρονος, μηνὸ[ς] | Ἀρταμιτίου[2]· ἔδοξε τῶι κοινῶ[ι] | τῶν συμπορευομένων παρὰ Δ[ία | Ὑ]έτιον[3]· Χάρμιπ-
5 πος Παρμενίσ[κου[4] ‖ κ]αὶ Φίλιστος Φιλίστου[5] καὶ Λύκ[αι]|θος Παρμενίσκου[6] εἶπαν· ἐπε[ι]|δὴ Νικαγόρας Θεοδώρου[7] κα[ὶ] |
10 Λύκαιθος Λευκίππου[8], γενό[με]|νοι ἐπιμήνιοι αὐτεπάγγελ‖τοι, τά τε ἱερὰ ἐξέθυσαν[9] τῶ[ι] | Διὶ καὶ ἀνενεώσαντο τὰν θυ|σίαν τοῦ Διός, καὶ τὰν ὑποδοχὰ[ν | ἐ]ποήσαντο τῶν δαμοτᾶν[10] καὶ | [τ]ῶν
15 ἄλλων πάντων ἀξίως τῶ[ν ‖ θ]εῶν, σπουδᾶς καὶ προθυμίας | [ο]ὐθὲν ἐλλείποντες· ὅπως οὖν κα[ὶ | ο]ἱ μετὰ ταῦθ' αἱρούμενοι ἐπιμήνιοι [πο|λ]ὺ προθυμότερος αὐτὸς παρέχ[ων|τ]αι, εἰδότες τὰν
20 τῶν δαμοτᾶν ε[ὔ‖ν]οιαν, δεδόχθαι Νικαγόραν μὲ[ν | κ]αὶ Λύκαιθον ἐπαινέσαι ἐπί τ[ε] | τᾶι αἱρέσει καὶ εὐσεβείαι ἂν [ἔ]‖χοντι
25 ποτὶ τὸς θεὸς καὶ τ[ὸς | δ]αμότας, καὶ στεφανῶσαι [αὐ]‖τὸς ἀπὸ

Litterae volgares praeter ΑΞΠΣΥ, non dispositae στοιχηδόν. 1 Cf. n. 369[3]. 2 Cf. n. 619[10]. 3 Quaenam inter collegium cultorum Iovis Pluvii et pagum ratio intercedat dubites; nam ex v. 19 εἰδότες τὰν τῶν δαμοτᾶν ε[ὔν]οιαν. v. 23 ποτὶ τὸς θεὸς καὶ τ[ὸς δ]αμότας colligas hoc ipsius pagi decretum esse. At is quo pacto τὸ κοινὸν τῶν συμπορευομένων παρὰ Δία Ὑέτιον vocari potuit? Quare sic statuo, pagi quidem illa sacra fuisse, sed praeterea etiam ex aliis civibus Cois qui vellent eorum participes fieri licuisse. Et hi coniuncti cum paganis efficiunt sodalitatem eorum qui conveniunt ad Iovis Pluvii sacra peragenda. Quae interpretatio nescio an confirmetur versu 13 τῶν δαμοτᾶν καὶ [τ]ῶν ἄλλων πάντων. 4 Idem in titulo Coo Gr. Dialektinschr. III p. 365 n. 3642, 26 inter eos redit, qui ἐστεφανώθην ἀρχεύσαντες καὶ τὰ ἱερὰ ἐχθύσαντες κατὰ τὰ πάτρια. M. B. 5 Hic in laterculo eorum qui pecunias ad Veneris templum reficiendum contulerunt, item Antimachiae reperto, Gr. Dialektinschr. III p. 400 n. 3722, 18 recensetur. M. B. 6 In eodem titulo de quo dixi not. 4 hic est v. 18. M. B. 7 Cf. n. 588, 38 ἄλλη (φιάλη), ἐπ' ἄρχοντος Τελεσαρχίδου, ἀνάθεμα Κῴων, ἀρχιθεώρου Νικαγόρα τοῦ Θεοδώρου. Etiam in titulo quem commemoravi not. 5 idem occurrit v. 25. M. B. 8 Cf. Gr. Dialektinschr. III p. 337 n. 3624 *b*, 2 Λύκαιθος Λε[υ]κίππου καὶ ὑπὲρ τῶν παιδίων καὶ τᾶς γυναικὸς πεντακοσίας δραχμάς. Ex eis quae not. 4—8 allata sunt aliorum titulorum Coorum testimoniis dilucide apparet hos homines inter nobilissimos et opulentissimos cives fuisse. 9 Cum proximum ἀνενεώσαντο indicet, statum sacrificium per aliquot annos intermissum fuisse, nescio an compositum verbum ἐξέθυσαν ad illa quae etiamtum debebantur superiorum annorum sacra uno tempore peracta referendum sit. 10 Cf. not. 3.

χρυσῶν δέκα· το[ὶ δὲ] | ταμίαι ἀναγραψάντω τόδε [τὸ ψά]||φισμα
ἐς στάλαν λιθίναν κ[αὶ] | ἀναθέντων πὰρ τὸν βωμὸν | τοῦ Διός·
30 τὸ δὲ ἀνάλωμα [τὸ γι]||νόμενον ἐς τὰν στάλαν τε|[λε]|σάντων
τοὶ ταμίαι.

---

736 Fragmenta duo tabulae marmoreae inventa in oppido *Mangalia*, delata Bukarestum in museum. Inferiorem partem ed. G. Točilescu Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XI p. 34 n. 33, superiorem idem XIV p. 32 n. 75 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 785 n. 996). Cf. quae adnotavit E. Ziebarth Das gr. Vereinswesen p. 152.

Ἔδοξε τοῖς θιασίταις· ἐπειδὴ Βίκω[ν] | Διοσκουρίδα[1] φιλόδοξος
ἐὼν καὶ | φιλότιμος εἰς τὸν θίασον ἔκ τε | τῶν ἰδίων εἰσφορὰς
5 ποιησάμε||νος καὶ τὸ κοινὸν διάφορον πιστευ|[θε]ὶς καὶ ἐγδανείσας
λυσιτελέως | [τῶι θ]ιάσωι ἀπέδωκε τὰ χρήματα | [μετὰ τ]ῶν
γινομένων τόκων, καίπερ | [δι]ὰ τοὺς καιροὺς ἀποβαλὼν τὰ
10 θιασι||τικὰ χρήματα καὶ τοῦ κατὰ τὸν νόμον | ὀφειλήματ[ο]ς
ἀπολυθείς[2]· ὅπως οὖν καὶ | οἱ θιασῖτα[ι φα]ίνωνται τὰς ἀξίας |
τιμὰς ἀπ[οδιδόν]τες τοῖς εἰς ἑαυτοὺ[ς] | φιλοτιμο[υμένοις, ¦δ]ε-
15 δόχθαι τοῖς θι||[ασίταις --------]

Litterae volgares praeter ΑΞΣ, non dispositae στοιχηδόν. 1 Callatianus; nam hoc oppidum hodierni *Mangalia* locum obtinuisse constat. 2 De multa quae ex lege thiasitarum ei infligenda erat, quem iudicassent pecunias communes neglegenter administrasse, haec interpretatus est Zie. At neque ὀφείλημα multam indicat neque eiusmodi rem in decreto honorario commemoratam esse credibile est. Etenim sic res se habuit: Pecuniae thiasi a Bicone, quem quaestorem non appellari quidem hic, sed sine dubio fuisse recte observat Zie., mutuae datae sine ulla eius culpa propter belli casus et turbas perierant. Quare thiasotae ne id quaestori fraudi esset decreverant et iacturam in se receperant. At Bico tamen sua sponte caput cum usuris thiaso reddidit. Verba τοῦ κατὰ τὸν νόμον indicant, lege sanctum fuisse ut quae per quaesturae cuiuspiam tempus periissent pecuniae, ab ipso repeterentur, sive id ipsius culpa factum esset sive non. Quare Bico noluit sodalium aequitate et clementia abuti ad legis scriptae vim et auctoritatem infringendam.

---

737 Titulus incisus in scapo columnae marmoreae, divisus per duas paginas; supra titulum anaglypho expressum aëtoma, quod

medio loco habet crateram et supra eam caput bovis, utrimque singulas pantheras et supra eas ramos vitis cum uvis. Inventa columna inter Pnycem et Areopagum ubi instituti archaeologici consilio fodiebatur. Ed. S. Wide Mitth. des arch. Inst. in Athen XIX (1894) p. 248. Repetivit cum versione Germanica et adnotationibus doctrina et acumine insignibus E. Maass Orpheus p. 18 sqq. Cf. quae exposuerunt E. Ziebarth Das gr. Vereinswesen p. 141 et A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX p. 68 not. 18.

I Ἀγαθῇ τύχῃ. | Ἐπὶ ἄρχοντος Ἀρ(ρίου)[1] Ἐπαφροδείτου[2], μηνὸς | Ἐλαφηβολιῶνος η΄ ἑσταμένου[3], ἀγορὰν | συνήγαγεν πρώτως ὁ
5 ἀποδειχθεὶς[4] ‖ ἱερεὺς ὑπὸ Αὐρ(ηλίου) Νεικομάχου[5], τοῦ ἀνθι|ερασαμένου ἔτη ιζ΄ καὶ ἱερασαμένου | ἔτη κγ΄ καὶ παραχωρήσαντος ζῶντος[6] | εἰς κόσμον καὶ δόξαν τοῦ Βακχείου[7] | τῷ

Litterae ΑΔΕΖΘΛΜΞΠϹΩ. Frequenter supra I, semel (v. 79 ΥΒΡΙϹΑϹ) supra Υ bina puncta. Iota mutum constanter omissum. Haec secundo tertiove p. Chr. n. saeculo conveniunt. Accuratiora de aetate v. not. 8. Manifesto duae sunt tituli partes: I (v. 1—31) decretum Iobacchorum de veteribus sodalitatis legibus instaurandis et huic stelae incidendis. II Leges Iobacchorum (v. 32—163). 1 Ἀρ(ίστωνος) Wide; inter hoc et Α(ὐ)ρ(ήλιος) dubius haeret M. At neque aliud ac nomen gentile Romanum sub hoc scripturae compendio latere potest, nec *Aurelius* his duabus litteris indicari. Quod posui, satis certum, siquidem et frequentissimum hoc est inter nomina ab iis incipientia, et reliqua, veluti *Arellius*, *Aristius*, *Arulenus*, *Artorius*, quia longiora sunt vix duabus litteris indicata essent. 2 Epaphroditus archon est C. I. Att. III, 1070, 4, aetate incerta. Wide. 3 I. e. duobus diebus ante solenne sacrificium v. 120. Flexionis barbariem aliquatenus excusari opinatur Maass exemplis vocis ἑστία — ἱστίη et imperativi ἔσθι (Hecataeus ap. Herodian. II p. 355, 5 Lentz) pro ἴσθι, quorum tamen ratio longe diversa est. 4 Cum Wide semper ἀνθιερέα in locum sacerdotis defuncti vel sua sponte se abdicantis successisse statuat, quare etiam Herodem dum Nicomachus sacerdotio fungebatur vicarium illius fuisse sumit, mihi vox ἀποδειχθείς longe aliud monstrare videtur: Nempe sacerdotis ipsius ius erat successorem eligere; plerumque quidem eum designabat, qui ipso mortuo sacerdotium capesseret, sed Nicomachus, cum septendecim annos vicarii, viginti tres sacerdotis munere functus esset, superstes etiamtum sacerdotio cessit Herodi et ab eo denuo vicarius nominatus est (not. 9). 5 Herodis Attici (not. 8) aequalem Aurelio nomine uti nihil habet miri; etenim fieri potuit ut provectior aetate demum Antonini Pii aut M. Aurelii principatu civitatem Romanam nancisceretur. M. 6 Cf. not. 4. 7 Solennis sodalitatis appellatio est τὸ Βακχεῖον (v. 8. 16. 37. 56). Eadem etiam alibi occurrit, veluti Megaris I. G. Sept. I, 107, 7 et in titulo Perinthio quem attuli illic in adnotatione. Quod Maass etiam in titulo Inscr. Gr. ins. mar. Aeg. I

10 κρατίστῳ Κλα(υδίῳ) Ἡρώδῃ[8], ὑφ' οὗ ἀνθιερεὺς ‖ ἀποδειχθεὶς[9]
[ἀν]έγνω δόγματα τῶν | ἱερασαμένων, Χρυσίππου καὶ Διονυσίου, |
καὶ ἐπαινέσαντος τοῦ ἱερέως καὶ τοῦ ἀρ|χιβάχχου καὶ τοῦ προ-
στάτου[10] ἐξ(εβόησαν)[11]· τούτοις | ἀεὶ χρώμεθα — καλῶς ὁ
15 ἱερεύς — ἀνάκτησαι ‖ [τ]ὰ δόγματα[12]· σοὶ πρέπει — εὐστάθειαν

p. 51 n. 155, 49 τῶν Βακχείων de pluribus sodalitatibus Bacchicis accipit, errare videtur. Immo illic τὰ Βακχεῖα feriae Bacchicae sunt ut hic v. 43. Ceterum antiquiore notione, ex qua illa nata est synecdocha neutiquam rara (n. 439[26]), uno huius tituli loco etiamtum (v. 101) domum quo Bacchi conveniunt significat vocabulum; alibi (v. 141) ἑστιατόριον est. Wide. Sodales ἰόβακχοι (not. 22) vocantur. 8 Claudium Herodem Wide conicit eundem hic significari qui ephebus fuit anno fere 209 archonte C. Cassio Apollonio (C. I. Att. III, 1169 *a*, 19. *b*, 14), ita ut hic titulus, quoniam sacerdotem virum provectiorem aetate fuisse probabile sit, non multo ante annum 240 scriptus videatur. Cui Maass obloquitur; etenim etsi probabile esset illum Herodem oratoris nobilissimi nepotem, Ti Claudii Braduae Attici filium fuisse, tamen hunc tam obscurum fuisse videri quam illum nobilem, opulentum, munificum. Atqui manifesto hic de homine primario dici, quandoquidem Nicomachus ei sacerdotio cessisse dicatur εἰς κόσμον καὶ δόξαν τοῦ Βακχείου; accedere vero vocabulum ὁ κράτιστος, quod item de Herode Attico usurparetur n. 407, 7. Cui argumento eo plus tribuendum mihi videtur quia haec est sollennis laus magistratuum senatorumque Romanorum, quo in numero illum tertii p. Chr. n. saeculi Herodem fuisse nequaquam est probabile. Quem non recte Maass oratoris nepotem ex filio fuisse conicit, siquidem ille inter Pandionidis tribus ephebos recensetur, hic vero Marathonius fuit, quem pagum Aeantidis fuisse constat. Reliqua vero eius disputatio rectissime se habet, ut cum eo titulum postremis Herodis annis, paullo ante 178 p. Chr., incisum esse statuendum sit. 9 Hoc recte ad Nicomachum (v. 5) rettulit M., cum Wide de alio homine ab Herode electo cogitasset. Quae opinio et articuli defectu redarguitur, et absurdum esset huius unius hominis inter eos qui deliberationes collegii moderabantur nomen proprium silentio premere. Ut hic vicarius (ἀνθιερεύς) a sacerdote eligitur, sic n. 598, 23 legitur [ἐξ]ε[στω]ι δὲ τᾶι ἱερείαι ὑφιέ[ρ]ειαν ἀποδεῖξαι πολῖτ[ιν]. De inferioris ordinis adiutoribus et ministris a sacerdote delectis v. not. 75. 10 Rei divinae praesunt sacerdos et ἀρχίβακχος, deliberationibus sodalium πρόεδρος (v. 20). Quare προστάτην non tam praesidem quam patronum, qui in causis agendis, pactis faciendis aliisque eiusmodi negotiis collegii nomine et mandato agat, interpretatur Wide. 11 De hoc exclamationum genere cf. n. 607[7]. Compositum verbum ἐκβοᾶν uno certe loco praeter hunc de ea re usurpatur, apud Charitonem de Chaerea et Callirrhoe VIII, 8, 2. 12 Cf. C. I. Att. II, 628, 12 sqq. Φιλήμων — ἀνεκτ[ή]σα[το τὰς] πατρίους ταῖς θεαῖς θυσίας. Ceterum leges mature in oblivionem venisse videntur. Nam etsi auctores eorum qui fuerint propter nominum Χρύσιππος et Διονύσιος (v. 11) frequentiam indagari nequit, tamen eas Hadriani aetate non antiquiores fuisse Maass merito ex concilii Panhellenici ab eo

τῷ | Βακχείῳ καὶ εὐκοσμίαν — ἐν στήλῃ[13] τὰ δό|γματα — ἐπε-
ρώτα. ὁ ἱερεὺς εἶπεν· ἐπεὶ καὶ | ἐμοὶ καὶ τοῖς συνιερεῦσί μο[υ][14]
20 καὶ ὁ|μεῖν πᾶσιν ἀρέσκει, ὡς ἀξιοῦ[τ]ε[15] ἐπε‖ρωτήσομεν. καὶ
ἐπηρώτησεν ὁ πρό|εδρος[16] Ῥοῦφος Ἀφροδεισίου· ὅτῳ δοκεῖ |
κύρια εἶναι τὰ ἀνεγνωσμένα δόγμα|τα καὶ ἐν στήλῃ ἀναγραφῆ-
ναι, ἀράτω | τὴν χεῖρα[17]. πάντες ἐπῆραν. ἐξ(εβόησαν·) πολλοῖς ‖
25 ἔτεσι τὸν κράτιστον ἱερέα Ἡρώδην[18]. | — νῦν εὐτυχεῖς, νῦν
πάντων πρῶτοι | τῶν Βακχείων[19] — καλῶς ὁ ἀνθιερεύς — ἡ
στή|λη γενέστω. ὁ ἀνθιερεὺς εἶπε· ἔσται ἡ | στήλη ἐπὶ τοῦ
30 κείονος[20], καὶ ἀναγραφή‖σονται· εὐτονήσουσι γὰρ[21] οἱ προεστῶ|-
τες τοῦ μηδὲν αὐτῶν λυθῆναι.

II Μηδενὶ ἐξέστω ἰόβακχον[22] εἶναι, ἐὰν μὴ | πρῶτον[23] ἀπο-
γράψηται παρὰ τῶι ἱερεῖ | τὴν νενομισμένην ἀπογραφὴν καὶ ‖
35 δοκιμασθῇ[24] ὑπὸ τῶν ἰοβάκχων ψή|φῳ, εἰ ἄξιος φαίνοιτο καὶ
ἐπιτήδειος | τῷ Βακχείῳ. ἔστω δὲ τὸ (ε)ἰσηλύσιον[25] | τῷ μὴ

---

instituti mentione (v. 132) collegit. Ceterum illos quoque priores sacerdotes nihil fecisse nisi ut praecepta longe antiquiora instaurarent et ex parte augerent et emendarent, probabiliter statuit idem. 13 Cf. not. 20. 14 Hos ἀνθιερέα et ἀρχίβακχον sine dubio recte intellegit Maass; fortasse tertius addendus est βουκολικός (v. 123). 15 ΑΞΙΟΥΓΕ. Cum Wide ἀξίου γε retinuisset, emendavit Maass. 16 Cf. not. 10. 17 Cf. n. 607, 20. 18 Cf. n. 607, 28. 19 Omnia quae Athenis essent collegia Bacchica interpretatur Maass, neque improbabile est alia praeter hoc fuisse. Sed multo accommodatius harum exclamationum vanitati et tumori mihi videtur de omnibus quae in orbe terrarum sint intellegere. 20 In scapo columnae planities oblonga stelae figura laevigata et a superiore parte aëtomate ornata est, cuius moris illa aetate etiam alia exempla inveniuntur. Wide. 21 Rectius δὲ se habiturum fuisse notat M. 22 Nonnunquam ipsum deum Ἰόβακχον vocari (Hesych. s. v. Anthol. Planud. IV, 289) monet Wide, ut βάκχοι cultores dei sunt, Βάκχος ipse. Ἰοβάκχεια et Θεοίνια in matronarum, quae ab archonte rege γεραραί designantur, iureiurando (Dem. LIX, 78) commemorari observat idem. Quae sacra manifesto publica sunt, sed tamen cum huius collegii rebus aliquo vinculo conexa fuisse possunt, quandoquidem id manifesto aetate imperatorum Romanorum multo antiquius est. 23 Ne expectaveris πρότερον; immo id quod utique absolvendum est priusquam aliud quid fieri possit, legitime adverbio πρῶτον significatur. Cf. Thuc. VI, 3, 1. n. 439[48]. 24 Cf. C. I. Att. III, 23, 30 νόμος ἐραν[ισ]τῶν. [Μη]δενὶ ἐ[ξ]έστω (ε)ἰσι[έν]αι [εἰς] τὴν σεμνοτά[τ]ην σύνοδον τῶν ἐρανιστῶν π[ρὶ]ν ἂν δοκιμασθῇ. Wide. 25 Cf. Hesych. εἰσηλούσιον (εἰσηλύσιον emend. M.). τίμημα εἰσόδου, τέλος. C. I. G. 3173, 14 οἱ πεπληρωκότες τὰ (ε)ἰσηλύσια Σουλπίκιος Φίρμος, Ἀρτεμίδωρος Ἀρτεμᾶς πατρομύστης, Ἀπολλώνιος Εὔδημος πατρομύστης, Τρόφιμος Ἀσκληπιάδου, Τύραννος Παπίου τοῦ Μενάνδρου. Maass.

ἀπὸ πατρὸς[26] ϟ ν΄ καὶ σπονδή. | ὁμοίως καὶ οἱ ἀπὸ πατρὸς ἀπο-
40 γραφέ‖σθωσαν ἐπὶ ϟ κε΄ διδόντες ἡμιφόριον[27] | μέχρις ὅτου πρὸς
γυναῖκας ὦσιν[28]. | συνίτωσαν δὲ οἱ ἰόβακχοι τάς τε ἐνά|τας[29]
καὶ τὰς ἀμφιετηρίδας[30] καὶ Βακχεῖ|α[31] καὶ εἴ τις πρόσκαιρος
45 ἑορτὴ[32] τοῦ θεοῦ, ‖ ἕκαστος ἢ λέγων ἢ ποιῶν ἢ φιλοτει|μούμενος, καταβάλλων μηνιαίαν[33] | τὴν ὁρισθεῖσαν εἰς τὸν οἶνον
φοράν· | ἐὰν δὲ μὴ πληροῖ, εἰργέσθω τῆς στιβά|δος, καὶ εὐτο-
50 νείτωσαν οἱ τῷ ψηφίσμα‖τι ἐνγεγραμμένοι[34], χωρὶς ἢ ἀποδημίας |

---

26 Qui non sunt filii sodalium. Ab his maiorem exigi introitus mercedem moris est. Cf. n. 740, 40 sqq., ubi adeo gratis filius in defuncti patris locum succedere videtur. Ceterum ad haec duo sodalium genera distinguenda mihi in titulo Smyrnaeo allato not. 25 vocabulum πατρομύστης referendum videtur quod duobus nominibus adicitur, cum tria reliqua eo careant. Neque enim cum Boeckhio principes mystarum interpretor, sed eos qui in suorum patrum locum mystae facti sint. 27 Dimidium stipis (φορᾶς), quam sodales quoque mense dare debent (v. 46). Wide. 28 Dum uxorem ducant interpretatur Wide. At id πρὸς γυναῖκας εἶναι nullo modo significare posse sensit Maass. Qui recte quidem de impuberibus locum intellegere videtur, sed quod interpretatur dum in collegio mulierum (‘*in der Frauenabteilung*’) versantur nequeo probare. Nam sic quoque πρὸς c. acc. permirum videri debet, et tale mulierum collegium in Baccheo fuisse neque usquam dicitur neque per se probabile est. Quare mihi μέχρις ὅτου non ‘quamdiu’ sed ‘usque ad id tempus quo’ significare et πρὸς γυναῖκας εἶναι de ea aetate qua quis uxorem ducere vel omnino cum femina rem habere possit dici existimo, ut frequenter virginum adultam aetatem vocabulis qualis sunt *nubilis*, *tempestiva viro* indicari videmus. Desideraveris sane etiam sic adiectivum unde πρὸς γυναῖκας pendeat. 29 Nono cuiusque mensis die. 30 Anniversariis eius diei sacris quo Baccheum institutum est. M. 31 Non in universum sacra Bacchica indicari, sed proprium hoc esse nomen feriarum quarundam, contra Widium monet Maass. Cf. titulum Rhodium quem attuli not. 7. 32 Non stata sacra quae quotannis aut unoquoque mense redeant, sed extraordinaria quae semel propter singularem aliquam occasionem (πρὸς καιρὸν) fiant. Wilhelm. 33 Cf. Harpocration s. v. ἐρανίζοντες· ἐρανιστὴς μέντοι κυρίως ἐστὶν ὁ τοῦ ἐράνου μετέχων καὶ τὴν φορὰν ἣν ἑκάστου μηνὸς ἔδει καταβάλλειν εἰσφέρων. Wide. Ut rara est huius instituti memoria, sic ipsum latissime patuisse conicias si reputaveris fere in omnibus sodalitatibus menstrua sacra menstruosque conventus fuisse. 34 In exemplari unde haec exscripta sunt ipsi decreto etiam nomina Iobacchorum subiuncta fuisse hinc collegit Maass. Sed nescio an cura eos a conventu arcendi qui stipem non dederunt rectius eis qui muneribus funguntur quam universitati sodalium mandetur. Quare eos qui passim in decreto commemorantur Bacchei magistros, sacerdotem, archibacchum, vicarium sacerdotis aliosque hac locutione una comprehendi existimo.

ἢ πένθους ἢ νόσου ἢ (εἰ)[35] σφόδρα ἀναγκαῖός | τις ἦν ὁ προσ-
δεχθησόμενος (ε)ἰς τὴν στιβά|δα[36], κρεινάντων τῶν ἱερέων. ἐὰν
55 δὲ ἰοβάκ|χου ἀδελφὸς (ε)ἰσέρχηται ψήφῳ δοκιμασθείς, ‖ διδότω
Ϫ ν. ἐὰν δὲ ἱερὸς παῖς ἐξωτικὸς καθ|εσθεὶς[37] ἀναλώσῃ τὰ πρὸς
τοὺς θεοὺς καὶ τὸ Βακχεῖον, | ἔστω μετὰ τοῦ πατρὸς ἰόβακχος
ἐπὶ μιᾷ | σπονδῇ τοῦ πατρός. τῷ δὲ ἀπογραψαμένῳ | καὶ ψη-
60 φοφορηθέντι διδότω ὁ ἱερεὺς ἐπισ‖τολὴν ὅτι ἐστὶν ἰόβακχος, ἐὰν
πρῶτον | δοῖ[38] τῷ ἱερεῖ τὸ (ε)ἰσηλύσιον, ἐνγραφομένου[39] | τῇ ἐπι-

---

35 Supplevi, nam aliquid hic lapicidae incuria turbatum esse certum est. Possis etiam ἢ (ἦν) σφόδρα ἀναγκαῖός τις ἦ(ν) reponere, praesertim cum imperfectum non sane sententiae aptum sit; sed pro ἐὰν nunquam in hoc titulo ἦν reperitur et praestat uno quam duobus locis tradita mutare. Memorabile est, si de proximo cuiuspiam necessario recipiendo consultaretur, illi permissum esse ut abesset. 36 Proprie haec vox cubile simplicissimum, foliis vel arundine stratum significat, qualibus praecipue in bello utebantur milites (Aristoph. Pac. 348. Xen. Hellen. VII, 1, 16. 2, 22. Polyb. V, 48, 4), sed etiam in feriis quibusdam homines in talibus lectis accubuisse memoriae proditum est (Arist. Plut. 663. Athen. IV, 138 f. 140 f). Propius etiam ad huius tituli usum accedit, quod in duobus titulis orgeonum Asianis A. Wilhelm Mitth. des arch. Inst. in Athen XVII (1892) p. 190 sqq. voces στιβάς et στιβάδειον usurpatas fuisse demonstravit. Locus igitur est, ubi conventus fiunt (v. 70); quae vis nonnunquam vix distingui potest ab altera qua ipsum conventum indicat, ut v. 48 εἴργεσθαι τῆς στιβάδος est conventibus arceri, v. 52 προσδεχθησόμενος εἰς τὴν στιβάδα qui in sodalitatem Iobacchorum suffragiis recipiendus est. Wide. At plane alia vi certam quandam caerimoniam voce στιβάς significari apparet v. 112. 114. 151. Quam antiquissimam esse et simillimam antiquitus apud Indos usitatam fuisse, nempe in illis pulvinaribus foliis stratis deos hospitio receptos eisque portiones victimarum (μέρη v. 121) appositas esse, ingeniose demonstrare conatus et Maass. 37 Qui supra οἱ ἀπὸ πατρὸς vocantur (v. 38) eos patribus defunctis eorum locum in collegio obtinuisse statuendum est. Contra quorum patres superstites erant, ei ἱεροὶ παῖδες vocabantur neque Iobacchi erant. Sed certa condicione proposita filius iam una cum patre (μετὰ τοῦ πατρός) Iobacchus fieri poterat, nempe si non iam domicilium apud illum habebat, sed seorsim habitabat. Haec in universum est Maassii interpretatio, nisi quod is ἐξωτικὸς καθεσθείς de filio qui peregre habitabat intellegit. At sic neque cur ipse cupierit Bacchei particeps esse neque cur Iobacchi eum recipiendum iudicaverint, eos vero qui Athenis mansissent arcendos, perspicio. 38 Et hoc et quae infra similia occurrunt (v. 102. 104. 105) pro optativis habet Maass, monens et flexionem et structuram memorabiles esse. At mihi coniunctivi potius videntur formati ad similitudinem eorum qui legitime a verbis contractis ducuntur δηλοῖς, δηλοῖ (πληροῖ v. 48), quorum normam ea quae proprie in -μι cadunt multifariam sequuntur. Sane soloecismum

στολῇ τὰ χωρήσαντα εἰς τόδε τι[40]. | οὐδενὶ δὲ ἐξέσται ἐν τῇ
στιβάδι[41] οὔτε ᾆσαι | οὔτε θορυβῆσαι[42] οὔτε κροτῆσαι, μετὰ
65 δὲ ‖ πάσης εὐκοσμίας καὶ ἡσυχίας τοὺς μερισ|μοὺς[43] λέγειν καὶ
ποιεῖν, προστάσσοντος | τοῦ ἱερέως ἢ τοῦ ἀρχιβάκχου. μηδενὶ |
ἐξέστω τῶν ἰοβάκχων τῶν μὴ συντελε|σάντων εἴς τε τὰς ἐνάτας
70 καὶ ἀμφιετηρί‖δας εἰσέρχεσθαι (ε)ἰς τὴν στιβάδα μέχρις ἂν |
ἐπικριθῇ αὐτῷ ὑπὸ τῶν ἱερέων ἢ ἀπο|δοῦναι αὐτὸν ἢ (ε)ἰσέρ-
χεσθαι[44]. μάχης δὲ | ἐάν τις ἄρξηται[45] ἢ εὑρεθῇ τις ἀκοσμῶν
75 ἢ | ἐπ' ἀλλοτρίαν κλισίαν[46] ἐρχόμενος ἢ ὑβρί‖ζων ἢ λοιδορῶν
τινα, ὁ μὲν λοιδορη|θεὶς ἢ ὑβρισθεὶς παραστανέτω[47] δύο ἐκ |
τῶν ἰοβάκχων ἐνόρκους ὅτι ἤκου|σαν ὑβριζόμενον ἢ λοιδορού-
80 μενον, | καὶ ὁ ὑβρίσας ἢ λοιδορήσας ἀποτιν[νύ]‖τω τῷ κοινῷ
λεπτοῦ[48] δρ(αχμὰς) κε', ἢ ὁ αἴτιος | γενόμενος τῆς μάχης

---

particulae ἐάν cum optativo coniunctae ab illius aetatis usu non magis abhorrere, quam diversum vitium εἰ c. coni. (εἰ — μὴ ἀπαντήσῃ v. 96) concedendum est, sed in hac tabula tamen constanter et haec particula et μέχρις ἂν, ὃς ἂν coniunctivum habent (cf. v. 32 sqq. 53. 70. 73. 84. 96. 99. 141). 39 Aut medium est, ut genetivus neglegenter pro ἐνγραφόμενος (sc. ὁ ἱερεύς) positus sit (M.), aut passivum ut ἐνγραφομένου — τὰ χωρήσαντα dicatur pro ἐνγραφομένων τῶν χωρησάντων. 40 Mira locutio, cuius vim recte assecuti videntur Wide et Maass interpretantes 'quae in unumquemque singillatim cadunt'. Neutrum τόδε usurpatur, quia de singulis ut ita dicam receptionibus potius quam de hominibus qui recipiuntur cogitatur. Quod Wide et Maass iam Aristotelem pronomina τόδε τι coniuncta frequentare adnotant, id recte se habent. Sed significatio longe alia est; nam egregie fallitur M., quod illud Aristotelium τόδε τι '*das oder das*' (τὰ καὶ τὰ) significare opinatur. 41 In conventu Iobacchorum. Cf. not. 36. 42 Cf. C. I. Att. III, 23, 40: εἰ δέ τι[ς] μάχας ἢ θορύ[β]ους κεινῶν φαίνοιτο, ἐκβαλλέσθω τοῦ ἐράνου. 43 In caerimoniis quibus nonnulli ex sodalibus deorum personas sustinent (v. 125) suae cuique ex eis partes obveniebant agendae. Has μερισμούς vocari Wide et Maass statuunt, neque ullam video aliam interpretandi viam, etsi praeter Latinum *partium* vocabulum in re scaenica usurpatum nihil simile mihi notum est. 44 ἢ (μὴ) εἰσέρχεσθαι sententiam requirere iudicat M., recte si quid video. 45 Cf. titulum Atticum allatum not. 42. 46 Apte M. confert epigramma apud Kaibelium Ep. Gr. 810, 7 Βάκχου γὰρ κλισίαις με συνέστιον ἐστεφάνωσεν εἰς ἐμὲ τὸν κυλίκων ὄνκον ἐφελκομένη. Casarum ex ramis frondentibus effectarum usum in Carneis Lacedaemoniorum usum commemorat idem et non multum discrepare tabernacula (σκηνάς), quorum in feriis frequens est mentio (n. 177, 3. 562, 4. 581, 2. 653, 34 sqq.) recte observat. Nonnullos certe ex conventibus sollennibus Iobacchorum sub divo haberi solitos hinc intellegitur. 47 Creticum στανυέσθων (C. I. G. 2556, 66) comparat Maass. 48 Ex tabula C. I. Att. III, 61 Mommsenus intellexit, Hadriani aetate denarii Romani, qui in universum drachmam antiquam Atticam pretio aequabat, in

ἀποτιννύτω | τὰς αὐτὰς δρ(αχμὰς) κε΄, ἢ μὴ συνίτωσαν (ε)ἰς τοὺς | ἰοβάκχους μέχρις ἂν ἀποδῶσιν. | ἐὰν δέ τις ἄχρι πληγῶν ἔλθῃ,
85 ἀπογραφέστω ‖ ὁ πληγεὶς πρὸς τὸν ἱερέα ἢ τὸν ἀνθιερέα, | ὁ δὲ ἐπάνανκες ἀγορὰν ἀγέτω, καὶ ψή|φῳ οἱ ἰόβακχοι κρεινέτωσαν προηγου|μένου τοῦ ἱερέως, καὶ προστειμάσθω | πρὸς χρόνον μὴ
90 εἰσελθεῖν ὅσον ἂν δό‖ξῃ καὶ ἀργυρίου μέχρι ✠ κε΄. ἔστω δὲ | τὰ αὐτὰ ἐπιτείμια καὶ τῷ δαρέντι καὶ | μὴ ἐπεξελθόντι παρὰ τῷ ἱερεῖ ἢ τῷ | ἀρχιβάκχῳ, ἀλλὰ δημοσίᾳ ἐνκαλέσαν|τι. ἐπι-
95 τείμια δὲ ἔστω τὰ αὐτὰ τῷ εὐκόσ‖μῳ[49] μὴ ἐκβαλόντι τοὺς μαχομένους. | εἰ δέ τις τῶν ἰοβάκχων, εἰδὼς ἐπὶ τοῦ|το ἀγοράν ὀφείλουσαν ἀχθῆναι, μὴ ἀ|παντήσῃ, ἀποτεισάτω τῷ κοινῷ λε|π-
100 τοῦ δρ(αχμὰς) ν΄. ἐὰν δὲ ἀπειθῇ πρασσόμε‖νος, ἐξέστω τῷ ταμίᾳ κωλῦσαι αὐτὸν | τῆς εἰσόδου τῆς εἰς τὸ Βακχεῖον μέ|χρις ἂν ἀποδοῖ[50]. ἐὰν δέ τις τῶν | εἰσερχομένων τὸ (ε)ἰσηλύσιον μὴ |
105 διδοῖ τῷ ἱερεῖ ἢ τῷ ἀνθιερεῖ, εἰργέσ‖θω τῆς ἑστιάσεως μέχρις ἂν ἀπο|δοῖ, καὶ πρασσέσθω ὅτῳ ἂν τρόπῳ | ὁ ἱερεὺς κελεύσῃ. μηδεὶς δὲ π(ρ)οσ|φωνείτω[51] μὴ ἐπιτρέψαντος τοῦ ἱε|ρέως ἢ τοῦ
110 ἀνθιερέως, ἢ ὑπεύθυνος ‖ ἔστω τῷ κοινῷ λεπτοῦ δρ(αχμῶν) λ΄. | ὁ ἱερεὺς δὲ ἐπιτελείτω τὰς ἐθίμους | λιτουργίας στιβάδος[52] καὶ ἀμφιετη|ρίδος εὐπρεπῶς καὶ τιθέτω τὴν | τῶν καταγωγίων[53]

---

sex drachmas leviores divisum esse. Hic utrumque monetae genus commemoratur, sed quia drachmae antiquioris memoria neutiquam plane evanuerat, illae recentioris aetatis drachmae λεπτοῦ (ἀργυρίου) nomine a denariis distinguuntur. Wide. 49 Magistratus collegii (v. 136) constitutus ad ordinem et decorem in conventibus sodalium conservandum. Epheborum Atheniensium κοσμητήν, Creticarum civitatium κόσμους comparat M. 50 De coniunctivi forma cf. not. 38. Ceterum quod similium legum de vi in sodalitate quapiam facta apud Demosthenem XXI, 71 sqq. vestigia deprehendisse sibi videtur M., sine dubio errat, etsi Reiskii interpretationem merito reicit. Uterque eorum verba oratoris οἵ μηδὲ βαδίζειν ἐξῆν αὐτῷ (licuit ei, non illuc ire) perperam sic interpretatur, tanquam si scriptum esset οἵ βαδίζειν οὐκ ἐξῆν αὐτῷ. 51 I. e. orationem sollennem ad sodales habere. Maass. 52 Nolim arcte inter se conectere λιτουργίας στιβάδος, ut M. facere videtur, sed στιβάδος καὶ ἀμφιετηρίδος genetivos temporis esse existimaverim, ut v. 114 manifesto στιβάδι dativus temporis est. Utrobique στιβάς (not. 36) proprium nomen est feriarum, quas non distinguendas esse ab illis quae v. 43 Βακχεῖα dicantur recte iudicat Maass; nam aliter non intellegeretur, cur illic in enumerandis sollennibus στιβάς silentio praetereatur. 53 Ad Proserpinae descensum ad inferos hoc rettulit Wide; sed M. monuit Ἀναγώγια et Καταγώγια (Athen. IX p. 394 f, cf. Lobeck Aglaophamus I p. 177 r) semper de profectione et reditu (ἀνάγεσθαι, κατάγεσθαι) dici, ut hic libatio

115 σπονδὴν στι‖βάδι μίαν καὶ θεολογίαν[54], ἣν ἤρ|ξατο ἐκ φιλοτει-
μίας ποιεῖν ὁ ἱε|ρασάμενος Νεικόμαχος. ὁ δὲ ἀρχί|βακχος θυέτω
120 τὴν θυσίαν τῷ | θεῷ καὶ τὴν σπονδὴν τιθέτω ‖ κατὰ δεκάτην
τοῦ Ἐλαφηβολι|ῶνος μηνός[55]. μερῶν[56] δὲ γεινομέ|νων αἱρέτω
ἱερεύς, ἀνθιερεύς, | ἀρχίβακχος, ταμίας, βουκολικός[57], | Διόνυ-
125 σος, Κόρη[58], Παλαίμων[59], Ἀφρο‖δείτη[60], Πρωτεύρυθμος[61]· τὰ

significetur qua Bacchi Athenas adventus celebretur. Admodum apposite caerimoniarum mentionem facit quibus M. Antonius triumvirum alterum Bacchum Ephesum advenientem cives exceperint (Plutarch. Anton. 24). 54 Orationem sollennem, qua per ferias dei laudes praedicantur et exornantur. Quem morem, sine dubio ex antiquiore hymnos cantandi (n. 738[2]) usu natum, ne ipsum quidem nimis recentem esse et inferiore certe aetate latissime patuisse multis et scriptorum et titulorum testimoniis allatis docuit M., ideoque in mysticis sodalitatibus nonnunquam inter alia officia etiam θεολόγου mentionem fieri (Lucian Pseudomant. 19. Bull. de corr. Hell. IX p. 125 sqq.). Ceterum Nicomachum instituisse (ποιεῖν) non ipsum habuisse (ποιεῖσθαι) hanc orationem enuntiatur, etsi hoc quoque eum fecisse non improbabile est. 55 Cf. not. 3. 56 De partibus in repraesentatione deorum scaenica sustinendis (μερισμοί not. 43) haec intellegi non posse cum quia ante illos personatos deos hic quinque homines officiis sodalitatis fungentes commemorarentur, tum quia αἱρέτω sic nullam probabilem explicationem haberet, perspexit Wide ideoque μέρη portiones carnis victimae quae dividerentur (alibi plerumque μερίδες) esse statuit. In summa rei cum eo facit M., nisi quod translatione sane usitatissima (Χόες, Χύτροι) ipsa sacra per quae ea divisio fieret μέρη ('*das Portionenfest*') vocata sumit. Sed cum iam duas noverimus horum sollennium appellationes (Βακχεῖα, στιβάς) non video cur in multo simpliciore Widii explicatione acquiescere noluerit. Verum, utut hoc est, vim ac naturam huius caerimoniae egregio acumine illustravit M. Etenim cum non omnibus sodalibus portiones tribuantur, de more volgari carnes victimarum dividendi hic cogitari nequit. Immo caerimoniae et antiquissimae et latissime propagatae, qua dei ab hominibus mensa hospitali invitentur et accipiantur (n. 734[24]) hoc exemplum est ea de causa prae aliis memorabile, quia homines deorum vicibus in his dapibus fungi videmus. 57 Cum manifesto duo se hic excipiant ordines, prior hominum qui sodalitatis rebus praesunt, alter deorum, quorum personas nonnulli ex sodalibus sorte ducti induunt, manifestum est alterum ordinem ab ipso principali horum sacrorum deo incipere. Sequitur ut βουκολικός inter magistratus vel sacrificulos collegii sit, etsi nusquam alibi eius mentionem fieri mireris. Nomen cum caerimoniis in quibus Baccho tauri natura tribuitur (cf. quae de βουκόλων collegiis mysticis exponuntur n. 743[1]) cohaerere viderunt editores. Maass p. 62 eum Βουκόλου sacerdotem esse vult, hunc vero eundem esse ac Πρωτεύρυθμον (not. 61) i. e. Orphea. Sed eius argumenta neutiquam firma mihi esse videntur. 58 Proserpinam Baccho adiunctam ex Anthesteriorum sacris, per quae regina (i. e. archontis regis

δὲ ὀνό|ματα αὐτῶν συνκληρούσθω | πᾶσι[62]. ὃς δ' ἂν τῶν ἰοβάκ-
χων λάχῃ κλῆ|ρον[63] ἢ τειμὴν ἢ τάξιν, τιθέτω τοῖς ἰο|βάκχοις
130 σπονδὴν ἀξίαν τῆς τάξεως, ‖ γάμων, γεννήσεως, Χοῶν[64], ἐφη-
βείας, | πολειτείας, ῥαβδοφορίας[65], βουλείας, ἀ|θλοθεσίας[66],

uxor) deo in matrimonium dabatur repetitam non esse, quia O. Mülleri et E. Gerhardi opinio, illam huius potissimum deae vices gerere, non recte se haberet, iure meritoque censet M. Qui ipse ex mysteriis minoribus (τὰ πρὸς Ἄγραν n. 649[3]) in quibus sane certissimum est Bacchum una cum Proserpina cultum esse, haec Iobacchorum sacra nata aut certe arctiore necessitudine eum iis coniuncta esse statuit; quae publica Atheniensium populi mysteria quo iure Orphica fuisse existimet, diiudicare neque meum est neque huius loci. 59 Hymnum Orphicum LXXIV, 1. 2 Λευκοθέην (Palaemonis matrem) καλέω Καδμηΐδα, δαίμονα σεμνήν, εὐδύνατον, θρέπτειραν ἐϋστεφάνου Διονύσου Wide et M. afferunt ad hanc Palaemonis cum Baccho coniunctionem confirmandam. Ceterum et hunc et Venerem recentiore demum tempore accessisse conicit M. 60 Cf. Hymn. Orph. LV, 7 (Ἀφροδίτη) σεμνὴ Βάκχοιο πάρεδρε, quod utrum proprie de sacrorum communione dicatur, an tangatur illa gaudiorum Bacchi et Veneris societas et conexio, in qua praedicanda multi sunt poëtae, sane dubius haereas. M. 61 Non magistrum saltandi intellegi, quia numinum, non hominum ordini (not. 57) inseritur, perspexerunt Wide et Maass. Ac hic quidem sine dubio recte nomen de summo poëtarum, musicorum, saltatorum omniumque quorum ars rhythmi vi continetur patrono intellexit. Sed quod Orphea potissimum hunc esse evincere studet, id etsi in ea disputatione doctrinae copiam non minus admireris quam acumen ingenii, tamen mihi non persuasit. Immo proprium nomen daemonis cuiusdam Bacchi ministri cuius nulla praeterea exstet memoria hoc esse multo veri similius existimo. 62 Hoc manifesto ad proxima modo quinque deorum nomina spectat, neque aliud significat, nisi omnium Iobacchorum sortes in urnam mittendas esse, ex qua quinque ducantur. Wide. M. At hoc perquam contorte hic enuntiari fatendum est, cum simplicissime dicere licuerit κληρούσθων δὲ οὗτοι ἐκ πάντων. 63 Hereditatem. 64 Inde a certo aetatis anno demum pueros Choum feriis adhibitos esse etiam epigramma sepulcrale C. I. Att. III, 1342: Ἡλικίης Χοϊκῶν, ὁ δὲ δαί[μων] ἔφθασε τοὺς Χοῦς probat; nam interpretationem Wilamowitzii (Comm. gramm. II p. 17) longe discrepantem figura pueri, non puellae, anaglypho expressa redarguit. Egregie convenit, quod hic inter γεννήσεως et ἐφηβείας medium interponitur. Wide. 65 Qui in theatro ordinem et decorem custodiunt, ut Iobacchorum εὔκοσμος in eorum consessibus (not. 49). Schol. Arist. Pac. 733 ἦσαν δὲ ἐπὶ τῆς θυμέλης ῥαβδοφόροι τινές, οἳ τῆς εὐκοσμίας (ἐπ)εμέλοντο τῶν θεατῶν. 66 De decem athlothetis qui Panathenaea curabant (n. 37, 57. 51, 5. 129, 27. 35. 40) cave cogites; neque enim erat quod ex ingenti magistratuum et curatorum publicorum numero hoc unum officium per se nominatim efferretur et alieno quidem loco. Quare in universum de quorumlibet ludorum regimine accipiendum

πανέλληνος[67], γερουσίας[68], | θεσμοθεσίας[69], ἀρχῆς ἧσδηποτεοῦν, |
135 συνθυσίας[70], εἰρηναρχίας[71], ἱερονείκου[72], || καὶ εἴ τίς τι ἐπὶ τὸ
κρεῖσσον ἰόβακχος ὢν | τύχοιτο[73]. εὔκοσμος[74] δὲ κληρούσθω ἢ
καθισ|τάσθω ὑπὸ τοῦ ἱερέως[75], ἐπιφέρων τῷ ἀκοσ|μοῦντι ἢ
θορυβοῦντι τὸν θύρσον[76] τοῦ θε|οῦ. ᾧ δὲ ἂν παρατεθῇ ὁ θύρσος,

---

est, etsi hac notione, inferiore praesertim aetate, ἀγωνοθεσία non ἀθλοθεσία dici solet. 67 Wide ἀθλοθεσίας πανέλληνος coniungit, γερουσίας absolute dici existimat, Maass vice versa ἀθλοθεσίας accuratiore definitione carere, πανέλληνος γερουσίας vero unam notionem efficere existimat. Mihi neutrum probatur; nam et in utraque structura πανελληνικῆς potius dicendum fuit, neque Panhellenum concilium (σύνοδος, συνέδριον) ab Hadriano institutum apte γερουσία dicitur. Immo πανέλλην est quicunque illi concilio interest (I. G. Sept. I, 106, 12. C. I. Att. III, 534, 7); iam cum dignitatis vocabulo, quale βουλεία est de senatore, de hac re careat sermo Graecus, πανέλληνος dicitur pro τοῦ πανέλληνα γενέσθαι eadem breviloquentia qua v. 72 ἱερονείκου pro τοῦ ἱερὸν ἀγῶνα νικῆσαι. 68 De senatu sacro Eleusinio (ἡ ἱερὰ γερουσία C. I. Att. III, 702, 2. 10. ἱερὸς γέρων C. I. Att. III, 1062, 7) hic dici existimo quandoquidem aliud concilium cui γερουσία nomen fuerit et cui homo Atheniensis interesse potuerit novimus nullum. 69 Sex minores archontes separatim commemorari mirum esset, quare nullus dubito quin hic de toto novem archontum collegio dicatur secundum usum illius aetatis, cuius luculentissimum exemplum habes C. I. Att. III, 716, 3 ἄρξαντα τὴν τοῦ βασιλέως ἐν θεσμοθέταις ἀρχήν. Primum igitur nobilissimus omnium magistratuum civilium nominatim affertur, deinde reliqui omnes una comprehenduntur. 70 Maassius hoc interpretatur de hominibus publice peregre missis ut victimas domo adductas in alius civitatis sacris sollennibus immolarent, provocans ad n. 654, 15 [τοὺς παρ]αγινομένους συνθύτας ἐπὶ τὰν θυσίαν τῶν Χθονείων. At etsi recte et perspicue Asinaei illos homines Hermione missos suos συνθύτας vocant, tamen sollennis vox de hoc officio potius ἱεροποιοί est (n. 657[1]); neque probabile est eiusmodi negotium inter honores haberi propter quos in unum ex sodalium numero collatos Iobacchi munificentiam eius desiderent, quoniam simillima πρεσβευτοῦ, θεωροῦ, θεοπρόπου officia non commemoratur. Quare συνθύτας eosdem intellego qui n. 745, 3 eo nomine utuntur, sodales collegii sacrorum causa instituti. Neque enim vetabantur Iobacchi etiam in aliorum deorum sodalitates recipi. Quod si factum erat, suis sodalibus stipem dare debebant. 71 De hoc magistratu municipali, sed ab imperatoribus Romanis instituto cf. E. Kuhn die städt. u. bürgerl. Verf. des röm. Reichs I p. 43. J. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I[2] p. 213. 72 Cf. not. 67. 73 Hymn. Orph. XLIV, 6 τιμὰς τευξαμένη παρ' αὐγαυῆς Περσεφονείης confert M. 74 Cf. not. 49. 75 Praeter vicarium (not. 9) etiam ἵππους (v. 144) nominat sacerdos. Item alibi νεωκόρον a sacerdote constitui videmus. Cf. n. 554, 9. 597, 5. 76 Thyrsus hic ut alibi (Deneken de Theoxeniis p. 1. 2) ipsius dei vices gerit. M.

140 ἐπικρεί‖ναντος τοῦ ἱερέως ἢ τοῦ ἀρχιβάκχου | ἐξερχέσθω τοῦ
ἑστιατορείου. ἐὰν δὲ ἀ|πειθῇ, αἱρέτωσαν αὐτὸν ἐξω τοῦ πυλῶ|-
νος οἱ κατασταθησόμενοι ὑπὸ τῶν | ἱερέων ἵπποι[77], καὶ ἔστω
145 ὑπεύθυνος ‖ τοῖς περὶ τῶν μαχομένων προστεί|μοις[78]. ταμίαν δὲ
αἱρείσθωσαν οἱ ἰόβακ|χοι ψήφῳ εἰς διετίαν, καὶ παραλαμβα|-
νέτω πρὸς ἀναγραφὴν[79] τὰ τοῦ Βακχεί|ου πάντα, καὶ παραδώ-
150 σει ὁμοίως τῷ ‖ μετ' αὐτὸν ἐσομένῳ ταμίᾳ. παρεχέτω | δὲ
οἴκοθεν[80] τὸ θερμόλυχνον[81] τάς τε ἐ|νάτας καὶ ἀμφιετηρίδα καὶ
στιβάδα, | καὶ ὅσαι ἔθιμοι τοῦ θεοῦ ἡμέραι, καὶ | τὰς ἀπὸ
155 κλήρων ἢ τειμῶν ἢ τάξε‖ων ἡμέρας[82]. αἱρείσθω δὲ γραμμα|τέα,
ἐὰν βούληται, τῷ ἰδίῳ κινδύνῳ, | συνκεχωρήσθω δὲ αὐτῷ ἡ
ταμιευ|τικὴ σπονδὴ καὶ ἔστω ἀνείσφορος | τὴν διετίαν. ἐὰν δέ
160 τις τελευτή‖σῃ ἰόβακχος, γεινέσθω στέφανος[82] αὐ|τῷ μέχ(ρ)ι
Ϫ ε', καὶ τοῖς ἐπιταφήσασι τι|θέσθω οἴνου κεράμιον ἕν, ὁ δὲ
μὴ | ἐπιταφήσας εἰργέσθω τοῦ οἴνου[83].

---

77 Hos eosdem esse qui in Pergameno collegio Bacchico n. 743, 29 Σειληνοί audirent acute observavit M. Etenim apud Athenienses quidem Silenos figuram ex humano et equino corpore confusam habere, Ἵππος Ἱππαῖος Satyrorum nomina in vasis pictis comparere, denique Bacchi nutrici Ἵππα nomen esse in hymnis Orphicis XLVIII, 4. XLIX, 1. Sed cur hos personatos Silenos recte a Widio ministros vocari neget non assequor, siquidem nominantur a sacerdote et eius iussa exsequuntur. 78 Quae scripta sunt v. 80—82. 79 Laterculum scriptum confert cum eis quae ei traduntur. 80 Cf. n. 409[3]. 81 Vocabulum sine exemplo est, sed quin oleum ad lucernas quibus cenaculum illustretur significet vix dubitaveris. Cf. n. 633, 9 sqq. παρέχειν δὲ τῷ θεῷ καὶ — ἔλαιον ἐπὶ βωμὸν καὶ λύχνον καὶ σχίζας καὶ σπονδήν. Maass. 82 Cf. Kaibel Epigr. Gr. 153, 11 στέμμα δέ [μοι πλέξαντο] Διωνύσου θιασῶται. M. 83 De hoc sodalitatium more M. provocat ad Varronis Saturarum Menippearum fr. 303: *funus exequiati laute ad sepulcrum antiquo more silicernium confecimus.* [*id est* περίδειπνον]. *A quo pransi discedentes dicimus alius alii 'vale'.*

---

738 Marmor infra fractum, inventum in Piraeeo. Ed. V. Bérard Bull. de corr. Hell. XIV (1890) p. 649 n. 2.

Ἀγαθῇ τύχῃ. | Ἐπὶ ἄρχοντος Διονυσίου τοῦ | Διονυσίου Ἀχαρ-

Litterae ΑΕ (nisi quod v. 3 fin. ΕΩϹ est) ΘΞΠϹΩ. Versus 1—5 multo maioribus litteris exarati quam reliqui.

5 νέως[1] | οἱ παιανισταὶ[2] τοῦ Μουνιχί‖ου Ἀσκληπιοῦ[3], ἐντυχόντες | τῷ κρατίστῳ λογιστῇ[4] τῆς λαμπροτάτης | Ἀθηναίων πόλεως Γαΐῳ Λικιννίῳ Τηλε|μάχῳ[5], καθὼς αὐτὸς ὁ θεὸς ἐχρημάτισε διὰ |
10 Αὐρ(ηλίου) Εἰσιδώρου[6] τ[οῦ ἱερέως,] ὑπετάξαμεν ‖ [τὴν ὑπὸ τοῦ κρατίστου λογιστοῦ δοθεῖσαν ἀπόκρισιν· ----------]

1 Cf. C. I. Att. III, 1177, 9 ἐπὶ ἄρχοντος Αὐρ(ηλίου) Διονυσίου τοῦ (Διονυσίου) Αχαρνέως. Quem epheborum laterculum, quia omnes nomina gentilia Romana habent ac multo plurimi quidem Aurelio nomine utuntur, anno 212 p. Chr., quo Antoninus imperator omnibus qui in orbe Romano esset civitatem Romanam tribuit (cf. Olympia V p. 206 sqq.) non antiquior, neque vero multo recentior est. Cf. etiam not. 5. 2 Cantores paeanum recte interpretatur B. Veniat sane cuipiam in mentem a cognomine potius Aesculapii repetendam esse collegii appellationem, ut Ἀσκληπιοῦ παιανισταὶ dicatur ut Διὸς Ἀταβυριασταί, Διὸς Ξεινιασταί, Διὸς Σωτηριασταί (n. 742, 2) apud Rhodios. Sed huic opinioni repugnat cum ordo verborum, tum scriptura παιανισταί per α. Etenim Attica illius cognominis forma Παίων est (C. I. Att. III, 263). Collegia quae ab hymnis sacris cantandis denominantur, etiam alia nota sunt. Cf. quae de ὑμνῳδῶν sodalitatibus passim per Asiam minorem et Thraciam occurrentibus composuit E. Ziebarth Das gr. Vereinswesen p. 90 sqq. Praeterea ὑμνητής est n. 739, 3, ὑμνοδιδάσκαλοι n. 743, 26. 3 Nulla praeterea exstat horum sacrorum memoria. B. 4 Graeca appellatio *curatoris reipublicae*, qui ab imperatore mittitur in liberas civitates ad eorum statum ordinandum. Cf. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I² p. 163. 5 Eundem B. agnovit in populiscito C. I. Att. III, 10, 32, ubi restituit καθὰ καὶ ὁ κράτιστος πρεσβευτὴς [αὐτῶν καὶ ἀντιστράτηγος] καὶ λογιστὴς τῆς πατρίδος ἡμῶν Γάϊος Λι[κίννιος Τηλέμαχος] δεδήλωκεν έ[ν] τῷ προκ[ε]ιμένῳ διατάγματι. Cuius tituli annus, Flavio Diogene Marathonio archonte, perexiguo intervallo ab hoc distat; etenim is certa ratione ad annum 209 p. Chr. relatus est. 6 Cf. C. I. Att. III, 1299, 7 [ἱερ]εὺς Εἰσίδωρος.

---

739 Herma marmoris Pentelici inventus in Piraeeo. Vs. 1—36 in fronte, 37—77 in latere. Edd. Kumanudis Ἀθηναίου V p. 428. Ex apographo Friderici de Duhn edidi C. I. Att. III Addend. p. 519 n. 1280 *a*. Cf. quae adnotavit O. Höfer Jahrb. f. Phil. CXLV (1892) p. 22 sqq.

Ἀγαθῇ τύχῃ. | Ἐπὶ ἄρχοντος Κλαυδίου | Φωκᾶ Μαραθωνίου[1]

Litterae ΑΔΕΖΘΛΜΞΠΣΩ. 1 Hic ephebus fuit archonte Ti. Claudio Bradua Attico Marathonio (C. I. Att. III, 1145, 45 sqq.), imperatore Commodo. Quin idem homo sit, cum raritas nominis dubitari non sinit tum quod ibidem Hermerota Asmeni f. Gargettium ephebum habes II v. 17, qui hic

5 ὁ ὑ|μνητὴς[2] τῆς Εὐπορίας θ[ε]‖ᾶς Βελήλας[3] καὶ τῶν περὶ |
αὐτὴν θεῶν[4] Πόπλιος) | Φυλάσιος[5] τειμήσας τοὺ[ς] | ὀργεώνας[6]
10 καὶ ἀνκων[ο]‖φόρους[7] καὶ τὰς ἱερείας ἀν[έ]‖γραψεν·
ἱερεὺς διὰ βίου· | Ἔρως Σμαράγδου Ἀραφήνι[ος][8] |
ἱέρεια ἡ περι[ρ]άπτρια· Νεικο|στράτη Ἐπικτήτου[9] ἐξ
Ἀχ[αρ]|νέων
15 πατὴρ ὀργε[ωνι]‖κῆς συνόδου[10]· Εὔποροο[ς]] | Πειραιεύς
ἵππος[11]· Χρυσ[έ]|ρως

---

redit primo loco inter orgeonas v. 19. Magistratus eponymus Phocae igitur initio tertii a. Chr. n. saeculi utique antiquior non est; at certe anno 212 p. Chr. recentior esse nequit, quia Aurelium nomen nusquam comparet neque omnino ex satis magno numero civium Atheniensium nobiliorum quisquam nomine gentili Romano utitur praeter Claudium Phocam archonta et Corneliam Cleonicen et Messiam Demetriam sacerdotes (v. 52. 66). Cf. n. 738[1]. 740[7]. Ceterum cum hac aetatis definitione (200—211 p. Chr.) etiam reliqua quae hic leguntur nomina perbene conveniunt (cf. not. 8. 9. 12. 15. 23. 26. 27). 2 Cf. n. 738[2]. 3 Dea peregrinae originis ceteroqui plane ignota. Cum inter ea quae una cum ipsa a sodalibus colebantur numina (not. 4) nonnulla manifesto ex Asia accersita sint, idem de illa quoque suspiceris. 4 Magna Mater (v. 68, cf. not. 28), Venus (v. 73), Dea Syria (v. 76). 5 Cf. C.I.Att. III, 193, 3 ἐπὶ ἱερέως (sc. Διονύσου Αὐλωνέως) Φιλήμονος τοῦ Ποπλίου Φυλασ(ί)ου. Aetas incerta. 6 Sic necessario scribendum, quia nominativus v. 18 ὀργεῶναι est. Sed haec flexio ex ipso accusativo pluralis nata esse mihi videtur qui quo tempore vocalium quantitates neglegebantur iam utrius declinationis esset discerni nequibat. 7 Cum hi infra non recenseantur, sine dubio eidem homines simul ὀργεῶναι et ἀγκωνοφόροι fuisse existimandi sinit. Nomen a rebus quibusdam sacris quae bracchiis gestentur (cf. n. 754, 1 ἱεραφόροι) repetitum videtur. Sed hoc obscurum est, obscuriora quae infra leguntur περιράπτρια v. 12. ἐπιθέτης v. 16. 8 Ephebus 151/2 a. Chr. (C. I. Att. III, 1120, 9). Hic igitur quo tempore stela orgeonum erecta est, iam septuagenarius fuit. 9 Pamphilus Epicteti f. Acharnensis ephebus est C. I. Att. III, 1110, 22, paullo post 130 p. Chr., qui videtur huius mulieris patruus esse, Epictetus Acharnensis archon eponymus III, 1192, 4 (fere 230—235 p. Chr.) fortasse Nicostrates frater aut fratris filius est. 10 Tanai in collegiis sacris Θεοῦ Ὑψίστου una cum sacerdote (ἱερεύς) commemorari solet πατὴρ συνόδου. Hoc munus eius esse qui conventus moderaretur vidit E. Ziebarth Das gr. Vereinswesen p. 154. 208. Idem hic, ubi proximo post sacerdotes virum et mulierem loco recensetur, veri simillimum est, etsi potest etiam merum honoris vocabulum esse. 11 In synodo Iobacchorum Attica ἵπποι vocabantur ministri a sacerdotibus instituti, quorum officium erat eos qui exire iussi non paruissent eicere. Cf. n. 737, 144. Etiam hic humilioris condicionis hominem significari inde apparet, quod unus inter eos qui certis muneribus funguntur demotico

ἐπιθέτης· Μηνόφι|λος) Μελιτεύς[12]
ὀργεῶναι[13]
Ἑρμέρως Ἀσμένου Γαργή[τ(τιος)][14]
20 Ἀγήσανδρος Φίλωνος[15] Δαιδα(λίδης)
Νεικηφόρος Μηνοδώρου[16] Σουνι(εύς)
Κάλλιστος Εὐπόρου[17] Τρινε(μειεύς)
Δαμιανὸς Δαμᾶ Ἀχαρνεύς
Εὐφρόσυνος Φίλωνος Δαιδαλ(ίδης)
25 Παιδέρως Ἔρωτος Ἀραφήνι[ος]
Πρειμιγένης) Γαργήττιος[18]
Ὑάκινθος Εὐτυχίδου[19] νε(ώτερος)
Μηνόφιλος) Μελιτε(ύς)
Πρεῖμος Καλλίστου
30 Διονύσιος) Εὐπυρίδη[ς][20]
Βάκχις Εὐτυχίδου
Ἐπαφρόδειτος Μειλήσιος
Ζώσιμος)
Εὐφραντᾶς Εὐτυχίδου
35 Διονύσιος, Θεόκοσμος,
Εὐτυχᾶς)

---

caret. Inter sodales sane haud pauci peregrini occurrunt (v. 27. 29. 30—36). 12 C. I. Att. III, 1122, 14 Ἔκλεκτος Μηνοφίλου Μελιτεύς sophronista, Μηνόφιλος Ἀλκίμου Μελιτεύς hyposophronista est (157/8 p. Chr.), 1138, 69 Μηνόφιλος Μηνοφίλου Μελιτεύς ephebus (177/8 p. Chr.). Is manifesto idem est, quem hic habemus, illius hyposphronistae ni fallor filius. 13 Cf. not. 6. 14 Cf. not. 1. 15 Philo Daedalida tum iam defunctus fuisse videtur, quoniam ipse quidem non comparet, at quinque eius liberi, duo filii (v. 20. 24) et tres filiae (v. 42. 56. 69). Iam C. I. Att. III, 1121, 102 (a. 156/7 a. Chr.) Φίλων Ἐλευσινίου Δαιδαλίδης inter ephebos est, sine dubio idem. Nam cuius annus natalis est 138 a. Chr. f., eius liberos initio saeculi p. Chr. n. tertii superstites et adulta aetate fuisse summam habet probabilitatem. 16 C. I. Att. III, 1112, 29 E..... Μηνοδώρου Σουνιεύς ephebus est 141/2 p. Chr., huius patruus potius quam frater. 17 Cf. C. I. Att. III, 1112, 24 Νικίας Εὐπόρου Τρινεμεεύς. 1240, 8 ----ν Εὐπόρ[ου Τρινεμεεύς]. 18 Anno 165/6 p. Chr. ephebus fuit Primigenes Niciae f. Gargettius (C. I. Att. III, 1128, 57), qui potest huius Primigenis pater esse, dummodo hunc inter orgeonas natu minores esse statuamus. 19 C. I. Att. III, 1250, 14 in frustulo tabulae quod quia ubique paternae originis notam sine demotico habet, ex epheborum peregrinorum (ἐπεγγράφων) laterculo superesse videtur, [Ὑ]άκινθος Εὐτυχίδου est. 20 Cf. C. I. Att. III, 924, 7. 1022, 6. 1099, 8.

ἱέρειαι αἱ πρὸς ἐνι|αυτὸν[21] ἀναλώματα | ποιήσασαι μεγάλα·
40 Ἀπολλωνία Ζωσίμου[22] | ἐκ Βησαιέων
Εὐφροσύνη Φίλωνος | ἐκ Δαιδαλιδῶν
45 Μαρθείνη Κορνηλιανο[ῦ] ‖ ἐξ Οἴου
Ἀρέσκουσα Κίττου[23] | ἐξ Αἰθαλιδῶν
Νείκη Ἀττικοῦ ἐκ Παι|ανιέων
50 Γλύκη Ἑρμέρωτος | ἐκ Γαργηττίων
Κορνηλία Κλεονείκη | ἐκ Μαραθωνίων
55 Νεικομὼ Μαρκιανοῦ ‖ ἐκ Παιανιέων
Ὑψίστη Φίλωνος | ἐκ Δαιδαλιδῶν
60 Γλυκέρα Ἀθηναίου[24] | ἐκ Λαμπτρέων, ‖ ἱερασαμένη τὸ β′ | ἐπὶ ταῖς αὐταῖς φιλοτειμ(ίαις)[25]
Εὔπλοια Εὐπορίστου | ἐξ Ἀθμονέων
65 Ζωσάριον Ῥόδωνος[26] ‖ ἐξ Στειριέων ·
Μεσσία Δημητρία Κογνί|του[27] ἐκ Πρασιέων
ἱέρεια Ὀραίας[28] διὰ βίου
70 Τυχαρὼ Φίλωνος ‖ ἐκ Δαιδαλιδῶν

---

21 Ex reliquis sacerdotiis certe duo (v. 10. 68) perpetua fuerunt, fortasse etiam ea de quibus in neutram partem quicquam definitur (v. 12. 73. 76). 22 Frequentius hoc nomen in hominibus pagi Besaeensium quam ut quicquam certi explorare liceat. 23 C. I. Att. III, 1133, 65 Ἀλέξανδρος Κίττου Αἰθαλίδης ephebus est (171/2 p. Chr.). Qui quin Arescusae frater sit, non est dubium. Sororem neque ante 190 neque post 202 p. Chr. annuo sacerdotio functam esse inde colligitur quod in laterculo sine dubio ex temporum ordine composito decimum a fine locum tenet. Alius frater Ἐλευσίνιος Κίττου Αἰθαλίδης sophronista fuit Commodi principatu (C. I. Att. III, 1145, 20), anticosmeta sub idem tempus, quo soror sacerdotium gessit, intra annorum 197 et 207 p. Chr. spatium (C. I. Att. III, 1171, 32). 24 Huius stirps descendere videtur ab illo Athenaeo Lamptrensi qui Augusti aetate inter prytanes tribus Erechtheidis (C. I. Att. III, 1019, 9) et inter gennetas gentis Amynandridarum (C. I. Att. III, 1276, 21) recensetur. 25 Eadem intelleguntur, quae sunt v. 38. 39 ἀναλωμάτα μεγάλα. Cf. n. 416[5]. 26 C. I. Att. III, 1133, 62 Ῥόδων Στειριεύς ephebus est (171/2 p. Chr.), huius sacerdotis frater potius quam pater; cf. not. 23. 27 C. I. Att. III, 1192, 47. 48 (230—235 p. Chr.) Ζώσιμος Κογνίτου et Κόγνιτος Κογνίτου inter ephebos Pandionidis sunt, cui Prasiensium pagum ascriptum fuisse constat. Hi propter temporum rationes Messiae Demetriae sacerdotis fratris filii potius esse videntur quam fratres. 28 Matrem Deorum interpretatur Höfer acute et probabiliter. Etenim perfrequens eius cognomen Ὀρεία esse in litteris (Eurip. Hippolyt. 144. Hel. 1301. Arist. Av. 746. Anth. Pal. VI, 173, 5. 237, 1). Scriptura per αι, quam ille sane minus firmis rationibus defendere conatur,

στεφανηφόρος
Ματρώνα
ἱέρεια Ἀφροδείτης
75 Νείκη Μηνοφίλου ‖ ἐκ Μελιτέων
ἱέρεια Συρίας θεοῦ[29]
Ἑρμαῖς Εὐτύχους.

mihi ad iota diphthongi sequente alia vocali pressum, qua re nihil est frequentius omni aetate (Ὀρέα, cf. n. 53[13]) et ad confusionem vocalium E et AI, quae tertio a. Chr. saeculo ineunte iam neutiquam rara est, referenda videtur. Plane geminum exemplum est ΑΛΑΛΚΟΜΕΝΑΙΟΥ pro Ἀλαλκομενέου ex Ἀλαλκομενείου nato exaratum n. 533, 18. 29 Hic a Venere (v. 73) distinguitur Dea Syria, cum n. 769, 7 cum ea confundatur.

740 Tabula marmoris albi inscripta a duabus partibus (*a* in fronte, *b* in latere), in ecclesia parva S. Nicolai sita ad radices meridionales veteris Hyettiorum arcis. Post alios ed. P. Girard Bull. de corr. Hell. II (1878) p. 502 n. 11 *a*. p. 505. Ex Lollingii collatione W. Dittenberger I. G. Sept. I, 2808.

a

Ἀγαθῇ τύχηι. | [Ἔ]δοξεν τῇ ἱερᾷ γερουσίᾳ[1] τοῦ Σωτῆρος | [Ἀ]σκληπιοῦ, ἐν κοινῷ στήλην ἀναγρα|[φ]ῆναι, ἐν ᾗ στήλῃ εἶναι
5 τὰ ὑπογεγραμμέ[να·] ‖ [Ἀν]τὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ὧν εὐεργετή|θη παρὰ τοῦ θεοῦ, ὁ μνήμης ἀρίστης[2] | Ἰούλιος Ἀριστέας ἐχαρίσατο διὰ τοῦ | θεοῦ τῇ γερουσίᾳ χωρεῖδιον στυφλ[ά]|ριον[3]

Litterae ΖΘΞΠΣΩ. Anno 212 p. Chr. non antiquiorem esse tabulam nominum rationes docent. Cf. not. 7. 1 Singularis haec appellatio collegii privati sacrorum causa instituti. Nam γερουσίαι civitatium Asianarum, ut νέων corpora, non ad cultum deorum spectant; quam vero ex titulis novimus ἱερὰν γερουσίαν Eleusine domicilium habentem (C. I. Att. III, 702, 2, 10. 851, 3. 1062, 7), manifesto consilium a civitate institutum erat quod sacra publica dearum Eleusiniarum curaret. Aesculapii gerusiae Hyettiae neutiquam seniores modo homines interfuisse ex eis quae v. 39 sqq. de novis sodalibus recipiendis constituuntur luculentissime apparet. 2 Cf. n. 656, 20 ἀνδρὸς δοκιμωτάτου καὶ πάσης τειμῆς καὶ ἀποδοχῆς ἀξίου. n. 675, 6 ὁ πᾶσι μνησθεὶς Αὐρ(ήλιος) Παρμενείδης. 3 Vox ceteroqui ignota a στυφλός derivanda videtur, ut locum asperum et saxosum significet. Nam hic ut v. 24 primum describi fundum dedicatum, deinde proprium nomen eius agri oppidi divisionis, in qua situs erat, afferri manifestum est.

πλ(έθρων) ὀκτώ, τόπῳ Συΐ[4], ᾧ γείτονες[5] ἀ‖πὸ μὲν ἠοῦς Αὐ(ρήλιος) Θάλαμος καὶ πρόσ[τυ]|λον τῶν Καλλίστης κληρονόμων, | ἀπὸ δὲ ἄρκτου Αὐρ(ήλιος) Θεόδωρος, ἀπὸ | δὲ δύσεως οἱ Ἀρέσκοντος Ὁλμωνί|ου κληρονόμοι, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας ‖ Σύμφορος Ὁλμώνιος καὶ οἱ Νεικοστρά|του τοῦ Ζωπύρου κληρονόμοι, ἐπὶ τῷ | φυτεῦσαι τοὺς γερουσιαστὰς καὶ ἔχε[ιν] | αἰώνιον καὶ ἀναφαίρετον. | ὁμοίως ἔδοξεν κατὰ τὴν αὐτὴν ε[ἰσ]‖ήγησιν ἀναγρ[α]φῆναι καὶ ἕτερον χω|ρίον, ὃ ἔδωκεν τῇ ἱερᾷ γερουσίᾳ ὁ ἀξ[ι]|ολογώτατος Αὐρ(ήλιος) Μενεκράτης [Ἐ]‖ρατωνιανὸς ἀπ' εὐεργεσίας ὁμο[ί]|ας ἀμπελικόν, τόπῳ Ἱπποβότῳ[6], πλ(έθρων) ‖ [ἕ]ξ, ᾧ γείτον[ε]ς [ἀπ]ὸ μὲν ἀνατολῆς [ο|ἱ] Ἐπαφρᾶ κληρ(ονόμοι), ἀπὸ δὲ μεσημβρία[ς | Ε]ὐβουλᾶς Φύλακος, ἀπὸ δὲ δύσεως [Φ]|ίλιππος Θεοδώρου, ἀπὸ δὲ ἄρκτο[υ κ|ε]νὸν ἐδά[φι]ον τὸ καλούμενον ἅ[λω‖ς] Ἄρεος, ἐ[πὶ] τῷ καὶ αὐτὸ εἶναι τῆς γε[ρ|ο]υσίας αἰώνιον. εἰσὶν δὲ οἱ γερο[υσι|α]σταὶ οἵδε· Αὐρήλιοι[7]· προστ[ά|τ]ης Τειμοκράτης Χαρικλέους, Ἰού(λιος) | Αὐρ(ήλιος) Ἐρατωνιανός, Μεγιστᾶς), ‖ Ἐπαφρόδειτος Μεγιστᾶ, Κόσμος Ἐ|παφροδείτου, Σωσίβιος Χαρικλέους, | Ἐπίκτητος Κόσμου, Με[νε]κράτης) . .|ξουχηρ---- -πικ------

b

[ἔ]δοξεν οὖν τῇ γε‖ρουσίᾳ, εἴ τις τ(ῶ)[ν ἀ]ν(δ)ρῶ[ν[8] | ἀποθ]άνοι[ε]ν[9], τούτου | [τ]ῶ[ν υἱ]ῶν[10] αὐτοῦ γείνεσθα[ι, | δ]ν [ἂ]ν ἡ

---

4 Sic scripsi, cum Gir. συΐῳ unam vocem esse opinatus esset. At pronomine ᾧ careri non posse apparet collato v. 25. 5 Cf. n. 641[10]. 6 Non ἱπποβότῳ scribendum est, nam hic habemus nomen proprium; vinea deo donata est sita in ea agri Hyettii parte quae vocabatur Ἱππόβοτος vel Ἱππόβοτον. 7 Quia omnes Aurelio nomine utebantur, commodius visum est id semel plurali numero praemittere. Notandum est etiam alibi in hoc titulo Aurelium nomen plus semel occurrere (v. 10. 11. 22. 51). Iam cum usque ad initia tertii p. Chr. n. saeculi hoc neutiquam frequens sit in titulis Graecis, merito colligitur post annum 212 p. Chr. demum, quo civitas Romani imperatoris Antonini constitutione per totum orbem propagata est (n. 738[1]) haec lapidi incisa esse. 8 ΤΟ////////ΝΟΡΩ. 9 ΙΝ.ΝΙΙΑΝΟΙ.Ν Gir. Ex his Lollingius nihil agnovit praeter Ν finale. Restituere conatus sum, cum sumerem ex similitudine eorum quae in primo quem dicunt aoristo sunt φῆναι et φήνειεν inferiorem aetatem etiam in secundo pro ἀποθάνοι ut ἀποθάνοιεν singulari numero usurparet sibi indulsisse. Et hoc mihi propter Ν etiam a Lollingio lectum satis certum videtur, priora perquam dubia. Aliquando [ἀ]νθρώ|[π]ιν[α π]ά[θ]οι[ε]ν mihi in mentem venit; sed sic quid fiet litteris ΤΟ post ΤΙΣ a G. L. lectis? 10 Genetivus partitivus pendens

45 γερου(σί)α[11] ἕληται[12], ἐὰν | δὲ μὴ ἔχῃ παιδί[α], τῶν ἐγγ[ύτα]‖τα συνγενῶν δς εἰσιὼν | [δώ]σει τῇ γερουσίᾳ ϡ ν΄. | [ἂν] δέ τις ἔξωθεν[13] δοκιμα|[σθ]ῇ ὑπὸ τῆς γερουσίας, εἰ|[σ]φερέτω εὐθέως 50 τῇ γερου‖σίᾳ ϡ ἑκατόν. ἐγράφη | ἄρχ(οντος) Αὐρ(ηλίου) Ζωπύρου το[ῦ] | Νεικοβούλου, μη(νὸς) Βουκα|τίου ζ΄.

a τούτου, quod rursus ad γείνεσθαι referendum est. Transit quidem locus patris hereditatis iure ad filios, sed cui potissimum obveniat, gerusiastarum suffragiis decernitur. 11 ΓΕΡΟΥΑ lapis errore manifesto. 12 Cum hic quidem nihil de pretio adiungatur, filios gratis in patrum iura successisse apparet. 13 I. e. qui nullo necessitudinis gradu defunctum attingat. Etenim si cognati aut nulli erant aut omnes introire nolebant, sodalitas liberum arbitrium habebat eligendi quem vellet.

---

741 Lapis Loryma in insulam Symen translatus. Edd. F. Durrbach et G. Radet Bull. de corr. Hell. X (1886) p. 259 n. 6 (H. van Gelder Mnemosyne XXIV p. 189 n. 8).

[Τ]ὸ κοινὸν τῶν ἐρανιστᾶν τῶν | [συν]αδωνιαζόντων[1] ἐτίμασε | [Τελέ]σταν Τελέσωνος Κασαρῆ[2] | εὐεργέταν ἀτελείαι πάσαι· 5 εἶ‖μεν δ[ὲ] αὐτὸν καὶ ἀσύμβολον[3], καὶ | [σ]τε[φαν]οῦσθαι θαλλοῦ στεφάνωι | καθ' ἕκαστα Ἀδώνια[4] καὶ ἀνακαρύσσεσθαι.

Litterae volgares praeter ΑΓΣ, non dispositae στοιχηδόν. 1 Sic D. et R. ἀδωνιαζόντων van G. Sed cum illi ipsum lapidem viderint, vix dubitandum erit quin certa deprehenderint lacunae vestigia. 2 Iniuria D. et R. de errore lapicidae cogitantes Κα(ι)σαρῆ emendaverunt. Nam Κασαρεῖς partem Peraeae Rhodiorum tenuisse monuit van G. provocans ad Hilleri adnotationes ad Inscr. ins. mar. Aeg. I n. 273. 3 Cf. n. 642, 21. 643, 15. 644, 18. 4 Cf. n. 1298.

---

742 Basis magna lapidis calcarii caerulei nuper in molae formam redacta, ad viam qua ex oppido Rhodo in vicum Sümbüllü itur, ante domum Χατζῆ Χαβούς. Versus primus de industria excisus. Edd. Selivanov Topographia Rhodi p. 131 tab. ep. n. 13. F. Hiller von Gaertringen Inscr. ins. mar. Aeg. I p. 54 n. 162.

[---------- | τιμ]αθ[έ]ντος ὑπὸ Ἁλιαστᾶν Ἀθα-

Litterae volgares praeter Σ, non dispositae στοιχηδόν.

ναϊστᾶν Ἑρμαϊστᾶν[1] Ἀ[ρ]ιστειδείων[2] | κοινοῦ χρυσέωι στεφάνωι καὶ ὑπὸ Διοσσωτηριαστᾶν[3] | Σαραπιαστᾶν κοινοῦ θαλλίνωι στεφάνωι | καὶ ὑπὸ Σαραπιαστᾶν χρυσέωι στεφάνωι καὶ ὑπὸ
5 [Μ]ηνιασ[τ]ᾶν[4] ‖ Ἀφροδισιαστᾶν κοινοῦ χρυσέωι στεφάνωι καὶ ὑπὸ Σω[τη]ριαστᾶν | Ἀσκλαπιαστᾶν Ποσειδανιαστᾶν Ἡρακλεϊστᾶν Ἀθαναϊστᾶν Ἀφροδισιαστᾶν | Ἑρμαϊστᾶν Ματρὸς θεῶν κοινοῦ χρυσέωι στεφάνωι [κα]ὶ ὑπὸ | Ἑστιαστᾶν κοινοῦ θαλλίνωι στεφάνωι.

1 Unam esse sodalitatem, quae Solis Minervae Mercurii sacris simul operam det, apparet; nam aliter futurum fuisse ut ὑπὸ — κοινοῦ ter repeteretur ex v. 4. 5. 7. 8 colligitur. Item v. 2. 4. 5 bis binorum, v. 5—7 octo deorum coniunctorum cultores habemus. 2 Collegia sacrorum causa constituta nominibus propriis conditorum significari Rhodi moris erat. In aliis titulis obvia sunt Ἀστυμήδειοι, Εὐφρανόρειοι, Θεαιδήτειοι, Λυσιστράτειοι, Πολυκλεῖοι, Φιλώνειοι. Cf. Inscr. ins. mar. Aeg. I. Indices p. 237 sq. Similiter ipsi dei ab eis qui sacra eorum instituerunt denominantur n. 600, 95. 97. 105. 3 Διὸς Σωτῆρος cultores. Similia nomina sunt Διοσαταβυριασταί et Διοσξειναστάι. (Cf. Inscr. ins. mar. Aeg. I Indices l. l.) 4 De Menis sacris cf. n. 633[2]. 775[2].

---

743 Stela marmoris albi fracta in duas partes, inventa Pergami in theatro. Supra titulum corona anaglypho expressa. Edd. C. Curtius Hermae VII p. 39 n. 12. Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς ἐν Σμύρνῃ εὐαγγελικῆς σχολῆς II, 1 p. 4. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 323 n. 485. Cf. quae disputavit R. Schoell Saturae philologae H. Sauppio oblatae p. 176 sqq.

Οἱ βουκόλοι[1] ἐτείμησαν | Σωτῆρα Ἀρτεμιδώρου, τὸν | ἀρχιβου-

Litterae ΖΘΞΠΣ. Quarum ex formis itemque ex nominibus Romanis non nimis frequentibus Sch. et Fr. collegerunt titulum primi p. Chr. n. saeculi esse. Mihi Traiani potius aut Hadriani aetati vindicandus videtur. 1 Non veros bubulcos, ut C. opinatus erat, sed mystas Bacchi, qui in Asia etiam alibi βουκόλων nomine uterentur, hic primus agnovit Sch. Plura de hoc thiasorum genere attulerunt Dieterich de hymnis Orphicis p. 3 sqq. et Fr., ex quibus commemorasse sufficiet titulos Apolloniae Thraciae C. I. G. 2052, ubi praeter alia vocabula officiorum mysticorum (v. 2 λικναφόρος. v. 4 ἑστί-α[ρχος]. v. 6 ἀρχιμύσ[της]. v. 16 ἀρχιβασσάρα. v. 17 κισταφόρος) versu tertio exstat [ὁ δεῖνα ---]ο[φ]όρου βουκόλος, et Ephesi Inscr. Gr. in the British Museum III, 2 p. 227 n. DCII *d*, 22. 25, ubi bis βουκόλος sodalium nominibus adiunctum legitur, cum v. 24 καὶ ταῖς βασσάραις sit. De eorundem sacrorum

5 κόλον[2], διὰ τὸ εὐσεβῶς | καὶ ἀξίως τοῦ Καθηγεμόνος ‖ Διονύσου[3] προΐστασθαι τῶν | θείων μυστηρίων.

εἰσὶν δὲ οἱ βουκόλοι·

Λ(ούκιος) [Ἀνε]ίνιος[4] Γάλλος
Περιγέ[νης] Περιγένους
10 Μηνόδωρος [Ἀ]σκληπιάδου
Ἑρμαΐσκος Ἑρ[μα]ΐσκου
Λ(ούκιος) Ἰούλιος Διοκλῆς
Τρύφων Τρύφωνος Κορ[ά]λλης[5]
Διομήδης Διομήδους
15 Ἑρμαΐσκος Ποσιδωνίου
Μηνογένης Ἀσκληπιάδου Μιννᾶς
Νικόμαχος Νικομάχου
Ἑρμογένης Ἀγαθοβούλου
Λ(ούκιος) Ἀνείνιος Ἰουλιανός
20 Γ(άϊος) Ἰούλιος Ῥοῦφος ὁ καὶ Ἀφροδείσιος
Ἀσκληπιάδης Ζωτ[ικ]οῦ[6] Ἐπίνεικος
Ἀγαθόβουλος Ἑρμογ[έ]νους
Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίου Πόπλιος
Ἰοῦστος
25 Ἀπολλώνιος

ὑμνοδιδάσκαλοι[7]

Μηνόφιλος Ἡρακλείδου Φῆλιξ
Ἀσκληπιάδης Μόσχου Πάρις

---

monumentis aliis Pergamenis v. not. 2. 3. 2 Cf. Alterth. von Pergamon VIII, 2 p. 325 n. 486, 4 [ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἀ]ρχιβουκόλου. p. 326 n. 487, 5 [ἀρχιβ]ου[κ]ολοῦντος. n. 488 Θεόδο[τ]ος ἀρχιβουκόλος Σωσιπάτραν τὴν ἱέρηαν. Item Perinthi oraculo Sibyllae ad mysteria Bacchi spectanti (Ephemeris epigr. III p. 236 n. 5), quod attulit Sch., subscriptum est Σπέλλιος Εὐῆθις ἀρχιβουκόλος, Ἡρακλείδου Ἀλεξάνδρου ἀρχιμυστοῦντος. Quaenam inter archibucolum et archimystam, qui etiam in titulo Apolloniatico (not. 1) fuit, ratio intercedat obscurum est. 3 Cf. Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 235 n. 319: Ἀγα[θῆι τύ]χηι. Διο[νύσωι] Καθηγεμόνι καὶ τῆι Μιδαπεδειτῶν σπείρη[ι] Δ[ι]ο[ν]ύσιος Διονυσίου [ἐ]στησεν. p. 325 n. 486, 2 [τοῦ Κ]αθηγεμ[όνος Διονύσου]. 4 Supplevit Sch. ex v. 19. 5 Ex hominibus qui bina nomina gerunt unus (v. 20) more apud plerosque Graecos usitato ὁ καὶ addit, reliqui septem (v. 13. 16. 21. 23. 27. 28. 30) alterum nomen post paternae originis significationem addunt sine coniunctione. Quae consuetudo Pergamenis communis fuisse videtur cum Smyrnaeis vicinis. Cf. n. 583[1]. 6 Supplevi. Ζωτ[αΐ]ου Fr., quo de nomine dubito, Ζωτ[ίχ]ου C., quod certe illi aetati et regioni minus convenit. 7 Hymnos a bucolis Dionysiaci cantatos nunc quoque

Σειληνοί[8]
30 Μηνόφαντος Μηνοφάντου Πολύβιος
Θάλαμος Ἀσκληπιάδου
Π(όπλιος) Οὐήδιος Νάσων χορηγός.

exstare in collectione eorum carminum quae Orphica vocantur perspexit Sch. Etenim I, 8 λισσομένοις κούρην (Hecaten) τελεταῖς ὁσίῃσι παρεῖναι βουκόλῳ εὐμενέουσαν ἀεὶ κεχαρηότι θυμῷ. XXXI, 6 sq. ἔλθοιτ' εὐμενέοντες (Curetes) ἐπ' εὐφήμοισι λόγοισιν βουκόλῳ εὐάντητοι ἀεὶ κεχαρηότι θυμῷ manifesto de hoc bubulcorum genere intellegenda esse. Cf. etiam n. 738[2]. 8 In repraesentandis Bacchi rebus gestis hi Silenorum partes sustinebant. Cf. Lucian. de salt. 79: ἡ μέν γε Βακχικὴ ὄρχησις, ἐν Ἰωνίᾳ μάλιστα καὶ ἐν Πόντῳ σπουδαζομένη καί τοι σατυρικὴ οὖσα οὕτω κεχείρωται τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἐκεῖ ὥστε κατὰ τὸν τεταγμένον ἕκαστοι καιρόν, ἀπάντων ἐπιλαθόμενοι τῶν ἄλλων, κάθηνται δι' ἡμέρας Τιτᾶνας καὶ Κορύβαντας καὶ Σατύρους καὶ βουκόλους ὁρῶντες. Fr. Cf. ἵπποι 737[77].

---

744 Tabula marmorea inventa in regione Κορακόνερο in insula Rhodo prope maris litus orientale inter suburbium et vicum *Koskinu* sita, exstat apud Christophorum Maliakam in suburbio Ἅγιοι Ἀνάργυροι. Edd. Papadopulos Kerameus Bull. de corr. Hell. V (1881) p. 331 n. 1 (P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2. p. 130 n. 186). F. Hiller von Gaertringen Inscr. mar. Aegaei I p. 11 n. 9.

Ἐπ' ἱερέως Εὐφάνευς, ἀρχεραν̣ιστᾶ | Μενεκράτευς Κιβυράτα,
Ὑακινθίου[1] | ἕκται ἐξ ἰκάδος[2], [τοίδ]ε τῶν ἐρανισ|τᾶν ἐπαν-
5 γείλα[ντο][3] εἰς τὰν ἀνοι|κοδομὰν τοῦ τοίχου καὶ τῶν μνα|μείων

Litterae ΞΠΩ. Inter Ν et Ν fluctuat scriptura, item inter Σ et Ϛ. Fines hastarum lineolis obductis ornati. 1 Eundem mensem habes apud Coos n. 614, 2. 24, apud Theraeos n. 630, 17. In Rhodiorum titulis perfrequens est eius memoria: fasti Inscr. mar. Aeg. I p. 5 n. 4, 16 ei in tertia columna proximum ante Panamum locum assignant, i. e. nonum totius anni ab aequinoctio auctumnali incipientis, ut respondeat Atheniensium Scirophorioni, nostro Iunio aut Iulio. Cf. E. Bischoff de fastis Gr. ant. p. 384. 2 Die vigesimo sexto. Cf. n. 623[2]. 3 Decretum erat ab eranistis, ut qui vellent contribuere ad instaurandam maceriem et monumenta sepulcralia profiterentur. Quo facto archeranista statim se omnem sumptum in se recipere pronuntiavit, ut quae ab aliis conferrentur integra manerent sodalitati. Eorum ex laterculo in hoc quidem fragmento nihil exstat nisi paucae versus 10 litterae. Sed aliam tabulam Maliakam domi habere refert Hi., qua partem illius indicis contineri probabile sit.

τῶν πεσόντων ἐν τῶι σεισμῶι· | Μενεκράτης Κιβυράτας ἀνοικοδομήσειν τὸν τοῖχον | καὶ τὰ μναμεῖα τοῖς ἰδίοις ἀναλώμασι· τὸ δὲ πεσὸ[ν] | ἀργύριον ἐκ τᾶν ἐπανγελιᾶν ὑπάρξει τῶι κοινῶι. ‖ [------ Διον]ῦδος[4] Δ

4 Supplevi. De hoc nomine cf. Herodian. Techn. I p. 236, 18 Lentz. Qui idem II p. 707, 4 genetivum Διονῦ esse dicit, sed ut -ᾶς -ᾶδος pro -ᾶς -ᾶ apud Graecos Asianos haud infrequens est (cf. n. 510, 69. 98. 600, 74. 82. 139), sic item Δεονῦδος habes iam in titulo Erythraeo perantiquo I. G. Ant. 494, 5.

745 Lapis niger, iuxta portam ecclesiae in vico *Vaïa* prope Thespias. Edd. L. Stephani Reise durch einige Gegenden des nördlichen Griechenlands p. 74 tab. V n. 56 (K. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 93 n. XXIII). Lebas Inscr. II, 403. Rangabé Ant. Hell. 892 (O. Lüders die dionysischen Künstler p. 162 n. 33. R. Meister ap. Bezzenberger Beitr. VI p. 13 n. 24 et ap. Collitz Gr. Dialektinschriften I p. 255 n. 800. W. Larfeld Syll. Inscr. Boeot. 243. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 p. 222 n. 339. W. Dittenberger I. Gr. Sept. I, 1785. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 637 n. 767). Cf. quae adnotavit K. Keil Philol. XXIII p. 231.

Ὅρος τᾶς | γᾶς τᾶς [ἱα]|ρᾶς τῶν σ[υν]|θυτά[ων] τᾶμ ‖ Μωσά[ων[1] τῶ]ν Εἰ|σιοδείων[2].

Litterae ΑΣ. 1 Aliam Thespiensem cultorum Musarum Heliconiadum sodalitatem novimus ex titulo I. G. Sept. I, 1790: [--- γ]ᾶν [ἀ]νέθε[ικε | Φιλ]έτηρος [Ἀττ]ά[λω Π]εργαμεὺς (Attali I regis filius, Eumenis II et Attali II frater) τῆς Μ[ώ‖σ]ης κὴ τῦς συνθύτης τοῖ(ς) Φιλετηρείεσσι ἱαρὰν [ε]ἶμεν τὸν πάντα χρό[ν]ον. 2 Non ad Musas hoc adiectivum spectare, ut fuerunt qui opinarentur, terminatio -ων (non -ᾶν) luculentissime probat. Immo quia plura erant Musarum collegia, cognominibus distinguebantur. Atque συνθύτη Φιλετηρεῖες quidem (not. 1) a principe cui egregia beneficia accepta referebant, Εἰσιόδειοι vero a poëta Heliconio quem in deliciis habebant appellabantur.

746 Stela supra et infra fracta. In vico *Embona* insulae Rhodi exscripsit J. Martha et edidit Bull. de corr. Hell. IV (1880) p. 138 (F. Hiller von Gaertringen Inscr. ins. mar. Aeg. I p. 108 n. 736).

Litterae volgares praeter ΞΣ non dispositae στοιχηδόν.

--ευ[---------- | ἐ]ρανιστῶν[1] τῶι κοινῶι ἔ|δωκε δωρεὰν ἐς
5 ταφία | τᾶς γᾶς τᾶς ἐν Ῥογκύω[ι[2],] ‖ ὡς ἁ ὁδὸς ἁ φέρουσα ἐξ
Ἀ|γυλείας εἰς Ἱππότειαν[3], | μᾶκος ὀργυᾶν εἴκοσι πέν|τε, πλάτος
10 ὀργυᾶν δεκα|έξ, ὡς ὅροι κεῖνται· ‖ δωρεὰν καὶ ἄλλον τόπον |
ἐν τᾶι κτοίναι· δωρεὰν | τὸ τέμενος τοῦ Ἀσκλαπ[ι]|οῦ καὶ τοῦ
15 Ἀπόλ[λωνος καὶ] | τᾶς Ἀφροδίτα[ς -------] ‖ ποιούμενος [----
------ | τ]οὺ[ς] ὅρου[ς ----------]

1 Sodalitatem Aesculapii, Apollinis, Veneris esse ex v. 12—14 apparet. H. 2 Inter Camirensium civitatis pagos unum esse, cuius ethnicum Ῥογκίδας (Inscr. mar. Aeg. I p. 57 n. 177, 2) aut Ῥυνχίδας (ibid. n. 178, 3) scriberetur, eumque sine dubio hic designari observavit Hi. Etenim patronymici forma a loci nomine derivari ethnicum, quod in universum sane a Graecorum more abhorret, in pagis insulae Rhodi non inauditum est (cf. Νέττεια et Νεττίδαι n. 450, 20 sqq.). 3 Inter Amphineorum gentes (πάτρας) Inscr. ins. mar. Aeg. I p. 100 n. 695, 21 recenseri Ἱπποτάδας, quorum sedem Ἱπότειαν esse, observavit Selivanov Topogr. Rhod. p. 71 sq., ad quem provocat H. Cf. not. 2.

747 Stela sepulcralis cum aëtomate, Tanagrae (*Skimatari*) in museo. Ed. Kumanudis Ἀθηναίου II p. 402 (inde G. Kaibel Hermae VIII p. 430). Ex Lollingii apographo edidi I. G. Sept. I, 688.

Ἐλπίς· | ταύτην ἔθαψεν ἡ σύνο|δος[1] τῶν Ἀθηναϊστῶν[2].

Litterae ΑΚΗ(ῆτα)ΠΣΩ. 1 Cf. n. 729[5]. 2 Eiusdem collegii duo alia epitaphia habes sermone Boeotico conscripta I. G. Sept. I 685 Ἐπὶ Λυκάωνι· οὔτον ἔθαψαν τὺ Ἀθαναϊστή. 687 Ἱππόμαχε χῆρε· οὔτον ἔθαψ[α]ν τὺ Ἀθαναϊστ[ή]. Praeterea unum Tanagrae exstat monumentum hominis a Dionysiastarum sodalitate sepulti (I. G. Sept. I, 686 Γαλάτας· οὔτον ἔθαψαν τὺ Διωνιουσιαστή) et unum mutilum I, 689 ubi nihil dispicitur nisi [τοῦτ]ον ἔθα-[ψαν οἱ σ]υνθύτα[ι ... (cf. n. 745, 3).

748 In impluvio domus privatae sitae in vico *Kermeti* insulae Coi. Edd. Paton et Hicks Inscriptions of Cos p. 166 n. 156.

Ὅ[ρ]ος θηκαίω[ν][1] | θιάσου Ἑρμαϊστ[ᾶν][2] | τῶν σὺν Νικηφόρ[ῳ] |
5 τῷ Ἑρμαίου Λαοδι|κέως[3].

Litterae ΑΘΣΩ. Extremae hastae apicibus ornatae. 1 Adiectivi θηκαῖος (cf. Herodot. II, 86 οἴκημα θηκαῖον) pluralis neutrius generis substantive usurpatus a nomine θήκη (cf. C. I. Att. II, 4092 Προκρίτου θήκη. 1088.

1089 ὅρος θήκης. 1090 ὅρος θηκῶν) eo potissimum differt, quod hoc quidem unum sepulcrum, illud vero ampliorem locum plurium defunctorum corporibus recipiendis destinatum indicat. Quare plerumque in coemeteriis collegiorum (not. 2), rarius sane etiam in privatorum epitaphiis (n. 885) occurrit. 2 Cf. Paton et Hicks Inscr. of Cos p. 165 n. 155: [Ὁ]ρος θηκαίω[ν] θιάσου Ἀφροδισιαστᾶν τῶν σὺν Εὐτύχῳ. p. 167 n. 157 Ὅρος θηκαίων Ἀθηναϊστᾶν τῶν σὺν [Δ]ράκ[οντι]. p. 167 n. 158 [Ὅρ]ος θηκαίων [θι]άσου Ἀθανα[ϊ]στᾶν τῶν [σ]ὺν Ἀσκλη[π]ιάδει. Quinti cippi perquam mutili relliquiae sunt p. 167 n. 159. 3 Hic et in reliquis eiusdem generis cippis (not. 2) manifesto nomen proprium indicat conditorem eundemque praefectum sodalitatis.

---

6. Vota et dedicationes.

749 In sella statuae ad viam sacram qua ad templum Apollinis Didymei ibatur prope Miletum. Ed. C. T. Newton Discoveries at Halicarnassus, Cnidus and Branchidae II p. 784 n. 72 (Roehl I. G. A. 488. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 p. 319 n. 486. E. L. Hicks Manual of Greek historical inscriptions p. 5 n. 6. F. Bechtel Inschriften des ionischen Dialekts p. 68 n. 98). G. Hirschfeld Greek Inscriptions in the British Museum IV, 1 p. 105 n. DCCCCXXXIII.

Χάρης εἰμὶ ο Κλέσιος Τειχιόσης[1] ἀρχός, | ἄγαλμα[2] τὸ Ἀπόλλωνος.

Litteratura Ionica ab illa quae inde a quinto a. Chr. n. saeculo per totam Graeciam propagata est non discrepans nisi litterarum Λ (λάμβδα) et Ν (νῦ) formis antiquioribus. A lineam transversam modo horizontalem habet modo obliquam. Scriptura βουστροφηδὸν disposita ut v. 1 a dextra sinistrorsum currat, v. 2 vice versa. 1 Tichiussam iam anno 454 a. Chr. in potestate Milesiorum fuisse apparet ex C. I. Att. I, 226, 21. 22 [Μι]λήσιοι [ἐν Τ]ειχιούσσῃ. Item de anno 412 a. Chr. Thuc. VIII, 26, 3 habet ἐς Τειχιοῦσσαν τῆς Μιλησίας, et apud Lebas-Waddington Inscr. III, 238 pagus Milesiorum appellatur. Sed qua aetate hic titulus incisus est, i. e. ut ex litteratura colligitur fere medio saeculo a. Chr. n. sexto, etiamtum separatam ab illis civitatem efficiebat, quae, ut tum pleraeque Ionicae et Aeolicae Asiae minoris, tyranni imperio subiecta erat. H. 2 Antiquiore vi (Boeckh C. I. G. I p. 7) vox hic ornamentum, rem pretiosam et splendidam qua quis exornatur significat, ita ut de deo usurpata non multum absit ab usitatissimi vocabuli ἀνάθημα notione. Quare genetivo casu non hominis quem statua repraesentat, sed dei cui dedicatur nomen adiungitur. Cur ante hanc vocem puncto quam commate distinguere maluerint editores non assequor. Nam utique haec quoque statuam de se ipsam praedicare fingitur.

750 Vas fictile, inventum Naucrati. Ed. Flinders Petrie Naucratis I, tab. IV n. 3. XXXII n. 1 (F. Bechtel Inschriften des ionischen Dialekts p. 153 n. 139 *a*).

Πολέμαρχός [με ἀνέθηκε τ]ῶπόλωνι : καὶ τὴν π[ρ]όχον[1] καὶ τὸ ὑπο[κρητ]ήριον[2].

Litterae AEMDV. 1 Lege πρόχουν. Memorabilem hanc contractionem in tam antiquo titulo Ionico iure existimat B. 2 Cf. monumentum Sigeense I. G. A. 492 *a*, 6, ubi item basis cui cratera imponitur Ionice ὑποκρητήριον appellatur, cum in Attica eiusdem tituli parte *b*, 4 ἐπίστατον sit.

751 Selinunte in templo Apollinis. Edd. G. Ugdulena Rivista Sicula di scienze, letteratura ed arti 1871 m. August. p. 201. S. Cavallari et A. Holm Bullettino della commissione di antichità e belle arti 1871 n. IV p. 27 cum tabula photographica; tum post multos alios H. Roehl I. G. A. p. 149 n. 515. E. L. Hicks Manual of Greek historical inscriptions p. 30 n. 25. G. Kaibel Inscr. Gr. Sic. et Ital. p. 45 n. 268 (F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III, 1 p. 26 n. 3046). Cf. quae de titulo disputaverunt H. Sauppe Nachrichten von der Ges. d. Wiss. in Göttingen 1871 n. 24 p. 605 sqq. et F. Blass Mus. Rhen. XXXVI p. 615 n. 12.

[Δι]ὰ τὸς θεὸς τό[σ]δε νικῶντι[1] τοὶ Σελινόν[τιοι· | δι]ὰ τὸν Δία[2] νικῶμες καὶ διὰ τὸν Φόβον[3] [καὶ] | δ[ιὰ] Ἡρακλέα καὶ δι' Ἀπόλ-

Litterae ΛΛ (β, cf. not. 3) <▷⊕ΛΛRV+(χῑ). Saeculi quinti a. Chr. n. medii titulum esse demonstravit Kirchhoff Studien zur Gesch. des gr. Alphabets[4] p. 113. 1 I. e. vicerunt. De hac victoria nihil memoriae proditum est. Nam quae apud Diodorum XI, 86, 2 leguntur κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Ἐγεσταίοις καὶ Λιλυβαίοις ἐνέστη πόλεμος (Aristone Athenis archonte a. 454/3 a. Chr.), coniectura audaci et improbabili A. Holmii Gesch. Siciliens I p. 257. 431 ad Selinuntiorum res tracta, de Segestanorum et Halicyaeorum potius bello intellegenda esse docuit Koehler Mitth. des arch. Inst. in Athen IV p. 31 sq. 2 Ut Megaris sacra Iovis Olympii maximi momenti erant (cf. Paus. I, 40, 5. I. G. Sept. I, 1—14; supra n. 174, 15), sic item apud colonos Selinuntios; cf. v. 6. 10. Nolim eodem referre cum Sauppio Herodot. V, 46 οἱ γάρ μιν Σελινούσιοι ἐπαναστάντες ἀπέκτειναν καταφυγόντα ἐπὶ Διὸς Ἀγοραίου βωμόν. Neque enim huius quidem Iovis templum aut sacra magnifica fuisse existimo, sed simpliciter in medio foro dei qui eius tutelam habebat aram collocatam, ut ubique moris erat. 3 ΦΟΛΛΟΛ lapis. Hoc cum Ugd. Φόνον legisset, Holm eam litterae βῆτα formam agnovit, quae apud Corinthios eorumque

λονα καὶ διὰ Π[οτ]|ε[ιδᾶ]να καὶ διὰ Τυνδαρίδας καὶ δι' Αθ[α]||-
5 ν[αί]αν καὶ διὰ Μαλοφόρον[4] καὶ διὰ Πασικ|ρά[τ]ειαν[5] καὶ δι[ὰ]
τὸς ἄλλος θεός[6], [δ]ιὰ δὲ Δία | μάλιστ[α]. φιλία[ς] δὲ γενομένας
ἐν χρυσ|έο[ι][7] ἐλά[σα]ντα[ς, τὰ δ'] ὀνόματα[8] ταῦτα κολ|άψαντ[ας
10 ἐς] τὸ Ἀ[π]ολ[λ]όνιον[9] καθθέμε||ν, τὸ Διὸ[ς προ]γρά[ψα]ντες[10]. τὸ
δὲ χρυσίον | ἐξέκ[οντα[11] τ]αλάντον ἔμεν.

---

vicinos et colonos antiquitus usitata erat. Singillatim sane non nihil discrepant tituli, sed omnes tamen figuras (ΠΛΓΥΛΓΥΠ) ad eandem originem redire apparet. Φόβον Ho. interpretatur illum Martis filium et comitem, quem iam Homerus novit Δ, 440. Λ, 37. N, 299. O, 119. At sic ipsum Martem ab hoc recensu deorum victorum abesse mireris. Quare praestabit cum Sa. ipsius dei ἐπίκλησιν agnoscere omisso nomine proprio positam ut infra Μαλοφόρον (not. 4) et Πασικράτειαν (not. 5). 4 Cf. Pausan. I, 44, 3 ἐς δὲ τὸ ἐπίνειον (Megarensium), καλούμενον καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι Νίσαιαν, ἐς τοῦτο κατελθοῦσιν ἱερὸν Δήμητρός ἐστι Μαλοφόρου. λέγεται δὲ καὶ ἄλλα ἐς τὴν ἐπίκλησιν, καὶ τοὺς πρώτους πρόβατα ἐν τῇ γῇ θρέψαντας Δήμητρα ὀνομάσαι Μαλοφόρον. Cuius testimonium ut perbene illustrat arctissimam sacrorum necessitudinem, quae inter Megarenses eorumque colonos intercedebat, sic explicationem cognominis habet manifesto falsam. Nam ovis Dorice μᾶλον, Boeotice μεῖλον est, ut appareat a pomorum potius cultura derivandam deae appellationem cum scholiasta Homerico I, 542. Eodem redire videtur πολυμάλου Σικελίας praeconium apud Pindarum Ol. I, 12. Sa. 5 Proserpinam. Hom. Hymn. Cer. 364 ἐνθάδ' ἐοῦσα δεσπόσσεις πάντων ὁπόσα ζώει τε καὶ ἕρπει, τιμὰς δὲ σχήσεισθα μετ' ἀθανάτοισι μεγίστας aptissime confert Sa., monens illud cognomen nusquam accommodatius videri debere quam in Sicilia, quae nuptiarum causa a Iove Proserpinae dono data esset; Pind. Nem. I, 13: νάσῳ, τὰν Ὀλύμπου δεσπότας Ζεὺς ἔδωκεν Φερσεφόνᾳ κατένευσέν τέ ϝοι χαίταις, ἀριστεύοισαν εὐκάρπου χθονὸς Σικελίαν πίειραν ὀρθώσειν κορυφαῖς πολίων ἀφνεαῖς. 6 Eiusdem cautionis et reverentiae hoc est de qua exposui n. 786[2]. 7 Sic Ugd. (Becht. Bl.), ἐνχρυσέο[ς] Sa., ἐνχρύσεο[ν] Holm. At verissime Bl. monuit, ἐνχρύσεος adiectivum non ex legibus sermonis formatum esse neque minus accommodate idem omnium deorum qui ante enumerati essent aureas statuas a Selinuntiis voveri improbabile iudicavit. Quare mihi quidem χρύσεον substantive de tabula vel lamina aurea dici videtur, in qua cum imagines deorum anaglyphae malleo exprimendae (ἐλάσαντας) tum index nominum insculpendus (κολάψαντας) sit; sane obiectum verbi ἐλάσαντας non definite enuntiatum aliquid molesti habere non infitior. Utique κολάψαντας non ad hunc lapidem sed ad illam tabulam auream spectare inde apparet quod utrumque participium aeque a καθθέμεν pendet, cum tamen hic titulus non depositus sit in templo, sed lapidi parietis incisus. 8 Supplevit Sauppe. ἐν χρυσέο[ι τ]ελα[μῶ]ν(ι) α[ὐτὰ τ]ὠνόματα ταῦτα Bl. Sed recte Becht. et Kaib. hanc lectionem pugnare cum scripturae relliquiis iudicaverunt; adde quod pronominum αὐτὰ — ταῦτα cumulatio sententiae accommodata non est. 9 Supplevit Ugd. [προ]φλ[ι]ώνιον (a φλιά) Sauppe ingeniose,

sed non recte. Nam quod ille Iovis Agoraei potius templi antae incisa haec existimat, num eiusmodi templum ullum fuerit Selinunte, dubium est (not. 2); Apollinem vero proximum ac paene eundem dignitatis locum habuisse cum Iove, propter summam inter metropoleos et coloniae sacrorum necessitudinem (not. 4) probabile est. Nam eximiam fuisse apud Megarenses Ἀπόλλωνος Ἀρχηγέτου venerationem constat; cf. Theogn. 773 sqq. Pausan. I, 42, 5. supra n. 291, 22. 10 Supplevit Holm. De Sauppii conatu nomen Iovis Agoraei hic reponendi cf. not. 9. Anacoluthia, per quam duobus accusativis participiorum ἐλάσαντας — κολάψαντας subiungitur nominativus προγράψαντες, multis similis neglegentiae exemplis defenditur. 11 Aspirationem non neglegentia omissam, sed ex ϝεξήκοντα veteris Doridis legitime ἑξήκοντα natum observavit Bl.

---

752 Herma marmoris albi inventus anno 1889 prope ecclesiam S. Charalampi sitam in colle exiguo occidentem versus a vico *Erimokastro* (Thespiis). Ed. P. Jamot Bull. de corr. Hell. XIX (1895) p. 375 n. 28.

Τοὶ ἱεράρχαι[1] ἀνέθεαν[2] | τοὶ ἐφ᾽ Ἴππωνος ἄρχοντος | τοῖς Δαι-
5 μόνεσσι[3], | Ἐπικύδης Κλεσθένειο[ς[4], ‖ Π]αραιβάτας Θεσπίω, |

Litterae volgares Ionicae praeter Ξ, non dispositae στοιχηδόν. ΘΟΩ reliquis litteris minores. De aetate cf. not. 4. 1 Curam pecuniarum in aerario sacro asservatarum aliarumque rerum sacrarum potissimum huic magistratui, cuius raro mentio fit, mandatam fuisse discimus ex tabula Oropia I. G. Sept. I, 303. Jam. Ceterum manifesto non unum erat eiusmodi collegium quod omnium eiusdem civitatis templorum rebus praeesset, sed ad unum modo fanum eorum administratio spectabat, illic ad Amphiararium Oropiorum, hic fortasse (not. 3) ad nobilissimum illud Cupidinis apud Thespienses delubrum. 2 Flexio Boeotica; cf. Kühner-Blass Ausf. Gramm. d. gr. Spr. I, 2 p. 198. 3 Neque cum Ἀγαθοῦ δαίμονος sacris (n. 756[1]) neque cum θεῶν δαιμόνων (*deorum manium*) appellatione quae non infrequens est in titulis sepulcralibus huic dedicationi quicquam intercedere necessitudinis recte pronuntiat Jam. Quod idem fortasse 'deos sine nomine qui non haberent proprias aras' intellegendos dicit, id non tam propter eas rationes, quas deinde ipse profert, mihi improbandum videtur, quam quia ἱεράρχαι (not. 1) manifesto in certo quodam templo munere suo funguntur, neque credibile est eos aliis deis ac quorum illud templum erat sollenni magistratus nomine praemisso quidpiam dedicasse. Sed quinam potissimum daemones designentur, in medio relinquendum videtur. Haud absurde Jam. de comitibus quibusdam asseclisque Cupidinis illius Thespiensis cogitat, etsi quae de origine eorum nominum ex oriente repetenda statuit mihi quidem non probavit. 4 Tria hic habes adiectiva patronymica (Κλεσθένειος v. 4. Χηριῆος v. 6. Λευκώνιος v. 7), genetivos item tres, ex quibus unus sane (Ὀρτείδα

[Κ]αλλιμένης Χηριῆος, | [Δ]αμόφιλος Λευκώνιος, | Εὔτυχος
10 Ὀρτείδαο. | γραμματιστὰς Φίλων ‖ Φρύνω, καρυκεύον|τος Ξενο-
κράτεος.

---

v. 8) in tempore definiendo in censum non venit, quia a patronymicis in -δας cadentibus Boeoti nunquam adiectiva in -ιος fingebant; sed duo reliqui Θεσπίω v. 5. Φρύνω v. 10 indicio sunt, eo tempore haec incisa esse, quo iam recentior paternae originis significandae mos magis magisque gliscebat, i. e. medio fere saeculo a. Chr. n. tertio. Cf. adn. ad I. G. Sept. I, 1672.

---

753 Tabula marmorea fracta a sinistra, inventa Minoae in insula Amorgo, delata Theram ad N. Delendam. Ed. L. Ross Inscr. inedd. fasc. III p. 60 n. 316.

Ἀγαθῇ τύχῃ. | [Α]ὐρ(ήλιος)[1] Θεόδοτος Ἑρ|[μ]οῦ, στεφανοφο|[ρή]-
5 σας[2] σὺν καὶ Αὐρ(ηλίῳ) ‖ [Ἰά]σονι Μουσικοῦ | [καὶ] τελέσας τὰ
πά|[τρι]α μυστήρια τοῖς | [θεοῖς,] κοματροφήσαν|[τος[3] τ]οῦ υοῦ
10 μου Αὐρ(ηλίου) ‖ [Θεοδ]ότου β′, τὸν τίτλον[4] | [ἀν]έθηκα.

Litterae ΛΔΘΘΠΣΥ. 1 Quod nemo hic sine Aurelio nomine comparet, eo probabile fit, titulum anno 212 p. Chr. non esse antiquiorem, etsi propter exiguum nominum numerum non plane certa res est. 2 Stephanephorum Minoëtarum etiam C. I. G. II Add. p. 1034 n. 2264 *m*, 10 esse adnotat R. 3 Cf. n. 4202. 4 Magis etiam, quam Latina vox *titulus* in Graeca inscriptione usurpata, singulare est quod non opus aliquod inscripto titulo consecrari dicitur deis, sed ipse modo titulus. Sed cf. Mitth. aus Oesterreich IX p. 119 n. 81, 60 sqq. τὴν εἰκόνα τοῦ κυρίου Σεβαστοῦ καὶ τὸν τίτλον σὺν ταῖς γραφαῖς τοῖς ἱερουργοῖς [Τ]ιβ(έριος) Κ(λαύδιος) Στρατόνεικος ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέστησε.

---

754 Marmor album quadrangulum inaedificatum Pergami in domo privata prope ecclesiam Armeniacam. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 248 n. 326.

Π(όπλιος) Εὔφημος [κ]αὶ [Τ]υλλία Σ[π]ένδο[υ]σ[α] οἱ ἱεραφόροι[1]

Litterae ΖΘΛΠΣΩ et in versu primo bis Ψ, cum in reliquis volgaris forma sit. Extremae hastae apicibus ornatae. 1 Sacerdotes qui in Isidis mysteriis suppellectilem sacram portant. Cf. Plutarch. de Iside et Osiride c. 3 p. 352 B διὸ καὶ τῶν ἐν Ἑρμοῦ πόλει Μουσῶν τὴν προτέραν Ἴσιν ἅμα καὶ Δικαιοσύνην καλοῦσι — δεικνύουσαν τὰ θεῖα τοῖς ἀληθῶς καὶ δικαίως

καθιέρωσαν | τοὺς θεούς, οὓς ἡ θεὸς[2] ἐκέλευσε, Σάραπιν, Εἶσιν, Ἄνουβιν, Ἁρφο|κράτην[3], Ὄσειριν, Ἆπιν, Ἥλιον ἐφ' ἵππῳ[4] καὶ ἱκέτην παρὰ τῷ ἵππῳ, Ἄρη, Διοσ|κόρους, σινδόνα[5] ἐν ᾗ ἐζω-
5 [γ]ράφ[η]ται[6] ἡ θεὸς καὶ τὰ περὶ τὴν θεό[ν] ‖ πάντα, ἄλλας σινδόνας λαμπρὰς τρεῖς, πέταλα χρυσέα ὀγδο|ήκοντα. ἐπεσκεύασα δὲ καὶ τὰ ἀκρόχειρα τῶν ἀγαλμάτων, σαν|δάλια, χαλκεῖα καὶ περιραντήριον πρὸ τοῦ πυλῶνος.

ἱεραφόροις καὶ ἱεροστόλοις προσαγορευομένοις. Pari idem sacerdotium fuisse testatur titulus C. I. G. II Addend. p. 1076 n. 2384*b*, 1. Fr. 2 Isis, ut apparet ex ἱεραφόρων (not. 1) appellatione. 3 De huius nominis scriptura cf. n. 559[5]. 4 A Graecorum sensu alienam, sed in Asiae minore longe lateque propagatam fuisse hanc Solis equitantis repraesentationem multis anaglyphis quae per illas regiones inventa sunt allatis demonstravit Fr. 5 Cum Aepyptiorum in universum (Lucian Deor. conc. 10 σὺ δὲ, ὦ κυνοπρόσωπε καὶ σινδόσιν ἐσταλμένε Αἰγύπτιε. Pollux VII, 72 σινδὼν δ' ἔστι μὲν Αἰγυπτία, περιβόλαιον δ' ἂν εἴη τὸ νῦν δίκροσσον καλούμενον) tum potissimum Isidis cultorum (papyrus apud Dieterich Abraxas p. 79 σινδόνα καθαρὰν περιβεβλημένος Ἰσιακῷ σχήματι) hoc vestimenti genus esse monet Fr., atque ut alibi vox etiam de erioxylo usurpetur, sic in his sacris linteam vestem designari certum iudicat coll. Kaibel Epigr. 1028, 1 Αἰγύπτου βασίλεια λινόστολε et Plut. de Iside et Osiride 2 p. 352 C οὔτε Ἰσιακοὺς (sc. ποιοῦσιν) αἱ λινοστολίαι καὶ ξυρήσεις (ξύρησις codd., em. Reiske). Eiusmodi λινόστολος Ἰσιακός recte a Fr. habetur is qui infra n. 761, 4 σινδονοφόρος vocatur. 6 ΖΩΙΡΑΦΙΤΑΙ. Ceterum de imaginibus acu pictis hic dici videtur. Omnia quae hic enumerantur a σινδόνα v. 4 usque ad σανδάλια v. 6. 7, ad vestitum et ornatum simulacri deae probabiliter rettulit Fr.

---

755 Tabula marmoris Pentelici, Athenis in impluvio musei centralis. Ed. Koehler C. I. Att. II, 1536.

Φίλιππος Ἰασιδήμο Κολωνῆθεν ἀνέθηκ[ε] | τοῖς Δώδεκα θεοῖς καὶ τῆι Ἀγαθῆι Τύχηι[1].

Litterae Ionicae volgares dispositae στοιχηδόν. Infra titulum exstat superior pars coronae. 1 Cf. n. 528, 5. 600, 88. 620, 12. 43. 641, 34. 756, 1.

---

756 Tabula marmorea inventa Pergami in coemeterio Turcico. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon Abth. VIII, 2 p. 251 n. 341.

Ἀγαθῇ Τύχῃι καὶ | Ἀγαθῷ Δαίμονι[1] | τὴν βάσιν | Φιλήμων
5 Ἄνθου ‖ σκουτλάριος[2].

Litterae volgares praeter ΗΘΣ. Extremae hastae lineolis obductis ornatae. 1 Simillimam dedicationem habes in titulo Coo Gr. Dialektinschriften III p. 369 n. 3650: [Φ]ίλιππος Αὐτοφ[ῶ]ντος τὸ ὡρολόγιον Τύχαι ἀγαθᾶι καὶ Ἀγαθῶι Δαίμονι καὶ τῶι δάμωι. 2 Qui pavimentum scutulis, i. e. tabulis lapideis rhombi figura, sternit. Vitruv. VII, 1, 4: *cum ea (pavimenta) structa fuerint et fastigia sua structione habuerint, ita fricentur, uti si sectilia sint, nulli gradus in scutulis aut trigonis aut quadratis seu favis exstent, sed coagmentorum compositio planam habeat inter se directionem.* Fr. Cf. n. 890, 11 ἀποσκουτλώσει cum adnotatione.

757 Basis marmoris Pentelici fracta a postica parte; planitiei anticae, quae titulum tenet, nihil desideratur nisi angulus dexter superior. Eleusine. Ed. D. Philios Ἐφ. ἀρχ. 1887 p. 112 n. 33.

Κόϊντος Πομπήϊος Αὔλου υ[ἱὸς][1]
ἐποίει καὶ ἀνέθηκε
σὺν ἀδελφοῖς Αὔλωι καὶ Σέξτωι
Αἰῶνα[2]
5 εἰς κράτος Ῥώμης[3] καὶ διαμονὴν
μυστηρίων[4].

Litterae ΕΘΞΠϹω. 1 Nominum ratio suadet ne nimis recentem titulum existimemus; in eandem partem valet iota mutum nusquam omissum. Quare Augusti aetate utique non recentiorem existimo titulum. Cf. etiam not. 3. 2 Cf. K. Wernicke ap. Pauly-Wissowa Realencyklopaedie I, 1 p. 1042 sq. W. H. Roscher Ausf. Lexicon der gr. u. r. Myth. I p. 195. A. Baumeister Denkm. I p. 32. Eximias esse huius numinis partes apud Nonnum itemque apud Platonicos illi aetate suppares constat; at hic titulus (not. 1. 3) multo antiquior est quam ut illorum opiniones hic quaerere liceat. Quod contra in fabulis Orphicis antiquis ut Χρόνῳ maximum momentum tribueretur, sic Αἰῶνος nomen nusquam occurrere observavit Wern. Quod vero ad Mithrae mysteria huius dei sacra referuntur, id nullo firmatur testimonio, sed una nititur simulacrorum quorundam in Mithraeis inventorum interpretatione, quae hominem alatum, facie leonina, ab inferiore parte serpentibus involutum referunt (v. imaginem ap. Baumeisterum). At opinionem a Zoëga primum propositam ab aliisque haud paucis probatam, hanc figuram Aeona repraesentare, idoneo fundamento carere recte monuit Wern. Quare quod haud procul ab hac basi repertum est caput serpentis, id num ex monumento a Q. A. S. Pompeis dedicato supersit, ut Philio visum est, in medio relinquendum erit. 3 Quod Urbis aeternae nomen

Αἰὼν ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς αὐτοῖς αἰεὶ | φύσει θείαι μένων κόσμος
10 τε εἷς | κατὰ τὰ αὐτά, ὁποῖος ἔστι καὶ ἦν ‖ καὶ ἔσται, ἀρχὴν
μεσότητα τέλος | οὐκ ἔχων, μεταβολῆς ἀμέτοχος, | θείας φύσεως
ἐργάτης αἰωνίου πάντα[5].

---

nudum ponitur nulla adiuncta Augustorum mentione, id ei quam not. 1 protuli aetatis definitioni favere videtur. 4 Si de Mithrae potissimum mysteriis hoc accipias, certe temporum rationes non refragabuntur. Nam ea bello praedonum (67 a. Chr.) primum per magnam orbis Romani partem propagata esse discimus ex Plutarchi Pomp. 24. At incertissima est opinio de Aeonis cum Mithra necessitudine (not. 2). Quae sequitur laus dei (v. 7—12) eius totus color nullum genus fabularum reconditarum aut sacrorum arcanorum refert, sed temporis infiniti notionem sermone simplici et perspicuo illustrat. 5 Durus hic adverbialis accusativi usus, ut κατὰ lapicidae errore excidisse haud improbabile sit.

---

758 Basis marmorea integra inventa Deli. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 328 n. 22.

Εὔτυχος Ἀπολ[λ]ων(ί)ου[1] Νυμφαίτη[ς][2] | ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τοῦ
υἱοῦ Εὐβο(ύ)λο[υ][3] | καὶ ὑπὲρ τῶν πλοϊζομένων πάντων | Διὶ
5 Οὐρίωι, Σαράπιδι, Ἴσιδι, Ἀνούβιδι, Ἁρ‖φοκράτει[4], θεοῖς συν-
νάοις καὶ συμ|βώμοις, ἐπὶ ἱερέως Θεομνήστου | τοῦ Θεογένου
Κυδαθηναιέως[5], | ζακορεύοντος Νυσίου[6], | χαριστήριον.

Litterae ΑΘΘΠΣ. 1 ΑΠΟΛ ΊΝΟΥ. 2 Civis oppidi Pontici cui nomen erat Νύμφαιον. Cf. Steph. Byz. Νύμφαιον· πόλις Ταυρικὴ μεταξὺ Παντικαπαίου μητροπόλεως καὶ Θεοδοσίας, ὥς φησι Στράβων (VII, 4, 4 p. 309 Cas.). τὸ ἐθνικὸν δύναται ὡς Ἡραιεύς Νυμφαιεύς· τὸ δὲ νυμφαῖος κτητικὸν ἀπὸ τῶν νυμφῶν. λέγεται δὲ καὶ Νυμφαίτης. 3 ΕΥΒΟΛΟ. 4 De scriptura cf. n. 559[5]. 5 Cf. n. 759[3]. 6 (Διο)νυσίου Hauv., errorem lapicidae statuens. At n. 770, 6 item ζακορεύοντος Νυσίου est neque [Διο]νυσίου, ut sane etiam illic voluit editor, reponere licet, quia omnes versus praeter primum utrimque integri sunt.

---

759 Basis marmorea inventa Deli. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 324 n. 16. Aliam plane geminam, sed paullo magis mutilatam, habes ibidem p. 325 n. 17. Uncis ea modo inclusi, quae in utroque lapide interciderunt.

Σαράπιδι, Ἴσιδι, | Ἀνούβιδι | Κόϊντος Γαΐου | [κ]ατὰ πρόσ-
5 ταγμα[1] ‖ διὰ ὀνειροκρίτου[2] | Μηνοδώρου | τοῦ Ἀγίου | Νικο-
10 μηδέως, | ἐπὶ ἱερέως ‖ Λέοντος | τοῦ Ἀγαθάρχου | Μαραθωνίου[3].

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Cf. n. 786[1]. 2 Somniorum interpretes etiam in aliis titulis Deliis deorum Aegyptiorum (n. 765, 1) occurrunt; hic videmus προστάγματα deorum, ex quibus longe plurima ex his donis eis oblata sunt (n. 786[1]), plerumque per somnum eis obtigisse, ut ministris opus esset qui ea interpretarentur. 3 Hinc apparet titulum eo anno, quo insula rursus in Atheniensium potestatem pervenit (167 a. Chr.) recentiorem esse.

760 Parva basis marmorea inventa Deli. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 333 n. 30.

Ἴσιδι Δημονίκη Νικίου ὑπὲρ αὑτῆς καὶ τῶν τέ|κνων Ἀριστείδου καὶ Ἀρισ|τοκλέους καθ' ὅραμα[1], ἐπὶ ἱερέως Φιλοκράτου.

Litterae volgares praeter ΑΘΠΣ. 1 Quia deam per somnum viderat. Cf. n. 784[2]. 786[1].

761 Lapis leucophaeus, praeter eam partem quae titulum habet paene rudis; litterae neglegenter incisae. Effossus Deli. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 323 n. 13.

Ἀνούβιδι Ἡγεμόνι[1], Σαράπι | Σωτῆρι, Ἴσι Σωτε(ί)ραι[2] | Ἀπολ-
5 λώνιος Χαρμίδου | σινδονοφόρος[3] ‖ κατὰ πρόσταγμα τοῦ θεοῦ.

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Ut alibi (n. 762[1]) ipsa nomina deorum Graecorum dis peregrinis ac potissimum Aegyptiis imponuntur, sic hic certe ἐπικλήσεις Mercurii Anubidi, Iovis Sarapidi, Dianae Isidi tribui videmus. 2 ΣΩΤΕΡΡΑΙ. Ἴσις Σώτειρα etiam n. 764, 1 est. 3 Cf. n. 754[5].

762 Basis marmorea in superficie excavata; litterae diligenter incisae. Deli. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 331 n. 26.

Πρῶτος Πυθίωνος Κῶιος, σωθεὶς | ἐκ πολλῶν καὶ μεγάλων κινδύνων, | Σεράπει, Ἴσει, Ἀνούβει, Ἀπόλλωνι[1], θε|οῖς συννάοις,

5 ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τῶν ‖ παιδίων Φιλουμένης[2] καὶ Πυθίω|νος χαριστήριον.

Litterae volgares praeter ΑΠΣ. 1 Apollinem hic intellegendum esse Harpocratem sine dubio recte statuit Hauv. provocans ad n. 764, 2 Ἔρωτι Ἁρφοκράτει Ἀπόλλωνι et C. I. G. 7045, 1 Μέγας Ἕρος Ἀπόλλων Ἁρφοκράτης. 2 Duo prima huius versus vocabula in rasura rescripta sunt.

763 Basis marmorea. In superficie duo vestigia pedum. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 336 n. 37.

Ἀπατούριος Διοδώρου | Μιλήσιος τὰ βήματα[1] | ἀνέθηκεν Ἴσιδι | 5 Δικαιοσύνηι[2] ‖ κατὰ πρόσταγμα[3], | ἐπὶ ἱερέως Ἀριστίωνος τοῦ | Εὐδόξου Μελιτέως[4].

Litterae volgares praeter ΑΘΞΠΣ. 1 Quae in superficie lapidis insculpta sunt more satis frequenti apud Graecos, de quo disputavit A. Conze Reise auf der Insel Lesbos p. 31 sqq., congestis omnibus exemplis quae tum nota erant. Qui quod peregrinationis ad delubrum dei feliciter peractae haec monumenta existimat, sine dubio verum vidit. Nam quod Hauv. de pedum potius morbis deorum ope curatis cogitat propter n. 775, 3. 4 ὑπὲρ τῆς ὁλοκληρίας τῶν ποδῶν, fugit illum longe alius generis monumentum esse. Namque ut ipse concedit hic βήματα (non πόδες) Conzii interpretationi magis favere, sic non neglegendum est hic duorum pedum vestigia in lapidis superficie excavata haberi, illic ipsos pedes anaglypho expressos. 2 Non modo ἐπικλήσεις Graecae in deam Aegyptiam transferuntur (Σώτειρα n. 761[2]), sed etiam propria nomina dearum Graecarum, ea potissimum quae ad rerum humanarum regimen spectent, perfrequenter cognominum instar adiunguntur Isidis nomini. Cf., ut Deliorum modo titulorum exemplis utar, Ἴσιδι Νεμέσει Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 336 n. 38, 1. p. 337 n. 40, 5. ἄγαλμα Ἴσιδος Νεμέσεως ibid. p. 337 n. 39, 5. Νίκη Ἴσιδι p. 339 n. 44, 1. Ἴσιδι Τύχῃ Πρωτογενείᾳ infra n. 765, 3. Ἴσιδι Ὑγιείᾳ Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 339 n. 42, 3. Ceterum Ἶσις Δικαιοσύνη etiam a Plutarcho commemoratur eo loco quem attuli n. 754[1]. De legibus ab ea latis et iustitiae cura Diodorus I, 27, 4 et hymni lapidibus incisi qui Andri et Ii inventi sunt mentionem faciunt. Cf. quae composuit W. Drexler ap. Roscher Ausf. Lexicon d. gr. u. röm. Myth. II, 1 p. 459 sq. 3 Cf. n. 786[1]. 4 Cf. n. 759[3].

764 Tabula quadrata marmoris albi fracta in duas partes, eruta Deli. Ed. Kumanudis Ἀθηναίου IV p. 458 n. 7.

Ἴσιδι Σωτείραι[1] Ἀστάρτει Ἀφροδίτηι | καὶ Ἔρωτι Ἁρφοκράτει[2] Ἀπόλλωνι[3] Ἀνδρόμαχος Φανομάχου | [ὑπὲρ ἑαυτοῦ] καὶ γυναικὸς καὶ τέκνων χαριστήριον.

1 Cf. n. 761[2]. 2 De nominis scriptura cf. n. 559[5]. 3 Cf. n. 762[1].

---

765 Basis marmorea. In litteris vestigia coloris rubri. Deli. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 339 n. 43.

Πτολεμαῖος Διονυσίου Πολυρρήνιος[1] ὀνειροκρίτης[2] | καὶ ἀρεταλόγος[3] καὶ ἡ γυνὴ Καλλίστιον Μαρσύου Ἀντιό|χισσα Ἴσιδι Τύχηι Πρωτογενείαι[4] ὑπὲρ τοῦ δήμου | τοῦ Ἀθηναίων, ἐπὶ ἱερέως Γαΐου Ἀχαρνέως[5].

Litterae volgares praeter ΑΠΣ. 1 Cf. n. 241[8]. 2 Cf. n. 759[2]. 3 Cf. n. 784[2]. 4 Cf. n. 763[2]. 5 Cf. n. 759[3].

---

766 Tabula marmoris albi, fracta ab inferiore parte, inventa Deli. Ed. Kumanudis Ἀθηναίου IV p. 460 n. 11.

Ὥρωι | κατὰ τὸ πρόσταγμα[1] | τοῦ θεοῦ | Κτήσιππος ‖ Κτησίππου | Χῖος[2] | μελανηφόρος[3].

1 Cf. n. 786[1]. 2 Ab eodem homine aliud donum Isidi oblatum testatur titulus C. I. G. 2294: Ἴσι [Κ]τήσιππος [Κ]τησίππου Χῖος [με]λανηφόρος. 3 Cf. n. 559[2].

---

767 Tabula marmoris albi eruta Deli. In litteris vestigia coloris rubri. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 498 n. 16.

Εἰσίδωρος Νουμη|νίου Ἱεροπολείτης[1] | ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῆς |

Litterae ΑΠΣ. 1 Ex urbibus quibus Ἱεράπολις nomen erat (cf. Steph. Byz. s. v.) hic designari videtur Syriaca, quae ab indigenis *Mabog* (Βαμβύκη, hodie quoque *el Manbedsch*, cf. Benzinger ap. Pauly-Wissowa Realencyklopaedie II, 2 p. 2843) vocatur. Nam illic Atargatis (v. 5) antiquissimum et celeberrimum omnium templum habebat.

5 γυναικὸς καὶ τῶν τέ‖κνων Ἀδάδωι[2] καὶ Ἀταρ|γάτει[3] καὶ Ἀσκληπιῶι[4] ἐ[π]ὶ | ἱερέως Θεοδότου τοῦ | Διοδώρου Σουνιέως[5].

2 Deus Solis apud Syros, cuius a nomine tres Damascenorum reges *Benhadad* vocati sunt. Cf. Tümpel ap. Pauly-Wissowa Realenc. I, 1 p. 339, qui provocat ad Macrob. Sat. I, 23, 17 sq. et Plin. hist. n. XXXVII, 186. Quia Heliopoli (*Baalbek*) primariam sedem habebat, sacris eius per orbem Romanum propagatis Latine Iuppiter Optimus Maximus Heliopolitanus vocari solebat (L. Preller Röm. Myth. I ed. 3 cur. Iordan p. 402); neque absurda est coniectura, de eodem n. 771, 2 Graecam appellationem Διὶ τῷ πάντων κρατοῦντι accipiendam esse. 3 Deae Hierapolitanae (not. 1) sacra Delia praeter hunc titulum testantur Bull. VI p. 498 n. 17, 1 Μάνιος Οὐηράτιος Γαΐου Ἀταργάτει εὐχήν. n. 18: Ἀταργάτει [ἁγ]νῇ θεῷ .. ιναῖος ἁλιεὺς κατὰ πρόσταγμα. n. 19: Ἁγνῇ θεῷ Ἀταρ[γάτει]. n. 20, 2: Ἀταργάτιος, fortasse etiam n. 21, 1 Ἀ[τά]ργι(?) θ[ε]ῷ ἐπηκόῳ. Astypalaeae eandem habes n. 768, 4, Smyrnae n. 584, 2. 13 τὴν θεόν aliam non esse piscium sacrorum cultus prodit. 4 Qui tertius duobus numinibus Syriis adiungitur, ne ipse quidem Graecus esse videtur. Cf. n. 762[1]. Phoenicum *Ešmun* (cf. Roscher Lex. der gr. u. r. Mythol. I, 1 p. 1385) a Graecis Ἀσκληπιός vocari solet, sed is num etiam a Syris mediterraneis cultus sit ignoro. 5 Cf. n. 759[3].

---

768 Ara parva quadrata marmoris albi, Astypalaeae in domo privata. Ed. O. Rayet Bull. de corr. Hell. III (1879) p. 407. Ex hoc exemplo, inspectis etiam Rayeti schedis, F. Hiller von Gaertringen Inscr. ins. mar. Aeg. III p. 44 n. 188.

5 Ἀντίοχος | καὶ | Εὔπορος | Ἀταργάτειτι[1] ‖ ἀνέθηκαν.

Litterae ΑΘΠΡΣ. 1 Exitum nominis in Rayeti schedis ΕΙΤ ϕ esse testatur H., cum R. ipse ΕΙΤΙ expresserit. Ceterum utrum mero errore syllaba τει (τι) iterata sit, ut opinatur Hi., an hic teneamus flexionem nominis barbari in -ῖς, -ῖτος, discrepantem illam ab usitata, vix diiudicari poterit. Rectissime vero Hi. negat esse cur lapidem aliunde Astypalaeam translatum sumamus. Immo sodalitatem Syrorum potissimum hominum deam patriam in illa insula coluisse, cuius rei luculentissimum exstet testimonium, decretum illius collegii editum ab ipso Inscr. ins. mar. Aeg. III p. 41 n. 178.

---

769 Basis quadrata marmoris albi inventa Deli. Ed. Kumanudis Ἀθηναίου IV p. 460 n. 13.

Κλεοστρατίδης Ἀπολλωνίου | Ἀθηναῖος[1] | ὑπὲρ τοῦ δήμου τοῦ 5 Ἀθηναίων | καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων ‖ καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ

καὶ τῶν θεραπευτῶν | τοὺς Ἔρωτας καὶ τὰς παραστάδας | Ἁγνῆι Ἀφροδίτηι Συρίαι θεῶι[2] | χαριστήριον, ἐφ ἱερέως | Νικο-
10 στράτου τοῦ Δημαρέτου Λαμπτρέως[3]. ‖ ἀνετέθησαν δὲ οἱ Ἔρωτες ἐφ' ἱερέως | Ζωΐλου τοῦ Ζωΐλου Φλυέως[4], | δημοσίου δὲ Εὐτυχίδου.

---

1 Eiusdem hominis munificentiam duae aliae inscriptiones testantur, ex quibus altera (Ἀθηναίου IV p. 461 n. 14) ad verbum cum hac consentit, sed angulo sinistro superiore fracto versuum 1—4 partem modo habet, etiam infra nonnullis locis mutilata est. Altera, cuius dimidia pars a dextra periit (Ἀθ. IV p. 461 n. 15) eisdem formulis concepta est, sed alius dedicationis et alius anni; cf. v. 5. 6 ἀνετέθη ὁ θρόνος ἐπὶ ἱερέως Αἰσ[χρίωνος ------,] ζακορεύοντος Δημητρίου. 2 Cf. Ἀθην. IV p. 462 n. 16, 2 Αἰσχρίων Αἰσχρίωνος τοῦ Διονυσίου Μελιτεὺς ἱερεὺς γενόμενος Ἁγνῆς Ἀφροδίτης ἐν τῷ ἐπὶ Ἀριστάρχου ἄρχοντος ἐνιαυτῷ. p. 459 n. 9 Ὁ ἱερεὺς Διόφαντος Μαραθώνιος Ἀφροδίτηι Ἁγνῆι χαριστήριον. Bull. de corr. Hell. VII p. 367 n. 17, 5 κανηφορήσασαν Ἁγ[νῆι] Ἀφροδίτηι. vs. 7 Ἁγνῆι Ἀφροδίτηι. Cui nomini quod in Cleostratidis dedicationibus adiungitur Συρίαι θεῶι (sic etiam Ἀθ. IV p. 461 n. 15, 4) ad eandem numinum inter se similium confusionem referendum videtur, quam in Iside (n. 763[2]) et Harpocrate (n. 764, 2) observavimus. 3 Cf. n. 759[3]. 4 Nicostrati sacerdotis anno Cleostratides pecuniam dederat et opus ut efficeretur mandaverat, Zoili, qui sine dubio proximus post illum erat, sacerdotio simulacra perfecta in templo collocanda curavit.

---

770 Tabula marmoris albi inventa Deli. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 500 n. 23.

---------- Στερτίνιος | Σπορίου Ῥωμαῖος Ὑδρέω[ι][1] | ἐπηκόωι
5 χαριστήριον | ἐφ' ἱ(ε)ρέως Θεομνήστου ‖ Κυδαθηναιέως[2], | ζακορεύοντος | Νυσίου[3].

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Numen barbarum ignotum. Nam quod H. affert, inter deos Syrios qui Hierapoli (n. 767[1]) culti sint unum nomen *Hedrôn* gerere, cognatum illud quidem cum *Hadar* item Syriaca dei cuiuspiam appellatione (Maspéro, de Carchemis oppidi situ et historia p. 22. 23), id neutiquam certum est. 2 Cf. n. 759[3]. 3 [Διο]νυσίου supplet Hauv. At sic et hic symmetriam versuum molestissime turbatam et n. 758, 9 in medio versu tres litteras socordia omissas esse statuendum esset, cum manifestum sit, hos duos locos se invicem tutari.

771 Lapis non laevigatus praeter planitiem quae titulum habet, erutus Deli. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 502 n. 25.

Κατὰ πρόσταγμα[1] Ὀσείριδος | Διὶ τῶι πάντων κρατοῦντι | καὶ Μητρὶ μεγάλῃι τῆι πάντων | κρατούσηι[2] Ἀριστοκύδης Δημα‖-
5 ρήτου καὶ Ἀρτέμων Πυθέου.

Litterae ΑΠΣ. 1 Cf. n. 786[1]. 2 Adadum et Atargatin (n. 767, 5) interpretatur H. non inepte, siquidem etiam alibi dei peregrini sub nominibus Graecis latent (n. 762[1]). Sed tamen certam non esse illius coniecturam vix ipsum fugerit.

---

772 Basis oblonga, fracta a dextra, eruta Athenis ad septentrionalem arcis murum inter Propylaea et Erechtheum. Edd. Cavvadias Ἐφ. ἀρχ. 1886 p. 81 n. 4, tab. VI. Ex Lollingii collatione A. Kirchhoff C. I. Att. IV, 1, 2 p. 88 n. 373[91]. Auctum duobus frustulis versuum 1. 2 a dextra parte titulum exhibuit P. Wolters, Antike Denkmäler herausgeg. von K. D. arch. Inst. I (1890) tab. 53 (Kirchhoff C. I. Att. IV, 1, 3 p. 181). Cf. quae disputaverunt C. Robert Hermae XXII p. 129 sqq. F. Studniczka Jahrbuch des arch. Inst. 1887 p. 135 sqq.

Νέαρχος[1] ἀν[έ]θεκε[ν ʿο κεραμε]‖ὺς[2] ἔργον ἀπαρχὲ[ν[3] τ]ἀθ[εναίαι[4]].

Litterae Atticae antiquiores ΑΕΘΜΝΡΣΤ. Vs. 3. 4 multo diductioribus litteris exarati quam 1. 2; sed in utroque versuum pari litterae accurate στοιχηδόν dispositae. 1 Robertus hic eundem hominem agnovit, cuius inscriptio in testa vasis figuris nigris picti, inventa in arce, edita ab O. Benndorf Griech. u. sicil. Vasenbilder tab. XIII legitur haec: [ἔ]γραφσεν κ[ἀποίεσεν] | Νέαρχός με. Sub finem sexti a. Chr. n. saeculi hunc artem exercuisse videri, id quod perbene conveniret cum Antenoris sculptoris nomine (not. 5). Obloquitur Studn., sed eius supplementum (not. 2) non uno nomine improbabile est. 2 Hic cum Cavvadias nomen υἱ]ὺς deprehendere sibi visus esset, Studn. totum versum sic refingere conatus est Νέαρχος ἀν[έ]θεκε [Νεάρχο ʿυι]ός. At neque probabile est hoc nomen hic additum esse, v. 4 non item, et rectissime monuit R. a sermone quo Attici in titulis pedestri oratione compositis usi essent hunc nominativum alienum esse. Quod Studn. ad νέκυς aeque cum νεκρός Athenis usurpatum et ad genetivum υἱέως (debebat certe υἱέος scribere) provocat, Roberti sententiam neutiquam refutavit. Etenim υἱός et υἱόν non alius stirpis declinationisve sunt atque υἱέος υἱεῖ υἱεῖς

Ἀντένορ[5] ἐπ[οίεσεν ˈ]ο Εὐμάρος[6] τ[ὸ ἄγαλμα][7].

υἱέων υἱέσι, sed propter fastidium vocalis υ in duabus deinceps syllabis repetitae dissimilatione ex υἱύς, υἱύν natae sunt. Quam aliquando etiam ab Atticis neglectam esse ille genetivus profecto non potest probare. 3 Cf. I. G. A. p. 156 n. 543, 6. 7 Ϝέργων δεκάταν; Ross Inscr. inedd. fasc. III p. 39 n. 298 Νικίας μ' ἀνέθηκεν, Ἀπολλ(ο)ν, υἱὸς Θρασυμήδεος, ἔργων ὧν ὁ πατὴρ ἠργάσ(σ)ατο, τὴν δεκάτην σοι. Ad idem fere redit ἀπὸ τῆς τέχνης n. 773, 3. 4 +Ϝι . ιΑΘ lapis. 5 Eundem statuarium qui Harmodii et Aristogitonis imagines, anno 480 a. Chr. in Asiam avectas, postea vero Atheniensibus redditas et iuxta recentiores Critii et Nesiotae prope Martis templum collocatas (Pausan. I, 8, 5. Arrian. Anab. III, 16, 7. VII, 19, 2. Plin. N. h. XXXIV, 70. Valer. Max. II, 10 *ext.* 1) sculpserat, iam Cavv. hic agnovit reliquique omnes probaverunt, quia litteratura tituli illius aetati optime convenit. 6 Nominativus non potest non Εὐμάρης esse. Tamen pictorem, qui primus virorum et mulierum imagines certa ratione distinxisse fertur, perquam probabiliter hic agnovit R., nam *Eumarus* scriptura, qua utitur Plinius N. h. XXXV, 56, errore non nimis gravi orta esse potest. Ki.

---

773 Amphipoli (*Jeniköi*). Ex L. Couvii apographo ed. P. Perdrizet Bull. de corr. Hell. XIX (1895) p. 110 n. 2.

Μ(ᾶρκος) Καικέλιος[1] | Σωτᾶς ὁ χαλκεὺς | ἀπὸ τῆς τέχνης[2] |
5 Θεοῖς μεγάλοις ‖ τοῖς ἐν Σαμοθρᾴκηι[3].

Litterae ΑΘΠΣ. 1 De hac scriptura cf. Hermae VI p. 140. 2 Cf. n. 772[3]. 3 Cf. n. 342, 19. 596, 5. 659, 19.

---

774 Lapis cum anaglypho, inventus Philippopoli Thraciae, delatus in Italiam ubi est in oppido Moncalieri in collectione collegii Caroli Alberti. Ed. L. Bruzza Annali dell' Instituto arch. Rom. XXXIII (1861) p. 380.

Litterae volgares praeter ΠΣ si apographo fides. Vs. 2 init. tenues reliquias litterae C sibi deprehendisse videtur editor, eodem versu medio O angulatam esse et lineam curvam ultra verticem prolongatam habere ut δ minusculae primo aspectu haud dissimilis sit littera testatur idem. Sed id recte ad meram lapicidae neglegentiam refert, ut T bis ad litterae Γ formam prope accedentem. Imperatorum Romanorum temporibus monumentum dedicatum esse in propatulo est.

Ἀγαθῇ τύχῃ. | [Σ]τρατία ὑπὲρ τῆς ὁράσεως[1] | θεᾷ Δήμητρι[2] δῶρον[3].

1 In anaglypho Stratiam repraesentari ad deam accedentem manibus quidem sublatis adorandi causa, sed clausis oculis, ut malum cuius medelam petebat indicetur, testatur B. 2 Deam anaglyphum exprimit longe celsiore quam reliquae omnes figura, spicas tenentem, cum serpente. Cererem hic ut deam medicam implorari singulare est; certe quae B. congessit testimonia nihil momenti habere mihi videntur. 3 Raro de rebus quae homines deis consecrant, quae proprie ἀναθήματα vocantur, haec vox usurpatur in titulis pedestri sermone compositis. Confer tamen n. 787, 4.

---

775 Coloae in Phrygia; supra titulum duo pedes mulieris anaglypho expressi. Ex A. Fontrierii apographo et ectypo ed. P. Foucart Bull. de corr. Hell. IV (1880) p. 128.

Ἀρτέμιδι Ἀναείτι[1] καὶ | Μηνὶ Τιάμου[2] Μελτίνη | [ὑ]πὲρ τῆς
5 ὁλοκληρίας | [τῶν] ποδῶν εὐχὴν ‖ [ἀνέσ]τησεν.

Litterae ΑΠΣΩ. 1 Anaïtidis, quae a Graecis cum Diana confundebatur, cultum novimus apud Lydos, quorum in oppido Philadelphea principum Romanorum aetate Σεβαστὰ Ἀναείτια celebrabantur (Lebas-Waddington Asie mineure 655). Ea sacra etiam in Phrygiam propagata esse hic demum titulus docuit. 2 De Menis sacris in universum cf. n. 633[2]. Cognomen Τιάμου barbarum idemque obscurissimum, nam quaecumque prolata sunt de eius vi atque origine neutiquam accommodata esse ad persuadendum verissime monuit W. Drexler apud Roscher Lexicon der gr. u. röm. Myth. II, 2 p. 2753.

---

776 Columna marmoris Pentelici inventa Athenis in Asclepieo. Edd. Kumanudis Ἀθηναίου V p. 326 n. 6. Ex Koehleri apographo W. Dittenberger C. I. Att. III, 1 Add. p. 485 n. 132 *a*.

Ἀσκληπιῶι καὶ Ὑγιείαι | καὶ τῶι Ὕπνωι[1] | Θεωρικὸς Συνδρόμου | Στειριεὺς[2] χαριστήριον.

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Inter permultas dedicationes Aesculapii filiarumque quae Athenis in Asclepieo erutae sunt, Somnus illis adiungitur nusquam nisi hic. Cave tamen de incubationis more hoc accipias, qui ut Epidauri celeberrimus (n. 802 sqq.), sic ab Atheniensium sacris alienus fuit. Immo quia haud raro post diutina insomnia rediens somnus gratissimum

valitudinis indicium est eoque vires longinquo morbo exhaustae insigniter restituuntur, ei inter deos medicos locus concessus videtur. Cf. etiam n. 631[3]. 2 C. I. Att. II, 470, 107. 108 inter Pandionidis tribus ephebos sunt Καλλικρατίδης Συνδρόμου Στειριεὺς et Θε[ω]ρικὸς Συνδρόμου Στειριεύς, archonte Agathocle, cuius de anno etsi dissentitur, tamen quin alterius a. Chr. n. saeculi ad finem vergentis sit non licet dubitari. Sequitur ut hoc donum, quod Theoricus sine dubio aetate provectior dedicavit, ad priorem primi a. Chr. n. saeculi partem referatur. Tertius frater esse videtur Οἰνόφιλος Συνδρόμου Στειριεύς C. I. Att. III, 1297, 3 sqq., fratris filius Καλλικρατίδης Συνδρόμου Στειριεύς C. I. Att. III, 109, 6. 110, 6, gymnasiarchus Augusti fere principatu.

---

777 In plintho statuae exiguae Hygiae inventae in Asclepieo Epidauriorum. Edd. Cavvadias Γλυπτὰ τοῦ Ἐθνικοῦ Μουσείου n. 271. B. Staïs Ἐφ. ἀρχ. 1886 p. 249. Cavvadias Fouilles d'Epidaure I p. 60 n. 159.

Τῇ Ὑγείᾳ Γάϊος ἴατρα[1].

Litterae ΛC. 1 Cf. Hesych. ἴατρα· μισθοὶ θεραπείας et titulos Epidaurios n. 802, 45. 803, 8. 35. 804, 20; permultas eiusdem formationis et significationis voces, ut λύτρα, θρέπτρα, σῶστρα, κόμιστρα, ἐκτίματρα (n. 779, 3) in sermone Graeco esse nemo ignorat.

---

778 Titulus in plintho statuae exiguae puerulum repraesentantis, inventae in Asclepieo Epidauriorum. Ed. Cavvadias Γλυπτὰ τοῦ ἐθνικοῦ Μουσείου n. 281. Fouilles d'Epidaure I p. 60 n. 160.

Τῷ Τελεσφόρῳ | Γάϊος ἴατρα[1].

Litterae ACΩ. 1 Cf. n. 777[1].

---

779 Basis marmoris caerulei inventa Cnidi in sacro Cereris. Edd. C. T. Newton History of discoveries at Halicarnassus, Cnidus and Branchidae II p. 715 n. 18 (tab. LXXXIX). G. Hirschfeld Greek Inscriptions in the British Museum IV, 1 p. 21 n. DCCCX.

Δάματρι καὶ Κούραι καὶ τοῖς | θεοῖς τοῖς παρὰ Δάματρι καὶ | Κούραι[1] χαριστεῖα[2] καὶ ἐκτίμα|τρα[3] ἀνέθηκε Πλαθαινὶς Πλά||-
5 τωνος γυνά[4].

Litterae Ionicae volgares non dispositae στοιχηδόν. 1 Eandem formulam habes Gr. inscr. in the Br. Museum IV, 1 p. 20 n. DCCCVI, 3, nisi quod post παρὰ Δάματρι non additur καὶ Κούρᾳ. Qui sint illi Cereris et Proserpinae θεοὶ σύνναοι, vides ex titulo ibidem expresso p. 22 n. DCCCXI: Σώστρατος Λαχάρτου Δάματρι, Κούρᾳ, Πλούτωνι Ἐπιμάχῳ, Ἑρμῇ. Multo frequentiores sunt tituli Cnidii dedicatorii, qui Cererem et Proserpinam modo appellant aut coniunctas aut alterutram ex eis solam. 2 Vox Doriensium Asianorum et insulanorum vicinorum propria. Apud Cnidios iterum occurrit Gr. inscr. in the British Museum IV, 1 p. 25 n. DCCCXVIII, 4; in titulis Theraeis item bis legitur Inscr. ins. mar. Aeg. III p. 99 n. 416, 3. 420, 6. In reliqua Graecia hac vi inferiore aetate usurpatur χαριστήριον. 3 Nomen singulare et obscurum. Donum expiandi causa oblatum significari non posse, quia illud verbum Graece non ἐκτιμᾶν, sed ἐκτίνειν sonaret, perspexit Hi. Idem quod honoris causa deo consecraretur indicari negavit, quia ἐκτιμᾶν nusquam de honore debito qui a mortalibus deo haberetur, usurpatum occurreret. Si in re obscurissima coniecturam proponere licet, mulierem ex servitute aut captivitate deae ope redemptam ei gratiam referre putaverim. Nam etsi ne huius quidem verbi ἐκτιμᾶν notionis ullum tenemus exemplum, tamen ex praepositivis ἐξ et nominis τιμά (*pretium*) significationibus ea non incommode derivatur. 4 Eiusdem mulieris duo alia dona, ex quibus alterum Proserpinae soli offertur, alterum una cum matre, habes Gr. inscr. in the Br. Mus. IV, 1 p. 21 n. DCCCVIII. DCCCIX.

---

780 Basis marmorea inventa in alveo torrentis prope rudera Lebenae veteris in insula Creta. In altera parte titulus similis huius, sed tam mutilus ut eum hic repetere inutile sit. Ed. F. Halbherr Museo Italiano di antichità classica III p. 724 n. 173 *a*.

Οὔλπιοι Νείκαν|δρος καὶ Σωτ[ή]ρι|ος Ὑγείᾳ Σω[τεί]|ρῃ Συνοδοι-
5 [πό||ρ]ῳ[1] κατ' ὄναρ[2].

Litterae ΑΔΕΠΣΩ. 1 Dea quae homines in peregrinationibus, quippe quae multifariam valetudini periculosae sint, comitatur et conservat. Alius eiusdem generis dedicationis fragmentum apud H. n. 173*b* v. 2 item certa appellationis [Συνοδοι]πόρῳ vestigia servavit. 2 Cf. n. 786[1].

---

781 Stela marmorea inventa in Asclepieo Epidauriorum. Edd. Cavvadias Ἐφ. ἀρχ. 1883 p. 166 n. 57. Baunack Studien I p. 98 n. 57. Cavvadias Fouilles d'Epidaure I p. 48 n. 63.

Litterae volgares praeter ΑΔΘΛΠΣ.

Ἱεροκλῆς Ἀφρο|δεισίου ἱερεὺς | τοῦ Σωτῆρος Ἀσκλη|πιοῦ Παν-
5 θείῳ[1] κα||τ' ὄναρ[2].

1 Cf. titulum Epidaurium ap. Cavvadiam Fouilles I p. 48 n. 63*a* Βωμὸν Πανθείωι ἱερεὺς ἱδρύσατο Δᾶος. Cum iam satis antiquo tempore usitatum fuisset omnibus deis una (θεοῖς, θεοῖς πᾶσι, θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις) dona offerre et sacra facere, mox communia omnium deorum delubra (Πάνθεια, ut Olympiae secundum testimonium scholiastae Pindari Ol. III, 60. VIII, 12) constituta sunt. Sed inde ab Augusti aetate etiam omnium deorum in unum, cui Πάνθειος nomen esset, confusio obtinebat. H. Usener Götternamen p. 345 sqq. 2 Cf. n. 786[1].

782 Ara marmorea rectangula inventa in Asclepieo Epidauriorum. Edd. Cavvadias Ἐφ. ἀρχ. 1883 p. 150 n. 43. Baunack Studien I p. 94 n. 43. Cavvadias Fouilles d'Epidaure I p. 58 n. 135.

Ἐλέου | βωμὸν[1] | Ἱεροκλῆς[2] | κατ' ὄναρ[3].

Litterae volgares praeter ΑΣΜ. 1 Cf. Pausan. I, 17, 1 Ἀθηναίοις δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἄλλα ἐστὶν οὐκ ἐς ἅπαντας ἐπίσημα καὶ Ἐλέου βωμός, ᾧ μάλιστα θεῶν ἐς ἀνθρώπινον βίον καὶ μεταβολὰς πραγμάτων ὄντι ὠφελίμῳ, μόνοι τιμὰς Ἑλλήνων νέμουσιν Ἀθηναῖοι. Rectius Diodorus XIII, 22, 7 primos omnium Athenienses Misericordiae aram consecrasse refert. Ceterum de illa Attica ara fusius disputavit C. Wachsmuth Die Stadt Athen im Alterthum II p. 436. 2 Sine dubio Aphrodisii f. sacerdos Aesculapii Servatoris (n. 781, 1). 3 Cf. n. 786[1].

783 Basis parva rotunda marmoris Hymettii inventa Athenis ad Asclepieum. Edd. Kumanudis Ἀθηναίου V p. 418 n. 9. Ex Lollingii apographo W. Dittenberger C. I. Att. III, 1 Add. p. 491 n. 181 *c*.

Ἀσκληπιῷ καὶ Ὑγείᾳ | καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς | πᾶσι καὶ πάσαις[1]
5 κατὰ ὄ|νειρον[2] Καικίλιος ὁ χρη||ματίζων[3] Βούλων Μοι|ραγένους

Litterae ΑΖΗΗΘΠΣΩ. Extremae hastae lineolis transversis ornatae. 1 Cf. n. 786[2]. 2 Cf. n. 786[1]. 3 Graeci qui civitate Romana utuntur plerumque nomen Graecum praenomini et nomini gentili ita adiungunt, ut cognominis Latini locum teneat. Rarissime formulae ὁ καὶ, ὁ χρηματίζων, ὁ ἐπικληθείς, quae suum locum tenent ubi aliquis duo nomina Graeca habet, sic usurpantur. Sed cf. Olympia V p. 335 n. 220, 6 Ἀπολλ[ώ]νιος

Φυλάσιος[4], | ζακορεύοντος Μά(ρ)|κου[5] Κορτίου Ῥούφου | Ἀγνουσίου.

Ἀπολλωνίου ὑὸς Ἠλεῖος ὁ καὶ Τιβέριος [Κλ]αύδιος. p. 517 n. 424, 2 Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίου ὁ καὶ Τιβέριος. p. 479 n. 369, 3 Τιβέριος Κλαύδιος Ἀπολλωνίου υἱὸς ὁ καὶ Ἀπολλώνιος. 4 Familiam nobilem pagi Phylasiorum, in qua alternis vicibus nomina Bulo et Moeragenes usurpabantur, a fine primi post Chr. n. saeculi usque ad medium tertium floruisse tituli (C. I. Att. III, 78, 6. 7. 1020, 29. 1101, 5. 6. 1110, 21. 1141, 9. 1186, 11. 76. 1193, 6. 24) docent. Sed nulli ex his nomen gentile *Caecilius* tribuitur. 5 ΜΑΒ|ΚΟΥ.

---

784 Stela marmoris Pentelici inventa in arce Athenarum occidentem versus a Parthenone. Edd. Lolling Δελτίον ἀρχαιολογικὸν 1888 p. 206. P. Foucart Bull. de corr. Hell. XIII p. 168 n. 5. Ex apographo a Lollingio misso Koehler C. I. Att. IV, 2 p. 259 n. 1426*b*.

Ἀθηνάαι[1] Μένεια ἀνέθηκεν | ὄψιν ἰδοῦσα ἀρετὴν[2] τῆς θεοῦ.

Litterae Ionicae volgares non dispositae στοιχηδόν. 1 Cf. n. 101, 67. 586, 2. K. Meisterhans Gramm. der att. Inschr. ed. 2 p. 24 not. 138. Ex hac scriptura de tituli aetate coniecturam facere licet. Neque enim ullum exstat eius exemplum medio saeculo a. Chr. n. quarto recentius. F. 2 Cf. n. 806, 9 sqq.: [ἰδοῦσαν] δέ με πλείονας ἀρετὰ[ς τοῦ θεοῦ καθ' ὕπ]νον [ἀν]αγράφειν ὁ θεὸ[ς ἐκέλευσε τὰς ὄψ]εις. Strabo XVII, 1, 17 p. 801 Cas. Κάνωβος δ' ἐστὶ πόλις — ἔχουσα τὸ τοῦ Σαράπιδος ἱερὸν πολλῇ ἁγιστείᾳ τιμώμενον, — ὥστε καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἄνδρας πιστεύειν καὶ ἐγκοιμᾶσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν ἢ ἑτέρους. συγγράφουσι δέ τινες καὶ τὰς θεραπείας, ἄλλοι δὲ ἀρετὰς τῶν ἐνταῦθα λογίων (ἀρεταλογίων C D F, ἀρεταλογιῶν Reinach). Hic quoque, ut eis locis de quibus S. Reinach Bull. de corr. Hell. IX p. 257 sqq. docte et subtiliter disputavit, vim divinam quae mirabilem in modum hominibus laborantibus salutem afferret, voce ἀρετή significari vidit Fouc. Neque dubito quin recte Reinachius hinc repetiverit nomen ἀρεταλόγος (n. 765, 2), de quo sane multa in contrariam partem disputata sunt. Cf. O. Crusius apud Pauly-Wissowa Realencyklopaedie II 1 p. 670.

---

785 Basis quadrata marmoris albi, in domo G. Nicolaïdis in oppidulo sito ad principalem insulae Patmi portum. Ed. J. Sakkelion Ἐφ. ἀρχ. περίοδος II p. 261 n. 230.

[Ἄ]ρτέμιδι Πατμ[ίᾳ[1] | ἀ]νέθηκε Ζω[ΐς][2] | καθ' ὕπνο[υ]ς[3].

Litterae ΑΖΘΠΣΩ. Extremae hastae lineolis transversis ornatae. 1 De Diana Patmi culta testantur cum mensis Ἀρτεμισιών (n. 681, 1) tum epitaphium metricum mulieris sacerdotis Ross Inscr. inedd. fasc. II p. 72 n. 190 (Kaibel Epigr. Gr. 872), ubi v. 7 Patmus νῆσσος ἁ[γα]υ[ο]τάτη Λητωΐδος vocatur. De origine sacrorum v. 9. 10 legimus [Σκυθ]ί[η]θεν ἀρήϊος εἶσεν Ὀρέστης ..... φύγεν ἧς μητροφόνου μανίης; v. 12 [βο]υλαῖς Ἀρτέμιδος Σκυθίης. 2 Supplevi. Ζῶ[σα] S., quod nomen Graecum esse non videtur. 3 Cf. n. 786[1].

786 Ara parva quadrangula; in fronte anaglyphum repraesentans Panes duos stantes, ex quibus alter a sinistra nudus fistula canit, alter a dextra vestitus fistulam manu dextra demissa tenet. Tituli v. 1—3 supra anaglypha, v. 4—5 infra. Erutum monumentum Athenis ad radices occidentales arcis. Ed. H. Schrader Mitth. des arch. Inst. in Athen XXI (1896) p. 275.

Εἰσιὰς Διοδώρου | ἐκ Λαμπτρέων | Μητρὶ θεῶν | κατ' ἐπιτα-
5 γήν[1]. πάντα ‖ θεὸν σεμνύνομεν[2].

Litterae ΑΕ(nonnunquam Ε)ΘΠΣ. 1 Eiusmodi formulae haud infrequentes sunt in titulis dedicatoriis, veluti προστάξαντος τοῦ θεοῦ C. I. Att. II, 1491, 2. [θεοῦ π]ροσταγῇ Cavvadias Fouilles d'Epidaure I p. 59 n. 148. κατ' ἐπίταγμα C. I. Att. III, 163, 3. 209, 2. κατὰ πρόσταγμα n. 759, 4. 761, 5. 763, 5. 766, 2. 771, 1. C. I. Att. III, 164, 1. Bull. de corr. Hell. VI p. 339 n. 44. Iubere poterat deus aut per somnum aut oraculo; neque raro distincte alterutrum genus divini imperii significatur (κατὰ μαντείαν 787, 5. κατ' ὄναρ n. 780, 5. 781, 4. 782, 4. κατὰ ὄνειρον 783, 3. καθ' ὕπνους 785, 3. Idem significare videtur n. 760, 3 καθ' ὅραμα). 2 Idem hoc sibi velle videri ac morem omnibus deis una (n. 783, 3) aut Pantheo (n. 781, 4) aliquid dedicandi statuit Schr., non improbabile existimans Panum imagines propter recentioris aetatis dei nomen a πᾶν derivantis opinionem hic additas esse. Sed mihi id modo caveri videtur, ne unius deae veneratione reliquorum invidia excitetur. Cf. Plat. Sympos. 180 E ἐπαινεῖν μὲν οὖν δεῖ πάντας θεούς. n. 751, 6 deorum quibus Selinuntii victoriam acceptam ferunt nominibus subiungitur καὶ διὰ τὼς ἄλλως θεώς.

787 Columna rotunda inventa in Piraeeo. Ed. J. Schmidt Mitth. des arch. Inst. in Athen VI (1881) p. 342 (Koehler C. I. Att. II, 3 p. 351 n. 1571 *b*).

5 Νικαγόρ[α] | Φιλιστίδου | γυνὴ Παιανιέως | Διὶ δῶρον[1] ‖ κατὰ μαντείαν[2] | ἀνέθηκε.

Litteratura volgaris Ionica, quam Sch. recte quarto aut tertio a. Chr. n. saeculo vindicat. 1 Cf. n. 774[3]. 2 Cf. n. 786[1].

788 Thasi. Ed. E. Miller Revue archéologique XIII p. 284 n. 34.

Ποσιδώνιος κα[ὶ | Σ]τρατηγὶς [Τ]ύχῃ | Θάσου[1] εὐχήν.

Litterae volgares praeter ΠΣ. 1 Editor sic distinguit: κα[ὶ Σ]τρατηγίς, [τ]ύχῃ. Θάσου εὐχήν. Quae quid sibi velint non assequor. Immo Fortunae Thasi nescio quid dedicavit Posidonius cum uxore. Quo de sacrorum genere cf. n. 397, 5 ἱέρειαν — τῆς Τύχης τῆς πόλεως (Athenarum).

7. Oracula.

789 Tabula marmoris fracta in quattuor partes, inventa Eleusine. Ed. D. Philios Ἐφ. ἀρχ. 1888 p. 25 sqq. P. Foucart Bull. de corr. Hell. XIII (1889) p. 433 sqq., qui pleraque sollertissime et felicissime restituit. Ex Lollingii apographo Koehler C. I. Att. IV, 2 p. 30 n. 104 *a* (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 580 n. 674). Cf. quae exposuit Tsuntas Ἐφ. ἀρχ. 1888 p. 113 sqq.

Litterae volgares dispositae στοιχηδόν; pro ΑΘΞ haud raro nihil nisi ΛΟΞ exstat in lapide, quod singillatim enotandum non existimavi. De aetate cf. not. 5. Decretum est de fundo sacro cui ὀργάς (not. 2) nomen erat. Ac primum quidem (v. 1—23) postremam partem eorum praeceptorum tenemus, quae ad terminos eius agri, qui incuria interciderant aut malignitate sublati erant, restituendos et in posterum conservandos spectabant. Deinde sequitur decretum de oraculo consulendo, utrum illa terra sacra inculta et intacta conservaretur, an locaretur aranda ut ex pecuniis inde redeuntibus aedificationum quarundam in delubro Eleusinio sumptus tolerarentur. Priusquam Apollini Pythio haec controversia componenda permitteretur eam magno utrimque studio agitatam Fouc. probabiliter inde colligit, quod tam anxie et subtiliter hic cavetur, ne dei responsum ullis hominum fraudibus aut machinationibus adulteretur. Nam has cautelas non usitatas fuisse quandocumque populus oraculum consuleret, ex ea ipsa re elucere, quod tam accurate hic de eis praeciperetur. Initium vero huius contentionis idem

------- | .....
. ε|[.....κ]αὶ
ἐπ|.....οντες
π|.....εων τῶν κα|[..
5 ..... ἑλέσθαι τὸν δῆμ]ον δέκα ἄνδρα||[ς
ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων[1] αὐτίκα μάλα, πέντε δὲ] ἐκ τῆς βουλῆς· |
[τοὺς δὲ αἱρεθέντας δικάζειν ἐν τῶι Ἐλευσ]ινίωι τῶι ἐν ἄστ|[ει
περὶ τῶν ὅρων τῶν ἀμφισβητουμένων τ]ῆς ἱερᾶς ὀργάδος[2],
ὀ|[μόσαντας τὸν νόμιμον ὅρκον ἢ μὴν] μήτε χάριτος ἕνεκα μήτ'

---

homo doctus perbene eo rettulit, quod Eubulus cuius tum primariae partes in Atheniensium republica erant, ut erat studiosissimus novorum redituum publicorum inquirendorum, de locanda terra sacra, quae ad id tempus inculta iacuisset, rogationem tulisset. Quid oraculum responderit, hic non legimus. Sed Apollinem dehortatum esse, ne colenda locaretur terra sacra, acute Fouc. inde collegit quod et scriptores sine exceptione incultum agrum nomine ὀργάς significari testarentur et in rationibus n. 587, 253 campi Rarii quidem locati pretium recenseretur, ἱερᾶς ὀργάδος vero non item. 1 Foucartus, cui huius loci restitutio debetur, hic scripsit δέκα ἄνδρα[ς, ...μὲν ἐξ Ἀρεοπαγιτῶν, ... δὲ] ἐκ τῆς βουλῆς. A quo Koe. dissensit maxime quia ex v. 74 sqq. apparet totum collegium plus quam decem hominum fuisse. Quod his quindecimviris, qui terminos sublatos restituendi officium habent, simul iudicium de controversiis inde natis tribuitur, id sane pugnat cum regula iuris Attici, ex qua talium negotiorum curatoribus iurisdictio quidem datur, iudicandi vero officium ad heliastas quibus illi praesident defertur. At hic aliter rem ordinatam esse, ne illa cipporum terminalium instauratio nimis diu differretur, haud improbabiliter statuit Koe. Utique recte idem oblocutus est Foucarto statuenti, orgada ante huius decreti tempus omnino nondum terminatam fuisse; cf. v. 74 ἀντὶ τῶν ἐκπεπτωκότων. 2 Cf. Pausan. III, 4, 2: ἐνταῦθα ὁ Κλεομένης ἄλλα τε ἐδῄωσε τῆς χώρας καὶ τῆς καλουμένης ὀργάδος θεῶν τε τῶν ἐν Ἐλευσῖνι ἱερᾶς καὶ ταύτης τεμεῖν φασιν αὐτόν. [Demosth.] XIII, 32: ἃ πρὸς τοὺς καταράτους Μεγαρέας ἐψηφίσασθε ἀποτεμνομένους τὴν ὀργάδα. Plut. Pericl. 30: κοινὴν δὲ καὶ φανερὰν ποιησάμενος (Περικλῆς) αἰτίαν κατ' αὐτῶν (τῶν Μεγαρέων) ἀποτέμνεσθαι τὴν ἱερὰν ὀργάδα. Harpocrat. ὀργάς· Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ συντάξεως (v. supra). ὀργὰς καλεῖται τὰ λοχμώδη καὶ ὀρεινὰ χωρία καὶ οὐκ ἐπεργαζόμενα, ὅθεν καὶ ἡ Μεγαρικὴ ὀργὰς προσωνομάσθη τοιαύτη τις οὖσα, περὶ ἧς ἐπολέμησαν Ἀθηναῖοι Μεγαρεῦσιν. Phot. ὀργάς· χωρίον, οἷον ἄλσος μέγα, καὶ ὀργεῶνες οἱ εἰς τοῦτο συνάγοντες καὶ τοῖς ἐνταῦθα θεοῖς ὀργιάζοντες. Etym. Magn. 629, 37 ἔστι δὲ καὶ γῆ ἐν Μεγάροις οὕτω καλουμένη ὀργάς. Bekker Anecd. I p. 287, 14 ὀργὰς τὰ ἱερὰ χωρία καλεῖται τὰ ἀφιερωμένα τοῖς θεοῖς. Ex his testimoniis, quae attulit Fouc., apparet vocem cum appellative de qualibet terra quae deo consecrata erat ideoque inculta iacebat usurpatam esse tum proprie de fundo sacro dearum Eleusiniarum in confinio Atticae et Megaridis sito.

10 ἔ‖[χθρας[3] ψηφιεῖσθαι, ἀλλὰ ὡς δικ]αιότατα καὶ εὐσεβέστατα· τὰ|[ς δ' ἕδρας ποιεῖν συνεχῶς[4] ἀ]πὸ τῆς ἕκτης ἐπὶ δέκα τοῦ Ποσιδεῶ|[νος ἕως ἂν διαδικασθῆι] ἐπὶ Ἀριστοδήμου ἄρχοντος[5]. παρεῖν|[αι δὲ καὶ τὸν βασιλέα] καὶ τὸν ἱεροφάντην καὶ τὸν δαιδοῦχο|[ν καὶ Κήρυκας καὶ] Εὐμολπίδας καὶ τῶν ἄλλων Ἀθη-
15 ναίων τὸν β‖[ουλόμενον, ὅπως] ἂν [ὡ]ς εὐσεβέστατα καὶ δικαιότατα τοὺς ὅρ|[ους θῶσιν. ἐπι]μελεῖσθαι [δ]ὲ τῆς ἱερᾶς ὀργάδος καὶ τῶν ἄλλω|[ν ἱερῶν τεμεν]ῶν[6] τῶν Ἀθήνησιν[7] ἀπὸ τῆσδε τῆς ἡμέρας εἰς τὸν | [ἀεὶ χρόνον οὗ]ς τε ὁ νόμος κελεύει περὶ ἑκάστου αὐτῶν καὶ τ|[ὴν βουλὴν τὴν] ἐ[ξ] Ἀρείου πάγου καὶ
20 τὸν στρατηγὸν τὸν ἐπὶ τὴ‖[ν φυλ]ακὴ[ν τῆς χ]ώρας κεχειροτονημένον[8] καὶ τοὺς περιπολά|[ρχ]ους[9] καὶ το[ὺ]ς [δη]μάρχους καὶ τὴν βουλὴν τὴν ἀεὶ βουλεύου|[σαν] καὶ τῶν [ἄ]λλ[ων Ἀθη]ναίων τὸμ βουλόμενον τρόπωι ὅτωι ἂν | [ἐπ]ίστω[ν]ται. γρ[άψαι δὲ τὸν] γραμματέα τῆς βουλῆς εἰς δύο κα|[τ]τ]ιτέρω ἴσω καὶ [ὁμοίω,
25 εἰς μὲν τ]ὸν ἕτερον· εἰ λῶιον καὶ ἄμε[ι‖νό]ν ἐστι τῶι δήμ[ωι τῶι Ἀθηναίων μισ]θοῦν τὸμ βασιλέα τ[ὰ] νῦ[ν μ](ὴ)[10] εἰργασμ[έ]να [τῆς ἱερᾶς ὀργάδος τὰ ἐν]τὸς τῶν ὅρων εἰς οἰ|[κ]οδομίαν το[ῦ] προ[στώιου[11] καὶ ἐπισκευὴν τοῦ ἱ]εροῦ τοῖν θεο|ῖν· εἰς [δ]ὲ

---

3 Cf. Dem. LVII, 63: ἔκ τε γὰρ τοῦ ὅρκου (sc. τοῦ τῶν ἡλιαστῶν) ἐξήλειψαν τὸ ψηφιεῖσθαι γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ καὶ οὔτε χάριτος ἕνεκ' οὔτ' ἔχθρας. F. 4 Sagacissime restituit F. coll. n. 33, 54. 153, 83 sqq. 5 Ol. 107, 1 (352/1 a. Chr.). 6 ΙΩΝ Loll., ΤΩΝ Phi., ΙΩΝ Fouc. Supplevit Tsuntas quem sequitur Koehler. Quod Fouc. temptaverat τῶν ἄλλω[ν ἱερῶν πατρ]ίων pugnat cum legibus sermonis Graeci. Ceterum de Dearum Eleusiniarum modo fundis sacris hic dici, quae est Foucarti opinio, nullo verbo indicatur. Immo per occasionem harum de orgade contentionum usu cognitum erat, omnes terras sacras deorum quos civitas publice colebat accuratiore custodia egere, ideoque decernitur ut praeter sacerdotes aliosque peculiares uniuscuiusque templi custodes qui antiquitus constituti erant (οὓς ὁ νόμος κελεύει περὶ ἑκάστου αὐτῶν) etiam summis reipublicae magistratibus eorum omnium cura mandaretur. 7 I. e. non ἐν ἄστει, ut intellexit Fouc., sed ἐν τῇ Ἀττικῇ. Koe. Nam erant tum etiam peregre sacra publica populi Atheniensium, velut Sami, Lemni, Imbri, quorum tutela cleruchorum magistratibus permissa videtur. 8 Cf. n. 498[1]. Ceterum hinc quoque apparet, non oppidi modo, sed totius terrae Atticae (not. 7) delubra indicari. 9 Cf. n. 526[2]. 10 Supplevit et emendavit Koe. τ[ὰ] νῦ[ν ἀ]νειργασμένα Ts., τ[ὰ] νῦ[ν ἐ]νειργασμένα Fouc. Sane N pro H incisum in lapide omnes agnoverunt. 11 Sic Koe. προσ[τύλου] Fouc. Cf. n. 539[1.3]. Illud προστῷον sane Demetrii Phalerei demum aetate exstructum est. Sed id nihil habet difficultatis, dummodo sumamus, id quod etiam aliis nominibus

τὸν ἕτερον [κα]ττί[τερον· εἰ λῶιον καὶ ἄμει]νόν ἐστι | τῶι δήμωι
30 τῶι Ἀθηναίων τὰ ν[ῦν ἐντὸς τῶ]ν ὅ[ρων μὴ][12] εἰρ[γασ]μέν||α τῆς
ἱερᾶς ὀργάδος ἐᾶν ἄνετ[α τοῖν θ]εοῖν. ἐπειδὰν δὲ ὁ γραν|ματεὺς
γράψηι, λαβὼν ὁ ἐ[π]ιστά[τη]ς ὁ ἐκ τῶν προέδρων[13] συνειλ|ι-
ξ[άτ]ω [τ]ὸν κ[α]ττί[τε]ρον ἑ[κάτ]ερον καὶ κατειλίξας ἐρίοις εἰ|ς
ὑδρ[ία]ν [ἐμ]β[αλέ]τω [χαλ]κ[ῆν] ἐναντίον τοῦ δήμου· παρασκευα-
σ|άντων [δ]ὲ [τα]ῦ[τα] οἱ π[ρυ]τάνεις, οἱ δὲ ταμίαι τῆς θεοῦ
35 κατενεν||[κόν]των ὁ[δ]ρία[ς] χ[ρ]υ[σῆ]ν καὶ ἀργυρᾶν αὐτ[ί]κα μάλ[α]
εἰς τὸν δῆμ|ον, ὁ δ' ἐπ[ι]σ[τ]ά[τη]ς[14] [ἀνασ]είσας τ[ὴ]ν ὑδρίαν
τὴν χαλκῆν ἑλκέτω τ|ὸν κατ[τ]ί[τ]ερον ἑκάτερον ἐμ μέρει, καὶ τὸμ
μὲμ πρότερον εἰς | τὴν [ὑδ]ρ[ίαν τὴν] χρυσῆν ἐμβαλέτω, τὸ[ν δὲ] ὕστε-
ρον εἰς τὴν ἀργ|υρᾶν, καὶ [κα]τα[δη]σ[ά]τω, ὁ δὲ ἐπιστάτης [τῶ]μ
40 πρυτάνεων[15] κατασ||[μη[νά]σθω [τῆι δημ]οσίαι σφραγῖδι[16], παρα-
σημηνάσθω δὲ καὶ τῶν | [ἄ]λλ[ω]ν [Ἀ]θ[ηναί]ω[ν] ὁ βου[λ]όμενος·
ἐπει[δὰν] δὲ κατασημανθῶσιν, | ἀνεν[εγ]κ[όντ]ω[ν] οἱ [ταμ]ίαι
τὰς ὑ[δρ]ίας εἰς ἀκρόπολιν. ἐλέσθω | δὲ ὁ δ[ῆμ]ος [τρ]εῖς [ἄν]-
δρας, ἕν[α μὲ]ν ἐκ τῆς βουλῆς, δύο δὲ ἐξ Ἀθην|αίω[ν ἁ]πάντων,
45 οἵτ[ιν]ες εἰ[ς Δ]ελφοὺς ἀφικόμενοι τὸν θεὸν ἐπ||ερ[ήσ]ο[ν]τ[α]ι,
[κα]θ' ὁ[π]ότερα τ[ὰ] γρ[άμ]ματα ποιῶ[σ]ιν Ἀθηναῖοι περ|ὶ τ[ῆς
ἱ]ερ[ᾶς ὀρ[γάδ]ος, [εἴ]τ[ε] τ[ὰ] ἐκ τῆς [χ]ρυσῆς ὑδρίας εἴτε τὰ
ἐκ | τῆ[ς ἀ]ρ[γ]υρ[ᾶς· ἐπειδά]ν [δ]ὲ [ἥκ]ωσιν παρὰ τοῦ θεοῦ,
καθελόντωσα|ν[17] τά[ς] ὑ[δρί]α[ς κ]α[ὶ] ἀ[ν]α[γν]ωσθ[ήτ]ω τῶι
δήμωι ἥ τε μαντεία καὶ τὰ | [ἐ]κ τῶ[ν κα]ττ[ι]τέρω[ν] γρ[ά]μ-
50 ματα· καθ' ὁπότερα δ' ἂν τὰ γράμματα ὁ ‖ [θ]εὸ[ς] ἀ[νέληι]

(v. supra) probabile est, consilium aedificandi tum dei responso, qui orgada arandam locari vetabat, ad irritum redactum esse. 12 Cf. not. 10. 13 Duo tum fuerunt epistatae Athenis. Cf. n. 181[2]. In formula ἐπεστάτει accuratiore definitione opus non erat, quia ex quo proëdri instituti erant, horum, non prytanum epistatam comitia moderari nemo ignorabat. At hic cavendum erat, ne perperam epistata prytanum intellegeretur. 14 Sc. ὁ ἐκ τῶν προέδρων, quo additamento opus non est, quia hic epistata modo commemoratus est. 15 Cf. not. 13. 14. 16 Cf. Aristot. Ἀθ. πολ. 44, 1: τηρεῖ δὲ οὗτος (ὁ ἐπιστάτης τῶν πρυτάνεων) τάς τε κλεῖς τὰς τῶν ἱερῶν ἐν οἷς τὰ χρήματ' ἐστὶν καὶ τὰ γράμματα τῇ πόλει καὶ τὴν δημοσίαν σφραγῖδα. De hoc usu Fouc. provocavit ad Isocr. XVII, 34 ὅστις — ταύτας (τὰς ὑδρίας) ὑπανοίγειν ἐτόλμησεν, αἳ σεσημασμέναι μὲν ἦσαν ὑπὸ τῶν πρυτάνεων, σεσημασμέναι δ' ὑπὸ τῶν χορηγῶν, ἐφυλάττοντο δ' ὑπὸ τῶν ταμιῶν, ἔκειντο δ' ἐν ἀκροπόλει. 17 Cf. C. I. Att. II 600, 52 μισθωσάντωσαν. K. Meisterhans Gramm. der att. Inschr. ed. 2 p. 133 not. 1173. Etiam extra Atticam similia (ποιούντωσαν, ἐόντωσαν G. Meyer Gr. Gramm. p. 651) passim occurrunt.

λῶιον [καὶ ἄμεν]ο[ν] εἶναι τῶι δήμωι τῶι Ἀθηναί|ω[ν, κ]α[τὰ
ταῦτα π]οι[εῖν, ὅπ]ως ἄ[ν] ὡς εὐσεβέστατα ἔχει τὰ πρὸς τ|ὼ
θεὼ [καὶ μηδέποτ' εἰς τὸν λοιπ]ὸ[ν] χρόνον μ[ηδ]ὲν ἀσεβὲς γίγν|η-
τ[αι περὶ τῆς ἱερᾶς] ὁ[ργάδος καὶ] περὶ τῶν ἄλλων ἱερῶν τῶν
Ἀ|θ[ήνησιν· νῦν δὲ ἀν]α[γ]ράψα[ι] τόδ[ε] τὸ ψήφισμα καὶ τὸ πρό-
55 τερον τὸ ‖ Φι[λ]ο[κ]ράτο[υς[18] τὸ περὶ τῶν] ἱ[ερῶν] τὸν γραμματέα
τῆς βουλῆς ἐ|ν στ[ήλαιν λιθίναιν καὶ στῆσαι τὴν] μὲν Ἐλευσῖνι
πρὸς τῶι π|ρο[πύλωι τοῦ ἱεροῦ[19], τὴν δὲ ἐν τῶι Ἐλε]υσινίωι τῶι ἐν
ἄστει. θῦ|[σαι δὲ καὶ ἀρεστήριον][20] το[ῖν θεοῖν] τὸν ἱ[ε]ροφάντην
καὶ τὴν ἱέ|[ρειαν τῆς Δήμητρος, δοῦναι δ' αὐτοῖς] τὸν ταμίαν τοῦ
60 δήμου τὸ ‖ [ἀργύριον . . . . . ., δ]οῦ[ν]αι [δ]ὲ καὶ εἰς τὴν
ἀναγρα|φ[ὴν τοῖν στήλαιν . . . . δραχμὰς εἰς ἑ]κ[α]τέραν ἐκ τῶν
κατὰ ψη|φ[ίσματα ἀναλισκομένων τῶι δή]μωι. [δ]οῦ[ν]αι δὲ καὶ
τ(ῶ)ν[21] αἱρεθ|έ[ντων εἰς Δελφοὺς ἑκάστωι . . .] δρ[α]χμὰς εἰς
ἐφόδια[22]· δοῦναι δὲ κα[ὶ | τ]ο[ῖς αἱρεθεῖσιν ἐπὶ τὴν ἱερ]ὰν ὀργάδα :
65 Γ : δραχμὰς : ἑκάστ‖[ωι ἐκ τῶν εἰς τὰ κατὰ ψηφίσματ]α ἀναλισ-
κομένων τῶι δήμωι· π[ἀρασχεῖν δὲ στήλας λιθίνας,] ὁπόσων
ἂν προσδέηι, τοὺς πωλη|[τὰς ποιήσαντας μετὰ τῆς] βουλῆ[ς
μ]ίσθωμα, τούς τε προέδρος | [τῆς βουλῆς μετὰ τῶν πωλητῶν
συγ]γράψαι καθ' ὅτι ἐξεργασθήσ|[ονται, ἐπιμελεῖσθαι δ' ὅπως
70 ἐπι]σταθήσονται τῆς ἱερὰς ὀργ‖[άδος οἱ ὅροι, καθ' ἃ δείξου]σιν
οἱ αἱρεθέντες· τὸ δὲ ἀργύριον | ----------σο . . λ[ί]θοις τοὺς
ὅρους δοῦναι τὸ|[ν ταμίαν τοῦ δήμου] ἐκ τῶν κατὰ [ψ]ηφί-
[σ]ματα ἀναλισκομένων [τ|ῶι δήμωι. Οἵδε ἠιρέθησαν ἐπὶ τὴν
ἱερὰν] ὀργά[δ]α ἀντὶ τῶν ἐκπεπτωκό[τ|ων[23] νέους ὅρους θεῖναι·
75 ἐκ τῆς β]ο[υλῆ]ς : Ἀρκεφῶν : Λαμπ(τρ)εύς[24] ‖ ----------
--ης : Θριά[σ]ιος, | ---------- Ἁγνούσιος· | [ἐξ ἰδιω-

18 Sine dubio hic est Hagnusius qui anno 346 a. Chr. plebiscitum de pace cum Philippo facienda rogavit. 19 Supplevit Koehler. Foucart maluit πρὸς τῶι προ[πυλαίωι, τὴν δὲ ἑτέραν ἐν τῷ Ἐλε]υσινίωι. Iam multis saeculis ante Appii Claudii aedificationem fuisse propylaea delubri F. demonstrat allato titulo n. 518, 25 στῆσαι παρὰ τὰ προπύλαια τῆς Δήμητρος καὶ τῆς Κόρης. Sed is locus ipse suadet, ne τὸ προπύλαιον sic sine additamento dictum statuamus, quare Koehleri rationem praetuli. 20 Cf. n. 136, 18. 587, 223. 302. 21 ΤΟΝ. 22 Cf. n. 78[6]. 23 Fouc. ἀνδρῶν mente supplendum opinatus homines in locum eorum qui ex collegio eiecti essent substitui sibi persuasit. At v. 1 sqq. luculentissime docent, hoc demum decreto illud collegium quindecimvirorum constitutum esse, ita ut nullo pacto de collegis subrogatis hic dici possit. Immo ὅρων cogitatione addendum esse perspexit Koe. 24 ΛΑΜΡΕΥΣ.

τῶν· ----------]ιος [:] Ἱπποκράτης : ἐκ Κερ[α|μέων, ---------
--]ος [: Χαιρ]ε[φ]ῶ[ν] ἐκ [Κ]ηδῶν : Ἐμμενίδης : ἐ[κ .|------,
80 ------- Σ]ουν[ιεὺς : Ἀ]ριστείδης : Οἰῆθεν, ‖ ----------ιος :
Γλαύκων : Περιθοίδης : Φαῖδρος | ----------· ἐπὶ τὸ μαν]-
τεῖον εἰς Δελφούς : ἐξ ἰδιωτῶν· | ----------εύς : Εὐδίδακτος :
Λαμπτρεύς. | [ἐκ τῆς βουλῆς· -------]ος : Λαμπτρεύς : [Τ]ά[δ]ε
ἐπαν[ο]ρθοῦται[25]· | [ἐάν του προσδέηι τόδ]ε τὸ ψήφισμα, τὴν
85 βουλὴν κυρίαν εἶνα‖[ι ψηφίζεσθαι ὅτι ἂν αὐτῆι δ]οκῆι ἄριστον
εἶναι.

25 Cf. n. 49, 49 sqq. 54, 26 sqq. Hanc emendationem referendam esse ad locum aliquem superioris partis tabulae quae intercidit monet F.

---

790 Fragmenta tria lapidis albi, inventa anno 1881 in colle *Petralona* inter *Kalanera* et *Palaeopyrgos* ad sinum Pagasaeum. Ed. H. G. Lolling Mitth. des arch. Inst. in Athen VII (1882) p. 69 sqq. (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 697 n. 842). Alterum decretum (v. 70—94) sagaciter et feliciter restituit et interpretatus est M. Holleaux Revue de philologie XXI (1897) p. 181 sqq. Cf. praeterea quae adnotavit A. Wilhelm Mitth. des arch. Inst. in Athen XV (1890) p. 287 sqq.

I *a* Ἱερέως Κρίνωνος τοῦ Παρμενίωνος, μηνὸς Ἀρείου δεκάτηι[1], |

Litterae volgares praeter ΑΖΘΞΠΣ, non dispositae στοιχηδόν. Titulum primi a. Chr. n. saeculi esse recte iudicat Lolling. Duo sunt decreta, I (v. 1—69) de ordine oraculi Apollinis Coropaei, II (v. 70—94) de eiusdem dei terra sacra arboribus conserenda et ab iniuriis pastorum aliorumve hominum defendenda. Inter fragmenta *a* et *b c* prioris decreti media pars, non magni ambitus ut quidem videtur, intercidit. Nam quod hoc loco inserendum esse sibi persuaserat Lolling fragmentum tituli ad sacra Iovis Acraei spectantis, quod item ad sinum Pagasaeum inventum edidit Mézières Archives des missions Tom. III (1854) p. 226 n. 4 (inde C. Bursian de titulis Magnesiis, Turici 1864, p. 15 et Lolling Mitth. des arch. Inst. in Athen VII p. 72 n. I *a*) id luculentissime refutavit Holleaux. 1 Decimo mensis die frequenter apud Magnetas contiones habitas esse ex hoc titulo collato cum aliis decretis (infra v. 70. Mitth. des arch. Inst. VII p. 75 v. 6, ubi Ἀφροδισιῶνος ι΄ in lapide esse testatur A. Wilhelm Mitth. XV p. 286. Ἀφροδισιῶνος δεκάτηι Mitth. XV p. 283 n. 1, 3) apparet. Sed passim etiam alii dies occurrunt (Ἀφροδισιῶνος ιη΄ Mitth. XV p. 283 n. 1, 2. τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Ἀρτεμισι[ῶνος μηνός] Mitth. VII p. 72 n. I *a*, 4). Wi.

Κρίνων Παρμενίωνος Ὁμολιεὺς ὁ ἱερεὺς τοῦ Διὸς του Ἀκραί[ου[2] καὶ Διονυσόδωρος Εὐφραίου Αἰολεὺς ὁ στρατηγὸς τῶν Μα|γνήτων[3] καὶ οἱ στρατηγοὶ[4] Αἰτωλίων[5] Δημητρίου Παγασίτης,[6]

2 Cf. Pseudodicaearchi Descr. Gr. (Geogr. Gr. I p. 107, 21) ἐπ' ἄκρας δὲ τῆς τοῦ ὄρους (τοῦ Πηλίου) κορυφῆς σπηλαῖόν ἐστι τὸ καλούμενον Χειρώνιον, καὶ Διὸς Ἀκραίου (Ἀκταίου cod., emend. Osann) ἱερόν, ἐφ' ὃ κατὰ κυνὸς ἀνατολὴν κατὰ τὸ ἀκμαιότατον καῦμα ἀναβαίνουσι τῶν πολιτῶν οἱ ἐπιφανέστατοι καὶ ταῖς ἡλικίαις ἀκμάζοντες, ἐπιλεχθέντες ὑπὸ (ἐπὶ cod., em. Buttmann) τοῦ ἱερέως, ἐνεζωσμένοι κῴδια τρίποκα καινά· τοιοῦτον συμβαίνει ἐπὶ τοῦ ὄρους τὸ ψῦχος εἶναι. 3 Infra v. 72 hic ὁ κοινὸς στρατηγός audit; utrobique communem Magnetum magistratum a praetoribus civitatis Demetriensium qui statim sequuntur distingui manifestum est. Sed cum hoc utique Demetriensium, non Magnetum decretum sit (cf. not. 9), mireris communis magistratus itemque sacerdotis partes aliquas esse in rogatione ad unius civitatis populum ferenda. At hoc ad rationem plane singularem, quae inter Magnetum et Demetriensium res publicas intercessisse videtur (not. 4) referendum iudico. 4 Quia a Magnetum magistratibus distinguuntur praetores et nomophylaces, non possunt item communes civitatium foederatarum magistratus esse. Ac v. 20 luculentissime probat, hos eius populi esse, qui haec decreverit, i. e. Demetriensium. Qua cum re quomodo concilientur ethnica Παγασίτης, Ἁλεύς, Αἰολεύς, Ἰώλκιος, Σπαλαυθρεῖς, Κοροπαῖος horum nominibus adiuncta, non video, nisi statuas, haec omnia oppida Magnetica cum conderetur Demetrias pagos huius urbis factos esse. Quae sententia comprobatur exemplo Aetolionis Demetrii f. praetoris, qui hic in plebiscito Demetriensium Παγασίτης audit, cum eius filius (not. 5) in decreto communi Magnetum Δημήτριος Αἰτωλίωνος Δημητριεύς appelletur. Quod si quis quaerat, quodnam eo tempore discrimen fuerit inter commune Magnetum et civitatem Demetriensium, praeter illa oppidula quae iam partes huius civitatis efficiebant etiam alia fuisse, pauca sane et exigua, probabile est, longius a Demetriade remota in septentrionali terrae Magnesiae parte, quae semper sui iuris manserunt. Qua re et cur semper distinguantur iure Magnetum concilium et Demetriensium comitia et cur re et usu tamen apud Demetrienses omnium rerum Magneticarum arbitrium fuerit facile explicatur. 5 Cf. Mitth. des arch. Inst. XV (1890) p. 283 n. 1, 6: Δημήτριος Αἰτωλίωνος Δημητριεὺς γενόμενος κοινὸς στρατηγός, quo ex titulo Wi. etiam Mitth. VII p. 339 v. 9. 10 Δημήτριος Αἰτ[ωλί]ωνος supplevit. Ceterum hic ΑΙΤΩΛΙΩΝΟΣ in ectypo chartaceo distincte agnovit Wi., cum Loll. ΑΙΩΛΙΩΝΟΣ legisset. Non recte Wilhelmus statuere videtur, patrem Aetoliona etiamtum Pagasitam fuisse, filium Demetrium demum Demetriensium civitatem nactum esse. Nam ille hic inter praetores Demetriensium est, neque aliter in huius civitatis populiscito idem Παγασίτης appellatur qui in communi Magnetum concilio Δημητριεύς, atque in plebiscitis Atticis Μαραθώνιος aut Σουνιεύς est qui in actis amphictionum Ἀθηναίου nomine utitur (cf. not. 4). 6 Pagasae antiquiore aetate Thessalorum erant; cf. Scylax Peripl. 64 (Geogr. Gr. min. I p. 50, 9): μετὰ δὲ Ἀχαιοὺς Θετταλία καθήκει ἐπὶ θάλατταν ἐκ μεσογείας κατὰ στενὸν εἰς τὸν Παγασητικὸν

5 Κλεο‖γένης Ἀμύντου Ἀλεύς, Μένης Ἱππίου Αἰολεύς, καὶ οἱ νομοφύλα|κες Μενέλαος Φιλίππου Ἰώλκιος, Αἰνίας Νικασιβούλου, Ἀλέξαν|δρος Μενίσκου Σπαλαυθρεῖς[7] καὶ Μένανδρος Νικίου Κοροπαῖος[8] | εἶπαν· ἐπεὶ τῆς πόλεως[9] ἡμῶν καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους μὲν θεοὺς | εὐσεβῶς διακειμένης, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ
10 πρὸς τὸν Ἀπόλλωνα ‖ τὸν Κοροπαῖον, καὶ τιμώσης ταῖς ἐπιφανεστάταις τιμαῖς διὰ τὰς | εὐεργεσίας τὰς ὑπὸ τοῦ θεοῦ, προδηλοῦντος διὰ τοῦ μα[ν]|τείου καὶ κατὰ κοινὸν καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστῳ περὶ τῶν πρὸς ὑγίεια[ν] | καὶ σωτηρίαν ἀνηκόντων, δίκαιον δέ ἐστιν καὶ καλῶς ἔχον, ὅν|τος ἀρχαίου τοῦ μαντείου
15 καὶ προτετιμημένου διὰ προγό‖νων, παραγινομένων δὲ καὶ ξένων πλείονων ἐπὶ τὸ χρηστή|ριον, ποιησάσθαί τινα πρόνοιαν ἐπιμελεστέραν τὴν πόλιν | περὶ τῆς κατὰ τὸ μαντῆον εὐκοσμίας, δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ | τῶι δήμωι[10], ὅταν συντελῆται τὸ μαντῆον, πορεύεσθαι τὸν | ἀεὶ ἱερέα τοῦ Ἀπόλλωνος τὸν εἰρημένον
20 ὑπὸ τῆς πόλεως, ‖ καὶ τῶν στρατηγῶν καὶ νομοφυλάκων ἀφ' ἑκατέρας ἀρχῆς | ἕνα, καὶ πρυτάν(ε)ων[11] ἕνα καὶ ταμίαν, καὶ τὸν γραμματέα τοῦ | θεοῦ καὶ τὸν προφήτην· ἐὰν δέ τις (τῶν)[12] προγεγραμμένων ἀρρωσ|τ[ῇ] (ῇ)[13] ἐγδημῇ, ἕτερον πεμψάτω·

κόλπον στάδιοι λ'· καὶ εἰσὶ Θετταλίας πόλεις αἵδε ἐπὶ θαλάττῃ· Ἀμφαναῖον Παγασαί. Sed postea Demetriensium civitati Magnetumque genti attributas esse hic videmus. 7 Cf. Mitth. des arch. Inst. in Athen XIV (1889) p. 195 n. 5: Ὁ δῆμος ὁ Σπαλαυ[θρ]έω[ν] Λ[υ]σίαν Ἐπιτέλου Δημητρ[ιῆ στρα]τηγ[ή]σαντα τῶν Μαγν[ή]τ[ων ἀρετ]ῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆ[ς εἰς ἑ]αυτ[όν]. Cave illum titulum pugnare existimes cum eo quod ex hoc didicimus, Spalauthra partem civitatis Demetriensium fuisse; nam δῆμος non minus pagum significare posse quam populum qui sui iuris sit notum est, et quod illic legitur ὁ ὑπόστρατηγος καὶ οἱ δήμαρχοι — [ε]ἶπαν ei interpretationi favet. Ceterum quam tituli veram esse testantur nominis formam Σπάλαυθρα servavit etiam Scylax Peripl. 65 (Geogr. Gr. min. I p. 51, 11), cum Plinius N. h. IV, 32 *Spalathra*, Steph. Byz. s. v. Σπαλέθρη habeat. 8 Cf. n. 140 95. 9 Identidem per totam tabulam (v. 8. 16. 19. 29. 83) hoc nomine indicatur corpus cuius haec sunt decreta; atqui id Demetriensibus quidem convenire, neque vero Magnetibus, sensit Wi. Qui simul alia quoque re discerni Demetriensium et Magnetum decreta observavit. Etenim in his quidem (Mitth. des arch. Inst. in Athen VII p. 338, 8. XIV p. 51 n. 1, 21. 22. XV p. 283 n. 1, 16. E. Sonne de arbitris ext. p. 94, A, 12) formulas δεδόχθαι τοῖς συνέδροις, ἔδοξεν τοῖς συνέδροις legi, cum illa civitatis plebiscita (hic v. 17. 77. 93. Sonne p. 96 B, 14. 26) δεδόχθαι τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι, ἔδοξεν τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι haberent. 10 Cf. not. 9. 11 ΠΡΥΤΑΝΩΝ. 12 Articulum mera lapicidae socordia omissum supplevi. 13 ΑΡΡΩΣ|ΤΙ . ΕΙΕΓΔΗΜΗ

καταγραψάτωσαν δὲ οἱ στρα|τηγοὶ καὶ οἱ νομοφύλακες καὶ
25 ῥαβδούχ(ους)[14] ἐκ τῶν πολιτῶν ἄν||δρας τρεῖς νεωτέρους ἐτῶν
τριάκοντα, οἳ καὶ ἐχέτωσαν ἐξου|σίαν κολ(άζ)ειν[15] τὸν ἀκοσμοῦντα·
διδόσθω δὲ τῷ ῥαβδούχωι ἐκ τῶν | λογευθησομένων χρημάτων
ὀψώνιον ἡμερῶν δύο, τῆς ἡμέρας | ἑκάστης δραχμὴ μ[ί]α. ἐὰν δέ
τις (τῶν)[16] καταγραφέντων ε[ἰ]δὼς μὴ | παραγένηται, ἀποτεισάτω
30 τῆι πόλει δραχμὰς [Δ] παραγραψάν||των αὐτὸν τῶν στρατηγῶν
καὶ νομοφυλάκων. ὅταν δὲ παρα|γένωνται οἱ προειρημένοι ἐπὶ
τὸ μαντεῖον καὶ τὴν θυσίαν ἐπι|τελέσωσι κατὰ τὰ πάτρια καὶ
καλλιερήσωσιν, ὁ γραμματεὺς | τοῦ θεοῦ ἀποδεξάσθω ἐ[ξ] αὐτῆς
τὰς ἀπογραφὰς τῶν βουλομένων | χρηστηριασθῆναι καὶ (π)[ά]ν-
35 τ[ων][17] ἀναγράψας τὰ ὀνόματα εἰς λεύκωμα ‖ παραχρῆμα
προθέτω τὸ λεύκωμα πρὸ τοῦ ναοῦ καὶ εἰσαγέτω κατὰ | τὸ
ἑξῆς ἑκάστης ἀναγραφῆς ἀνακαλούμενος, εἰ μή τισιν συγ|κεχώ-
ρηται πρώτοις εἰσιέναι[18]· ἐὰν δὲ ὁ ἀνακληθεὶς μὴ παρῇ, τὸν |
ἐχόμενον εἰσαγέτω, ἕως ἂν παραγένηται ὁ ἀνακληθείς. καθή-
σθ[ω]||σαν δὲ οἱ προγεγραμμένοι ἐν τῶι ἱερῶι κοσμίως ἐν ἐσθῆσιν
40 λαμ||πραῖς[19], ἐστεφανωμένοι στεφάνοις δαφνίνοις, ἀγνεύοντες[20] |
καὶ νήφοντες[21] καὶ ἀποδεχόμενοι τὰ πινάκια παρὰ τῶν μαν|-
τευομένων· ὅταν δὲ συντελεσθῇ τὸ μαντεῖον, ἐμβαλόν|τες εἰς
ἀγγεῖον κατασφραγισάσθωσαν[22] τῇ τε τῶν στρα|τηγῶν καὶ νομο-
45 φυλάκων σφραγῖδι, ὁμοίως δὲ καὶ τῆι ‖ τοῦ ἱερέως, καὶ ἐάτωσαν
μένειν ἐν τῶι ἱερῶι· ἅμα δὲ τῆι ἡ|μέραι ὁ γραμματεὺς τοῦ
θεοῦ προσενέγκας τὸ ἀγγεῖον καὶ ἐ|πιδείξας τοῖς προειρημένοις
τὰς σφραγῖδας ἀνοιξάτω καὶ ἐ|κ [τ]ῆς διαγραφῆς ἀνακαλῶν
ἑκάστοις ἀποδιδόσθω τὰ πινάκ|[ια---------- τοὺ]ς χρησ-
μοὺς -------

8 Supplevit Cavv. probante Baun. αὐτάν Wil., cui spatium non sufficit. Quos Baun. attulit locos ad probandum Cavvadiae inventum, n. 802, 110. 125. 803, 37. 133, sane omnes eo nomine ab hoc discrepant, quod ubique de aegrotis dicitur. Quos cum moris esset per somnium curari, non miraberis definite notari si quando vigilantibus id accidisset. Sed in sacerdotem id non cadit, neque apte et concinne narratur primo Aristagoram aliquid somniasse, deinde sacerdotem experrectum aliquid vidisse. Sed hoc cum vitio quodam totius narrationis cohaeret. Quomodo enim oculis cernere ille poterat id quod antea neutiquam re vera factum esse, sed ab Aristagora per quietem visum narratur? Plane simplex sibique constans hac de re est Hippyis (not. 6) narratio. 9 ΣΧΙΣΣΑΣ. 10 ΑΔΙΚΟΣ. De hoc ethnico cf. n. 802[51]. 11 Cf. Thuc. IV, 25, 4 μίαν ναῦν αὐτοὶ ἀπώλεσαν, τῶν ἀνδρῶν ἀποκολυμβησάντων. Cavv. 12 Ex Etym. M. 256, 4 σημαίνει (δενδρυάζειν) καὶ τὸ καθ' ὕδατος δύεσθαι καὶ κρύπτειν ἑαυτὸν et Suid. s. v. vim vocis, quae una in huius loci tenorem quadrat, aperuit Wilam. Quas lexicographi praeterea afferunt significationes nescio an propter errorem de origine verbi, quam a δρῦς repetebant, confictae sint; cf. Hesych. δενδρυάζειν· ταπεινῶς ὑπὸ τὰς δρῦς παραφεύγειν. 13 ΩΝ in ΩΙ mutavit lapicida. 14 ΚΑΟΕΥΔΕ. 15 ΔΑΤΟ. 16 ΓΑΤΔΑ. 17 Post ΕΒ primo ΓΛ vel ΓΑ inciderat quadratarius, deinde errore animadverso emendavit. Ceterum ἑβδεμος Doricum iam ex tabulis Heracleensibus et titulis Delphicis notum erat. Cf. n. 438, 171. 18 Cf. Plat. Symp. 194 A εἰ δὲ γένοιο οὗ νῦν ἐγώ εἰμι, μᾶλλον δὲ ἴσως οὗ ἔσομαι, ἐπειδὰν καὶ Ἀγάθων εἴπῃ, εὖ καὶ μάλ' ἂν φοβοῖο καὶ ἐν παντὶ εἴης, ὥσπερ ἐγὼ νῦν. Alibi plerumque genetivus nominis, veluti ἀπορίας, κακοῦ, κινδύνου additur. Baun.

θευδε· ὡς δὲ οὐθὲν ἐνύπνιον ἐναργ[ὲς] ἐώρη, πάλιν οἴκαδε ἀπ-
ἐκομί[ζε]|το. μετὰ δὲ τοῦτο συμβολῆσαί τις πε[ρ]ὶ Κόρνους[19]
30 αὐτᾶι καὶ τοῖς ἑ[πομέ]||νοις ἔδοξε τὰν ὄψιν εὐπρεπὴς ἀνήρ, ὃς
πυθό[μ]ενος παρ' αὐτῶν τ[ὰς δυσπρα]|ξίας τὰς[20] αὐτῶν ἐκελήσατο
θέμεν τὰν κ(λ)ίναν[21], ἐφ' ἃς τὰν Σωστρ[άταν ἔφε]|ρον, ἔπε[ι]τα
τὰγ κο[ι]λίαν αὐτᾶς ἀνασχίσας ἐξαιρεῖ πλῆθος [ἑλμίθων πάμ]|-
πολυ, [δύ]ε[22] ποδανιπτῆρας, συνράψας δὲ τ[ὰν γ]αστέρα καὶ
ποήσας ὑ[γιῆ] | τὰν γυναῖκα, τάν τε π[α]ρουσίαν τὰν αὐτο[ῦ
35 π]αρενεφάνιξε ὁ Ἀσκλαπιὸ[ς] || καὶ ἴατρα[23] ἐκέ[λε]το ἀπ[ο]πέμπειν
εἰς Ἐπί[δα]υρ[ον]. — Κύων ἰά|σατο παῖδα Α[ἰγιν]άταν.
οὗτος φῦμα ἐν τ[ῶι τραχ]άλωι εἶχε· ἀφικόμενο[ν] | δ' αὐτὸν
ποὶ τ[ὸν θεὸ]ν κύων[24] τῶν ἰαρῶν ὕ[παρ[25] τ]ᾶι γλώσσαι ἐθεράπευσε |
καὶ ὑγιῆ ἐπόη[σε]. — Ἀνὴρ ἐ[ντὸ]ς τᾶς κοιλίας ἕλκος
ἔχων. ο[ὗ]|τος ἐγκαθεύδων ἐν[ύπνιο]ν εἶδε· ἐδ[ό]κ[ει] αὐτῶι ὁ
40 θεὸς ποιτάξαι τοῖ[ς] || ἑπομένοις ὑπηρέτα[ις συ]λ(λ)αβόντας[26]
αὐτὸν ἴσχειν, ὅπως τάμηι οὐ τ[ὰν] | κοιλίαν, αὐτὸς δὲ φεύ[γει]ν,
τοὺς δὲ συλλαβόντας νιν ποιδῆσαι ποὶ ῥό|πτον[27], μετὰ δὲ
τοῦτ(ο)[28] τὸν [Ἀσ]κλαπιὸν ἀνσχίσσαντα τὰγ κοιλίαν ἐκτα|μεῖν[29]

---

19 Non procul ab Epidauro, si modo hoc nomen quod nusquam alibi legitur recte a Prellwitzio ad eundem locum refertur, cuius in iudicio de finibus Corinthiorum et Epidauriorum mentio fit n. 452, 13—15: ἀπὸ τοῦ Κεραυνίου ἐπὶ τὰν κορυφὰν τοῦ Κορνιάτα· ἀπὸ τᾶς κορυφᾶς τοῦ Κορνιάτα ἐπὶ τὰν ὁδὸν ἐπὶ τὸν ῥάχιν τοῦ Κορνιάτα· ἀπὸ τοῦ ῥάχιος τοῦ Κορνιάτα κτλ. Ac Κόρνοι quidem pagus agri Epidaurii aut Corinthii esse videtur, Κορνιάτας mons vicinus. 20 Sic scribere malui quam cum omnibus editoribus τ[ᾶς δυσπρα]ξίας τᾶς. Nam accusativus, praesertim addito παρ' αὐτῶν, sermonis usui accommodatior est, neque pluralis de longinqui morbi continuis molestiis usurpatus quicquam habet offensionis. 21 ΚΑΙΝΑΝ. 22 Cum Cavv. [δύο] supplesset, Baun. litteram postremam nullo pacto Ο fuisse, sed aut Ε aut Σ vidit, ideoque aut [εἰ]ς aut [δύ]ε, quod Laconicum esse probat titulus C. I. G. 1511, 7 in quo Ahrens Dial. II p. 122 iniuria de corruptela cogitare videtur, supplere conatur. Sententiae sine dubio hoc magis convenit, nam magni momenti est, quot vasa vermibus completa sint, nullius vero, in quale vasorum genus eos coniecerint. Tamen rem neutiquam certam esse me non fugit. 23 Cf. n. 802[21]. 24 Cf. n. 631[4]. 802, 125. 25 Cf. not. 8. 26 ΑΑΒΟΝΤΑΣ. 27 Alibi ῥόπτρον (Lysias VI, 1). Hesych. ῥοπτίον· κλειδίον. Similiter θύρωτον pro θύρωτρον dici Gr. Dialektinschr. III p. 145 n. 3325, 304 adnotat Prellw. Alia consonae ρ in hoc suffixo extrusae exempla sunt ϝρήτα pro ϝρήτρα (ϝράτρα, ῥήτρα) apud Cyprios et σκᾶπτον Pindaricum, unde descendit volgaris sermonis σκηπτοῦχος. 28 ΤΟΥΤΩ. 29 ΜΕΝ in ΜΕΙΝ correctum.

τὸ ἕλκος καὶ συρρά[ψαι] πάλιν καὶ λυθῆμεν ἐκ τῶν δεσμῶν· καὶ [ἐ]|κ τούτου ὑγιὴς ἐξ[ῆλθ]ε, τὸ δὲ δάπεδον ἐν τῶι ἀβάτωι
45 αἵματος κατά||πλεον ἦς. — Κλεινάτας Θηβ[αῖ]ος ὁ τοὺς φθεῖρας. οὗτος π[λῆ]|θός τι πάμπολυ φθε[ιρ]ῶν ἐν τῶι σώματι [ἔ]χων ἀφικόμενος ἐνεκάθε[υ]|δε καὶ ὁρῆι ὄψιν· ἐδ[όκ]ει αὐτόν νιν[30] ὁ θε[ὸ]ς ἐγδύσας καὶ γυμνὸν κα|ταστάσας ὀρθὸν σά[ρω]ι τινὶ τοὺς φθεῖρας ἀπὸ τοῦ σώματος ἀποκ[α]|θαίρειν· ἀμέρας δὲ
50 γ[ε]νομένας ἐκ τοῦ ἀβάτου ὑγιὴς ἐξῆλθε. || — Ἀγέστρατος κεφαλᾶ[ς ἄ]λγος. οὗτος ἀγρυπνίαις συνεχόμενος διὰ | τὸμ πόνον τᾶς κεφαλᾶ[ς], ὡς ἐν τῶι ἀβάτω[ι] ἐγένετο, καθύπνωσε καὶ ἐν[ύ]|πνιον εἶδε· ἐδόκει αὐτὸν ὁ θεὸ[ς ἰ]ασάμ[ε]νος τὸ τᾶς κεφαλᾶς ἄλγος ὀρ|θὸν ἀστάσας[31] γυμνὸν παγκρατίου προβολὰν διδάξαι· ἀμέρας δὲ γενη|θείσας ὑγιὴς ἐξῆλθε καὶ οὐ μετὰ
55 πολὺ χρόνον τὰ Νέμεα ἐνίκασε || παγκράτιον. — Γοργίας Ἡρακλειώτας πύος. οὗτος ἐμ μάχαι | τινὶ τρωθεὶς εἰς τὸμ πλ[ε]ύμονα τοξε[ύ]μ[α]τι ἐνιαυτὸν καὶ ἑξάμηνον | ἔμπυος ἦς οὕτω σφοδρῶς, ὥστε ἑπτὰ καὶ ἑξ[ή]κοντα λεκάνας ἐνέπλησε | πύους· ὡς δ' ἐνεκάθευδε, ὄψιν εἶδε· ἐδόκει [ο]ἱ ὁ θεὸς τὰν ἀκίδα ἐξε|λεῖν ἐκ τοῦ πλεύμονος· ἀμέρας δὲ γενομένας ὑγιὴς ἐξῆλθε
60 τὰν ἀ[κί]||δα ἐν ταῖς χερσὶ φέρων. — Ἀνδρομάχα ἐξ Ἀπείρο[υ] π[ερὶ παί]|δων. αὕτα ἐγκα(θ)εύδουσα[32] ἐνύπνιον εἶδε· ἐδόκει αὐτᾶι [τὸ ἔσθος ὁ θε]|ὸς ἀγκαλύψαι, μετὰ δὲ τοῦτο τὸν θεὸν ἅψασ[θ]αί οὐ τᾶ[ς κοιλίας· ἐκ τού]|του ταῖ Ἀνδρομάχαι υ[ἱ]ὸς ἐξ Ἀρύββα[33] ἐγένε[τ]ο. — Ἀ.....|ος ὀφθαλ-
65 μοὺς. οὗτος ἔν τινι μάχαι ὑπὸ δό[ρα]τος πλα[γεὶς ἀμφοτέ]||ρων τῶν ὀφθαλμῶν τυφλὸς ἐγένετο καὶ τὰν λόγχαν [ἐνιαυτὸν ἐν τῶι] | προσώπωι περιέφερε· ἐγκαθεύδω[ν δ]ὲ ὄψιν εἶδε· ἐδ[όκει οἱ τὸν θεὸν] | ἐξελκύσαντα τὸ βέλος εἰς τὰ β[λέφα]ρα τὰς καλουμ[ένας οἱ κόρας[34] πά]|λιν ἐναρμόξαι· ἀμέρας δὲ γε[νομένα]ς ὑγιὴς ἐξῆλθ[ε. | — Θ]έρσανδρος Ἁλικὸς[35] φ(θ)ισι(κ)[ός[36]. οὗτος]
70 ἐγκαθεύδων [ὄψιν εἶδε. ..... || ἑ]ώρη ἐφ' ἁμάξας .....

---

30 Pronomen hic ut v. 106 αὐτοῦ ἕθεν duplicatum adnotat Prellw. Sed utrobique αὐτός '*ipse*' significat. 31 Cf. n. 802, 112 cum not. 44. 32 ΕΓΚΑΟ. 33 Nomina Ἀνδρομάχα et Ἀρύββας (n. 138, 6 sqq.) indicare videntur, hos e regia Molossorum stirpe esse. 34 λογάδας Diels, qui provocat ad Soranum in Etymologicis, ed. Scheele, Diss. Argentor. VIII p. 237, ut λόγαδας pupulas oculi esse demonstret. οἱ κόρας Blinkenberg, quod praefert Baun., quia sic demum additamentum τὰς καλουμ[ένας] aptam habeat explicationem. 35 Cf. n. 802[51]. 36 ΦΟΙΣΙΙ.

. . . . . εἰς Ἁλιεῖς [. . . . . | τ]ῶν ἱαρῶν ἐπὶ . . . . . .
. . . . . ος ἧς τὸ πολ . . . . . |. . γμένος περ[ὶ τ]ὸν
α . . . . . λον τῶν δ . . . . . |. . ι τοῦ Θερ-
σ[ά]νδρου . . . . . οιοδρ . . . . . |. . ς κατα-
75 βά[ς τ]ὸν Θέρ[σανδρον . . . . .]εποι . . . . . .‖. . .
. . . ούσας τὸ γεγε[νημένον τοῖς ἀφικν]ουμ[ένοις[37] . . . . . .
ε|ἰς τὸ] ἱερὸν εἰς Ἐπίδα[υρον . . . . . .
. . . .|. . ἔ]δοξε τᾶι πόλι εἰς Δ[ελφοὺς . . . . . .
. . . . . |. . .]ιωντι, ὁ δὲ θεὸς ἔχρ[ησε[38] . . . . . .
. . . . .] | Ἀσκλαπιοῦ τέμενος κ . . . . . .
80 . . . . . ‖ τὸ ἱαρὸν ἀναγγελθέντ . . . . . .
. . . . . | ἱδρύσατο τέμενος Ἀσκλ[απιοῦ . . . . .
. . . . . τὰ νομι]|σθέντα ἐπετέλεσε. [---
---- περὶ τέ]|κνων. αὔτα ἐγκαθεύδου[σα ἐνύπνιον εἶδε·
ἐδόκει οἱ τὸν θεὸν εἰπεῖν] | ἐσσεῖσθαι γενεάγ καὶ ἐ[περωτῆν νιν
85 . . . . .]‖τέραν, αὐτὰ δὲ φάμεν ἐπι
[. . . . . καὶ ἐκ τούτου ἐντὸς ἐνι]|αυτοῦ ἐγένετο αὐτᾶι
υἱ[ός]. [-------] | Ἐπιδαύριος χωλός. οὗτος [χωλὸς
ἐὼν φοράδαν εἰς τὸ ἱαρὸν ἀφίκετο·] | ἐγκαθεύδων δὲ ὄψιν εἶδε·
[ἐδόκει ὁ θεὸς . . . . . .] | ποιτάσσειν αὐτῶι
90 κλίμα[κα . . . . . ἐ]‖πὶ τὸ ναόν, αὐτὸς
δὲ τὸ με . . . . . |. . . . . εν καὶ
ἄνω ἐπὶ τοῦ θ[ρόνου . . . . . | κ]αὶ
τὰγ κλίμακα μικρὸν κατ[έβα . . . . .] |
πρᾶτον ἀγανακτῶν τ[ᾶ]ι πρά[ξει . . . . . .
. . .]|λωι ἐόντι, ἀποτολμ[ᾶι[39]] δὲ ἀμ[. . . . . ἀμέρας δὲ
95 γενομένας ὑγιὴς ἐ]‖ξῆλθε. — Καφισί[ας . . . . . .
. . . . . Ἀσ]|κλαπιοῦ θεραπεύμασιν ἐπ . . . . . .
. . . . . |δεται λέγων ὡς εἰ δύναμιν ε . . . . . .
. . . . . | τᾶς ὕβριος ποινὰς λαμβάνω[ν . . . .
. . . . .] | τοῦ Βουκεφάλα ἐν τᾶι ἕδραι
100 . . . . . ‖ μὲν τὸμ πόδα παραχρῆμα
καὶ . . . . . | ὕ[σ]τερον δὲ πολλὰ

37 Supplevi. 38 Primo post ΘΕΟ statim ΕΧΡΗ inciderat quadratarius, deinde Ε in Ϛ, Χ in Ε, Ρ in Χ, Η in Ρ mutare conatus est. Baun. 39 Supplevi. ἀπὸ τόλμ[ας] δὲ ἀμ[έσως ἀπελύθη tentavit Baun., improbabiliter si quid video. Immo verbi ἀποτολμάω aliquam formam hic fuisse persuasum habeo, sed utrum haec potissimum fuerit an ἀποτολμ[ᾶν] aut ἀποτολμ[ῶν], latet quia sententia et structura enuntiati obscura est.

καθικετεύ[σαντα ὑγιῆ ἐπόησε.] | — Κλειμένης Ἀργεῖος
ἀκρατὴς [τοῦ σώματος. οὗτος ἱκέτας εἰς τὸ ἄβα]|τον ἐνεκά-
θευδε καὶ ὄψιν εἶδ[ε· ἐδόκει οἱ τὸν θεὸν .....
πε]|ριελίξαι περὶ τὸ σῶμα καὶ μικ.....
105 ....] ‖ νιν ἐπί τινα λίμναν, ἃς τὸ ὕδωρ.....
..... | δ' αὐτοῦ ἕθεν[40] διακειμένου τὸν ἀ[.....
..... πολ]|λοὺς τῶν ἀνθρώπων εἰς ταῦτα φά[μεν
..... ἀ]|φικνῶνται εἰς τὸ τέμενος ἐόντε[ς .....] | τοιοῦτον ποιησοῖ ἀλλ'
110 ὑγιῆ ἀποπ[εμψοῖ. ἁμέρας δὲ γεγενημένας[41] ἀσ]‖κηθὴς ἐξῆλθε. —
Δίαιτος Κυρ[ετιεύς[42]. οὗτος ἀκρατὴς ἐὼν ἐτύγχα]|νε τῶγ
γονάτων· ἐγκαθεύδων δὲ ἐνύ[πνιον εἶδε· ἐδόκει οἱ τὸν θεὸν] |
τοὺς ὑπηρέτας κέλεσθαι ἀειραμέν[ους νιν ἐξενεγκεῖν ἐκ τοῦ
ἀ]|δύτου καὶ καταθέμεν πρὸ τοῦ ναοῦ, ἐ[πεὶ δὲ αὐτὸν οὗτοι ἔξω
ἤνεγ]|καν, ἅρμα ζεύξαντα τὸν θεὸν ἵππων πε[ριελαύνειν[43] πρὸ
115 τοῦ ναοῦ κύ]‖κλωι καὶ καταπατεῖ(ν) νιν[44] τοῖς ἵπποις, [καὶ ἐκ
τούτου νιν ὀρθὸν γε]|νέσθαι εὐθύς· ἁμέρας δὲ γενομένας ὑγ[ιὴς
ἐξῆλθε. — Ἀνδρομέ]|δα ἐκ Κέου[45]. αὕτα περὶ παίδων ἐγ-
καθεύδ[ουσα ἐνύπνιον εἶδε· ἐδό]|κει οἱ ἐν τῶι ὕπνωι δράκων ἐπὶ
τᾶς γαστ[ρὸς κεῖσθαι[46]· καὶ ἐκ τούτου] | παῖδές οἱ ἐγένοντο
120 πέντε. — Τίμω[ν ..... λόγχαι τρω]‖θεὶς ὑπὸ τὸν
ὀφθαλμόν. οὗτος ἐγκαθεύδ[ων ἐνύπνιον εἶδε· ἐδό]|κει οἱ ὁ
θεὸς ποίαν τρίψας[47] ἐγχεῖν εἰς τ[ὸν ὀφθαλμόν τι· καὶ ὑγι]|ὴς

---

40 Cf. not. 30. 41 Supplevit Baun., γενηθείσας Cavv., quo spatium lacunae non expletur. 42 Supplevi. Κυρ[αναῖος Cavv.; at proximam post P litteram ἄλφα esse non posse lapide accurate examinato testatur Baun. De Cyretiis Perrhaeborum civitate v. n. 278, 1. 43 Dubitanter hoc proposuit Baun. πε[ριέργεσθαι] Cavv. probantibus reliquis editoribus. At manifesto curru vehitur deus, quod hoc verbo enuntiari profecto non potest. 44 ΓΑΤΕΙΝΙΝ. 45 ΚΕΘΥ Cavv. At mediam partem planiciei circularem laesam esse multo maiore spatio, quam alibi litterae θῆτα punctum occupet, ita ut omnino discerni nequeat utrum punctum hic fuerit necne, testatur Baun. Utique, quod Cavv. excogitavit, fortasse Cytherorum nominis formam ceteroquin ignotam traiectis duarum primarum syllabarum vocalibus, Κεθύρη vel Κεθύρα, hic agnoscendam esse, omnium maxime improbabile est. 46 Supplevi; ἐλθεῖν editores. At ita ἐπὶ τὴν γαστέρα expectaveris. Neque quod una littera longiorem vocem reposui difficultatem habet. Nam EI haud raro unius litterae sedem occupant. 47 Unum verbum ποϊαντρίψας (i. e. προσανατρίψας) hic agnoscere sibi visus erat Cavv. Sed Wil. monuit manifesto accusativum ποίαν (*herbam*) hic haberi.

ἐγένετο. — Ἐρασίππα ἐκ Καφυιᾶν[48]. [.....
....] | εἶχε τὰγ γαστέρα καὶ ἐπέπρητο ὅλα καὶ ο[ὐκ ἐδύνατο
ἕρπειν· ἐγκα]|θεύδουσα δὲ ἐνύπνιον εἶδε· ἐδόκει οἱ ὁ θε[ὸς τὰν
125 γαστέρα ἀντρί]‖βων φιλῆσαί νιν, μετὰ δε τοῦτο φιάλαν οἱ δό[μεν
φάρμακον ἔχουσαν] | καὶ κέλεσθαι ἐκπιεῖν, ἔπειτα ἐμεῖν κέλε-
σ[θαι· αὐτὰ δὲ ἐμέσαι, πᾶν[49]] | δὲ ἐμπλῆσαι τὸ λώπιον τὸ
αὐτᾶς. ἁμέρας δὲ γ[ενομένας ὁρῆι ὅλον[50]] | τὸ λώπιον μεστὸν
ὧν ἐξήμεσε κακῶν, καὶ ἐκ το[ύτου ὑγιὴς ἐγένε]|το. — Νικασι-
βούλα Μεσσανία περὶ παίδω[ν[51]. αὔτα ἐγκαθεύδουσα] ‖
130 ἐνύπνιον εἶδε· ἐδόκει οἱ ὁ θεὸς δράκοντα μέ[γαν παρκατακλῖναι[52]] |
φέρων παρ' αὐτάν, τού(τ)ωι[53] δὲ συγγενέσθαι αὐτά· [καὶ ἐκ
τούτου] | παῖδές οἱ ἐγένοντο εἰς ἐνιαυτὸν ἔρσενες δύ[ο. — ------] |
Κιανὸς[54] ποδάγραν. τούτου ὕπαρ χὰν[55] ποτιπορευο[μένου
ἐπιδάκνων] | αὐτοῦ τοὺς πόδας καὶ ἐξαιμάσσων ὑγιῆ ἐπόη[σε].

---

48 Diphthongum υι habes etiam n. 258, 61, simplicem vocalem (Καφυεῖς) n. 214, 25. 39. 49 Supplevi. 'Deum iussisse bibere ac deinde vomere, ipsam vero vomuisse ita ut totum pallium impleret. Identidem in his tabulis hoc recurrit, aegrotos id quod somniaverant iam cum experrecti essent re vera evenisse videre. Quare ne hic quidem dei mandatum finis somnii fuisse potest, sed de ipso vomitu aliquid addendum fuit. 50 Supplevi. Cavvadiae supplementum αὔτα iam Baun. improbabile iudicaverat. 51 Sic Blinkenberg et Baun. παιδό[ς] Cavv. Littera ultima ex superstitibus laesa est, ut utrum Ο an Ω fuerit, non plane pro certo pronuntiari liceat; hoc tamen veri similius visum Blinkenbergio. Utique pluralis unus sententiae aptus, non ut Baun. vult quia postea geminos natos narratur; nam id cum deum de progenie consuleret, scire non poterat; sed quia hic ubi de prole in universum dicitur, nullus omnino singulari locus est. Cf. v. 60. 61. 82. 83. 52 Supplevi. 53 ΤΟΥΓΩΙ. 54 ....κιανός editores omnes, hoc nomen ab initio truncatum existimantes. Baun. exemplum supplementi proponit [Τρικ]κιανός. At Triccae Thessaliae cives Τρικκαῖοι potius dicuntur. Nomina propria in -κιανός cadentia sane frequentia sunt in titulis Graecis, sed ea ad unum omnia Latina sunt, ut huius tituli aetate in censum non veniant. Quare quin Κιανός integrum sit ethnicum a Cio urbe Bithyniae, quae postea Prusias appellata est, derivatum non est dubium. 55 Sic S. Reinach in litteris ad Baun. datis et Diels, cum Cavv. initio ὑπαρχὰν unam vocem esse opinatus esset; quam interpretationem iusto pertinacius defendit Baun. statuens ὑπαρχάν auxilium significare et ὑπαρχὰν ποτιπορεύεσθαι 'adire aliquem de auxilio'. At id nullo exemplo aut argumento probari potest.

804 Stela marmorea ornata acroteriis, inventa in Asclepieo Epidauriorum. Edd. P. Cavvadias Ἐφ. ἀρχ. 1883 p. 227 n. 60. J. Baunack Studien I, 1 p. 110 n. 60. Aus Epidauros p. 11 n. 60. v. Wilamowitz Isyllos p. 116. P. Cavvadias Fouilles d'Epidaure I p. 33 n. 5. Cf. quae adnotaverunt K. Zacher Hermae XXI p. 472 not. 3 et F. Buecheler Mus. Rhen. XXXIX p. 620.

Ἐπὶ ἱερέως Πο(πλίου) Αἰλ(ίου) Ἀντιόχου.
Μ(ᾶρκος) Ἰούλιος Ἀπελλᾶς[1] Ἰδριεὺς Μυλασεὺς[2] μετεπέμφθην | ὑπὸ τοῦ θεοῦ, πολλάκις εἰς νόσους ἐνπίπτων καὶ ἀπεψί|αις χρώμενος· κατὰ δὴ τὸν πλοῦν ἐν Αἰγείνῃ ἐκέλευσέν ‖ με μὴ πολλὰ ὀργίζεσθαι. ἐπεὶ δὲ ἐγενόμην ἐν τῷ ἱερῷ, ἐ|κέλευσεν ἐπὶ δύο ἡμέρας συνκαλύψασθαι τὴν κεφαλήν, | ἐν αἷς ὄμβροι ἐγένοντο, τυρὸν καὶ ἄρτον προλαβεῖν[3], σέλει|να μετὰ θρίδακος[4],

---

Litterae ΑΔΘΟΠΣ. Vs. 1 Π̊. Nonnullae litterarum ligaturae in finibus versuum inveniuntur: P et H v. 10. M et E v. 22 et 25. NME v. 26. Linea horizontalis supra M initio versus alterius ex more compendium scripturae indicat, sed cur v. 20 in ΪΑΤΡΑ idem usu veniat latet. De hoc titulo illustrando egregie meruit Wilamowitzius, cui paene omnia quae infra leguntur accepta fero. 1 Eundem hominem probabiliter agnovit Wilam. C. I. Att. III, 731: Εὐμολπίδαι τὸν ἄρχοντα Μᾶρκον Ἰούλιον Ἀπελλᾶν Μαραθώνιον υἱὸν Μ(άρκου) Ἰουλίου Δαμιανοῦ Μυλασ[έ]ως καὶ Φλ(αουΐας) Πώλλης, Φλ(αουΐου) Ἀπελλᾶ Ὑπαιπηνοῦ θυγατρός. Nam filius hominis Mylasensis priusquam Athenis civitatem nancisceretur sine dubio Mylasensis fuit, eoque tempore hoc marmor dedicatum esse consentaneum est. De tempore cf. not. 7. 2 Duplex ethnicum offensionem quandam habet; utique hac appellatione uti omnino nequivisset Apellas, nisi Idrias tum pagus civitatis Mylasensium fuisset. Nam de homine qui simul duarum civitatium civis est, aliter dicendum fuit. At ne sic quidem constanti titulorum usui ab omni parte respondet hoc exemplum, qui flagitat ut maiori corpori subiungatur minus, quod illius partem efficit, non praemittatur. Cf. n. 719, 1 Ἀθηναῖος Λακιάδης et quae Baun. attulit Θεσσαλὸς Ὑπαταῖος, Θεσσαλὸς Σκοτουσσαῖος, Κρὴς Χερσονάσιος (n. 156, 4), Κρὴς Ὀάξιος. Quare fuit cum Ἰδριεῦς genetivum nominis paterni esse existimarem; sed neque huius tituli aetate Ionicam contractionem -εῦς ex -έος etiamtum in usu fuisse probabile est, et monumentum Atticum, de quo dixi not. 1, hunc Apellam Damiani, non Idriei filium fuisse videtur indicare. 3 Ter (v. 7. 9. 15) hic προλαμβάνειν, προλαβεῖν ‘edere’ est. Wilam. vim praepositionis temporalem quidem fuisse, sed labente tempore plane evanuisse, Baun. praeferendi notionem inesse iudicat. At nescio an praepositiones πρός et πρό confusae sint; nam pro προσφέρεσθαι, quod perfrequens et de cibo, inferiore aetate nonnunquam προσλαμβάνειν quoque occurrit. 4 Aristid. I, 463, 22 Dindf. τροφὴν δὲ ἔδωκε λάχανα ἄγρια, ἃ καὶ πέψιν καὶ δύναμιν παρέσχε μοί τινα. Galen VI

αὐτὸν δι' αὐτοῦ λοῦσθαι, δρόμῳ γυμνάζε|σθαι, κιτρίου[5] προλαμ-
10 βάνειν[6] τὰ ἄκρα, εἰς ὕδωρ ἀποβρέξαι, πρὸς ‖ ταῖς ἀκόαις[7] ἐν
βαλανείῳ προστρίβεσθαι τῶι τοίχωι, περιπάτῳ χρῆ|σθαι ὑπερώῳ[8],
αἰώραις[9], ἀφῇ πηλώσασθαι[10], ἀνυπόδητον περι|πατεῖν[11], πρὶν

---

p. 638 τά γε μὴν σέλινα — καὶ τῆς θρίδακος φύλλοις μιγνύντες προσφέρονταί τινες. ἄποιον γὰρ οὖσα λάχανον ἡ θρῖδαξ ἔτι δὲ ψυχρὸν ἔχουσα χυμὸν ἡδίων τε ἅμα καὶ ὠφελιμωτέρα γίνεται τῶν δριμέων τι προσλαμβάνουσα affert Wilam. 5 Malum medicum (V. Hehn Culturpflanzen und Hausthiere ed. 5 p. 357). Cf. Galen. VI p. 618 τοῦτο μὲν (τὸ σκέπασμα τοῦ κιτρίου) εὐῶδές τ' ἐστὶ καὶ ἀρωματίζον οὐ κατὰ τὴν ὀσμὴν μόνον ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν. εἰκότως οὖν δύσπεπτόν ἐστιν, ὡς ἂν σκληρόν τε καὶ τετυλωμένον. εἰ δ' ὡς φαρμάκῳ τις αὐτῷ χρῷτο συντελεῖ τι πρὸς πέψιν. — τῷ δ' αὐτῷ λόγῳ καὶ στόμαχον ῥώννυσιν ὀλίγον ληφθέν, ὥστε καὶ κόπτοντες αὐτὸ καὶ τὸν χυλὸν ἐκθλίβοντες εἰώθασι μιγνύναι τοῖς καταποτίοις φαρμάκοις ὅσα λαπακτικὰ τῆς γαστρός ἐστιν ἢ καθαρτικὰ τοῦ σώματος ὅλου. Ceterum ad ἀποβρέξαι mente ex superioribus supplendum est κιτρίου τὰ ἄκρα, ita ut magis perspicue ἀποβρέξαντα dicturus fuerit Apellas. Wilam. 6 Cf. not. 3. 7 Sic hic et v. 18 Wilam., qui latinum vocabulum *aquae* litteris Graecis scriptum agnovit, ratus aquaeductum ab Antonino Pio institutum (Paus. II, 27, 7) designari. Quae sententia et ingeniosa et multis nominibus perquam probabilis est. Neque enim ullo pacto auditus vel aurium notio huc quadrat, sed utique loci cuiuspiam mentio desideratur. At scrupulum movet Latina vox de re Graecis ipsis familiarissima iam illa aetate in sermonem Graecorum recepta. Quare mihi in mentem venit, fortasse loco alicui delubri Epidaurii propter fabulam de nescio quibus vocibus divinis auditis proprium nomen Ἀκοαί fuisse. 8 Ad Antyllum apud Oribasium I p. 508, 3 Daremb. οἱ δὲ ὑπερῷοι πάντων περιπάτων προκριτέοι provocat Wil., idemque mentionem facit nobilissimae ex his pensilibus ambulationibus, quam Sostratus Dexiphanis f. Cnidius, Ptolemaei II nauarchus, in patria sua exstruxerit (Plinius N. h. XXXVI, 83. Lucian. Amores 11. C. T. Newton Discoveries at Halicarnassus, Branchidae and Cnidus tab. XXVI—XXVIII). 9 Accurate describi αἰώραν ab Antyllo apud Oribasium I 513, 11 sqq., qua primus inter medicos usus esset Asclepiades (Plin. N. h. XXVI, 14) adnotavit Wil. 10 Cf. Arsitides I p. 485, 3 τοιούτων δ' ὄντων προσέταξε χρήσασθαι (leg. χρίσασθαι) τῷ πηλῷ πρὸς τῷ φρέατι τῷ ἱερῷ καὶ λούσασθαι αὐτόθεν. v. 9 τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ προστάττει τῷ τε πηλῷ πάλιν κατὰ τὰ αὐτὰ χρήσασθαι (immo χρίσασθαι) καὶ δραμεῖν κύκλῳ περὶ τοὺς νεὼς εἰς τρίς. Plutarch. de superstitione 3 p. 166 A ὦ βάρβαρ' ἐξευρόντες Ἕλληνες κακά' τῇ δεισιδαιμονίᾳ, πηλώσεις καταβορβορώσεις βαπτισμούς, ῥίψεις ἐπὶ πρόσωπον, αἰσχρὰς προκαθίσεις, ἀλλοκότους προσκυνήσεις. Wilam., qui monet ἀφὴν esse pulverem quo athletae post unctionem se aspergerent, coll. Senecae epist. 57, 1: *et tantum luti tota via fuit, ut possim videri nihilominus navigasse. totum athletarum fatum mihi illo die perpetiendum fuit: a ceromate nos haphe excepit in crypta Neapolitana.* § 2 *duo incommoda inter se contraria simul pertulimus: eadem via, eodem die et luto et pulvere laboravimus.*

ἐνβῆναι ἐν τωῖ βαλανείῳ εἰς τὸ θερμὸν ὕδωρ | οἶνον περιχέασθαι[12],
μόνον λούσασθαι καὶ ἀττικὴν δοῦναι | τῶι βαλανεῖ, κοινῇ θῦσαι
15 Ἀσκληπιῷ, Ἠπιόνῃ, Ἐλευσεινίαις[13], ‖ γάλα μετὰ μέλιτος προ-
λαβεῖν[14]· μιᾷ δὲ ἡμέρᾳ πιόντος μου γά|λα μόνον, εἶπεν· ʿμέλι
ἔμβαλλε εἰς τὸ γάλα, ἵνα δύνηται διακό|πτειν.ʾ ἐπεὶ δὲ ἐδεήθην
τοῦ θεοῦ θᾶττόν με ἀπολῦσαι, ᾤμη(ν) νά|πυι[15] καὶ ἅλσὶν κεχρει-
μένος[16] ὅλος ἐξιέναι κατὰ τὰς ἀκόας[17] ἐκ τοῦ | ἀβάτου, παι-
20 δάριον δὲ ἡγεῖσθαι θυμιατήριον ἔχον ἀτμίζο[ν] ‖ καὶ τὸν ἱερέα
λέγειν· ʿτεθεράπευσαι, χρὴ δὲ ἀποδιδόναι τὰ ἴατραʾ[18]. | καὶ
ἐποίησα, ἃ εἶδον, καὶ χρείμενος[19] μὲν τοῖς ἅλσὶ καὶ τῶι νάπυ|[ι]
ὑγρῶι ἤλγησα, λούμενος[20] δὲ οὐκ ἤλγησα. ταῦτα ἐν ἐννέα
ἡμέ|ραις, ἀφ' οὗ ἦλθον. ἥψατο δέ μου καὶ τῆς δεξιᾶς χ(ε)ιρὸς
καὶ τοῦ | μαστοῦ. τῇ δὲ ἑξῆς ἡμέρᾳ ἐπιθύοντός μου, φλὸξ
25 ἀναδραμοῦ‖σα ἐπέφλευσε[21] τὴν χεῖρα, ὡς καὶ φλυκταίνας ἐξαν-

---

Pulvere (ἀφῇ) cum aqua commixto πηλός fit, quo se ungere iubetur Apellas. 11 Cf. Aristides I p. 461, 25 Dindf. πολλὰ μὲν οὖν καὶ παράδοξα ἐπετάχθημεν· ὧν δ' ἀπομνημονεύω, δρόμος τέ ἐστιν ὃν ἔδει δραμεῖν ἀνυπόδητον χειμῶνος ὥρᾳ. 466, 27 ἀνυπόδητόν τε γὰρ προελθεῖν ἐπέταξε (ὁ Ἀσκληπιὸς) κτλ. 12 Ab hoc verbo pendere εἰς τὸ θερμὸν ὕδωρ sumpsit Wil., ideoque praecipi sibi persuasit ut vinum aquae calidae infunderetur, priusquam in eam descenderet Apellas. Cui opinioni neque praepositio περὶ neque medium verbi genus convenit. Immo suum ipsius corpus vino perfundere iubetur ille, priusquam lavacro se immittat; nempe εἰς τὸ θερμὸν ὕδωρ ad ἐνβῆναι pertinet. 13 ἤπιον ἢ Ἐλευσινίαις Cavv., quod certatim emendaverunt Bue., Wil., Za. 14 Cf. not. 3. 15 ΩΜΗΝΑΠΥΙ. 16 Accurate hic distinguuntur quae a χρῆσθαι descendunt per η scripta (χρῆσθαι v. 10. 11. χρησάμενος v. 29) ab eis quae ad χρίειν redeunt ideoque ει, quod tum fuit legitima vocalis ī productae signum, habent (κεχρειμένος v. 18. χρείμενος v. 21; cf. not. 19). Nam perperam a Baunackio haec quoque a χρῶμαι repeti dilucide probat additum ὅλος (*toto corpore*), quod in ungendi notione perbene se habet, utendi vero verbo additum omnium ineptissimum est. 17 Cf. not. 7. 18 Cf. n. 802[21]. 19 χρει(ό)μενος emendat Wilam. Contra quem quae disputat Baun., a manifesto errore de vocis origine et vi (not. 16) proficiscuntur. At fortasse sic defendi potest tradita scriptura, ut Apellam antiquam formam Atticam λούμενος, quam v. 22 consulto ab eo positam esse vidit Wil., prave interpretatum, tanquam si non contractione ex λοόμενος, sed hyphaeresi vocalis ex λουόμενος nata esset, ad eius exemplum suo Marte χρίμενος pro χριόμενος finxisse statuamus. Talia tunc temporis eis qui Attice scribere vellent, etiam hominibus haud exigua eloquentiae laude florentibus, nonnunquam accidisse testatur Phrynichus p. 15, 4 Λολλιανὸς ἀκούσας ὅτι χρὴ σὺν τῷ ᾱ εἰσιέναι λέγειν, εἶτα ὑπέλαβε καὶ τὸ εἰσίτω εἰσιέτω δεῖν λέγεσθαι. 20 Cf. n. 19. 21 Herodot. V, 77 αἵπερ (αἱ πέδαι) ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν περιεοῦσαι, κρεμάμεναι ἐκ τειχέων περιπεφλευσμένων πυρὶ ὑπὸ τοῦ Μήδου unum

θῆσαι. μετ' ὀ|λίγον δὲ ὑγιὴς ἡ χεὶρ ἐγένετο. ἐπιμείναντί μοι ἄνηθον με|τ' ἐλαίου χρήσασθαι[22] πρὸς τὴν κεφαλαλγίαν εἶπεν· — οὐ μὴν ἤλ|γουν τὴν κεφαλήν· συνέβη οὖν φιλολογήσαντί μοι συνπλη|ρωθῆναι[23]· χρησάμενος τῷ ἐλαίῳ ἀπηλ(λ)άγην τῆς κεφα-
30 λαλγί||ας. — ἀναγαργαρίζεσθαι ψυχρῷ πρὸς τὴν σταφυλήν[24] — καὶ γὰρ περὶ | τούτου παρεκάλεσα τὸν θεόν — τὸ αὐτὸ καὶ πρὸς παρίσθμια[25]· ἐκέ|λευσεν δὲ καὶ ἀναγράψαι ταῦτα. χάριν εἰδὼς καὶ ὑγιὴς γε|νόμενος ἀπηλλάγην.

---

praeter hoc huius verbi exemplum esse observavit Wil., nam περιφλύει Ar. Nub. 396 ad eandem quidem radicem redire sed tamen simplicem vocalem pro diphthongo habere. 22 Soloecismum verbi χρῆσθαι transitive usurpati, cuius Wil. mentionem fecit, vix recte Baun. ita tollere studet ut ἄνηθον accusativum obiecti ad εἰπεῖν relatum esse statuat, infinitivum nudum χρήσασθαι vero pro ὥστε χρήσασθαι positum. 23 Nimia cogitandi contentione effectum est ut cerebrum sanguinis illuc decurrentis multitudine oneraretur ideoque caput doleret. Wil., qui affert Galen. VIII p. 205 διαφορὰ δέ τίς ἐστι καὶ αὐτῶν τῶν κεφαλαλγιῶν, ἐνίων μὲν τὴν κεφαλὴν εὐπλήρωτον ἐχόντων, ἐπιτήδειον δὲ τὴν ὅλην τοῦ σώματος ἕξιν πρὸς τὸ πληροῦν αὐτήν. 24 Cf. Galen. VII p. 731 αἱ σταφυλαὶ — καὶ τὰ παρίσθμια — οὐκ ἄλλο τι ἢ φλεγμοναί εἰσιν, αἳ μὲν σταφυλαὶ τοῦ γαργαρεῶνος — τὰ παρίσθμια τῶν κατ' αὐτὴν τὴν φάρυγγα σωμάτων. 25 Cf. not. 24.

---

805 Marmor grande fractum in duas partes, integrum praeter partem inferiorem et angulum dextrum superiorem, inventum in vico *Miamù* (Lebena) apud Petrospanákiu quendam. Edd. J. Baunack Philologi XLVIII p. 401 n. 8 (cf. eiusdem Addenda p. 576). F. Halbherr Museo Italiano di antichità classica III p. 720 n. 170.

Ἀσκληπιῷ
Πόπλιος Γράνιος[1]
κατ' ἐπιταγήν[2].
5 Ἐκ διετίας βήσσοντά με ἀδ[ιαλεί]||πτως, ὥστε σάρκας ἐνπύου[ς

Litterae ΑΖΗΘΞΠΣΩ apicibus ornatae. 1 P. Granium mercatorem apud Ciceronem in Verrem V, 59, 154 commemorari observat Ha., neque improbabile esse eundem hoc monumentum dedicasse. At mihi multo veri similius est, principatus demum temporibus haec esse incisa (cf. not. 7). Ceterum post Γράνιον cognomen intercidisse suspicatus est Baun. Ac sane angulus dexter superior periit. Sed si huius versus litterarum posituras cum v. 1. 3, qui sine controversia integri sunt, comparaveris, ne hic quidem quicquam intercidisse intelleges. 2 Cf. n. 786[1].

καὶ] | ἡμαγμένας[3] δι' ὅλης ἡμέρας ἀ[πο]||βάλλειν, ὁ θεὸς ἐπεδέ-
ξατο θερ[α]||πεῦσαι.
10 ἔδωκεν εὔζωμον[4] νήστῃ[5] τρώγειν, || εἶτα πεπερᾶτον[6] Ἰταλικὸν
πείνειν, | πάλιν ἄμυλον διὰ θερμοῦ ὕδατος, | εἶτα κονίαν ἀπὸ
τῆς ἱερᾶς σποδοῦ | καὶ τοῦ ἱεροῦ ὕδατος, εἶτα ᾠὸν καὶ | ῥητεί-
15 νην, πάλιν πίσσαν ὑγράν, || εἶτα εἴρην[7] μετὰ μέλιτος, εἶτα μῆ-
λον | Κυδώ[νιον κ]αὶ ..... ἷδα συνεψή||[σαντι τὸ μὲν ἕψημα[8]
πεῖ]νειν, τὸ δὲ μῆλον | [τρώγειν[9], εἶτα τρώγει]ν[10] σῦκα μετὰ
20 σπο||[δοῦ ἱερᾶς τῆς[11] ἐκ τοῦ] βωμοῦ, ὅπου θύ||[ουσι τῷ θεῷ[12].
----------] ἀπὸ τ[ῆ]ς ἐν τῷ δε||[ξιῷ (?) ---------]ς πολὺ αἷμα
----|------- οὖντα [ἷ]κέ[την[13]--|------]

3 [καὶ] | ἡμαγμένας G. Meyer (in epistula ad Baun.) et Halbh. [δι]|ηαγμένας Curt Steffen, [ἀπ]|η(λλ)αγμενας Baun., quod postea sane ipse retractavit. 4 Cf. Plinius Nat. hist. XIX, 154 *eruca praecipue frigorum contemptrix diversae est quam lactuca naturae concitatrixque veneris.* Nam haec (*brassica eruca* Linn.) est quae Graece εὔζωμον vocatur. Halbh. 5 Dativum vocis νήστης hunc esse vix opus esset monere, nisi Baun. aliter intellexisset. 6 *Vinum piperatum* apud Romanos potissimum medicos in usu fuit; cf. Celsus IV, 26 (p. 152, 24 D,). H. 7 Quin hoc prava inferioris aetatis consuetudine pro εἶριν vel ἶριν incisum sit eo minus dubitari licet, quia aliter non intellegeretur unde Ionica vocalis post ρ in hunc titulum pervenisset. De iridis plantae usu medico cf. Theophrast. de odor. 7, 32: θερμὴ δὲ καὶ στυπτικὴ καὶ ἡ ἶρις. 12, 60: ἐπεί γε κοιλίαν κινεῖ καὶ ἡ ἶρις ὥσπερ ἐλέχθη. Vides apte eam hic cum melle componi, cui eadem vis tribuitur n. 804, 16. 8 Supplevi. Baun. et Halbh. inde ab hoc versu fere a restituendo abstinuerunt. 9 Supplevi. 10 Supplevi. 11 Haec supplevi, proxima ἐκ τοῦ iam Halbh. habet. 12 Supplevi. 13 Supplevi.

---

806 Lebenae in insula Creta prope Gortyna. Nonnullas tituli partes ed. J. Baunack Philologi XLVIII p. 404, integrum F. Halbherr Museo ital. III p. 723 n. 171. Supplevit et commentario illustravit J. Zingerle Mitth. des arch. Inst. in Athen XXI (1896) p. 67 sqq.

----------ασα----------|------ κεφαλὴν κα[ὶ ----
----------|..] εὐ[χ]αριστεῖ[1] Ἀσκληπιὸ[ν Σωτῆρα, λαβοῦσα[2]] |

Litterae ΘΞΠΣΩ, ornatae apicibus. A similis argumenti titulo n. 805 utique non magno temporis intervallo distat. Supplementa Zingerlei sunt praeter ea quae hic nominatim alii tribuuntur. 1 Subiectum huius verbi mulier (cf. v. 7 κατακαύσασαν) est, quae Aesculapium adierat et ab eo

5 ἐπὶ τοῦ μεικροῦ δακτύλο[υ ἕλκωσίν[3] τινα ‖ ἀ]γρίαν καὶ θερα-
πευθεῖσ[α, τοῦ θεοῦ ἐπιτά]ξαντος[4] ἐπιθεῖναι ὀστ[ρέου τὸ
ὄστρακον[5]] | κατακαύσασαν καὶ λεο[τριβήσασαν[6] μετὰ] | ῥοδίνου[7]
καὶ μολόχῃ [μετ' ἐλαίου χρίσασ]θαι· καὶ οὕτως ἐθεραπ[εύθην.
10 ἰδοῦσαν] ‖ δέ με πλείονας ἀρετά[ς[8] τοῦ θεοῦ καθ' ὅπν]ον [ἀν]α-
γράφειν ὁ θεὸ[ς ἐκέλευσε τὰς | ὄψ]εις. ο----σι ταῖς ι------
---|----πε ---- δακτύ[λου ----------|--]ον, ἐπιτάξαντο[ς τοῦ
15 θεοῦ -------‖--]ρον ἀπὸ δυο[ῖν ---------]

---

curata erat. Nomen ante ipsum verbum periisse recte existimat Zi. Itaque versuum 1. 2 relliquias ad alium eiusdem generis titulum pertinuisse consentaneum est. 2 Supplevi; ἔχουσα Zi. At quo tempore medelae iam sibi allatae (θεραπευθεῖσα) gratiam refert (εὐχαριστεῖ), enuntiare non potest se etiamtum habere illud ulcus. 3 Supplevit Zi. provocans ad n. 802, 113 sqq. ὑπό του ἀγρίου ἕλκεος δεινῶς διακείμ[εν]ος. 4 Suppleverunt Halbh. et Baun. Cf. n. 786[1]. 5 Supplevit Z., qui de ostreorum usu medico affert locos Plinii N. h. XXXII, 65: *testae ostreorum cinis uvam sedat et tonsillas admixto melle, eodem modo parotidas, panos mammarumque duritias, capitum ulcera ex aqua, cutemque mulierum extendit. inspergitur et ambustis et dentifricio placet. pruritibus quoque et eruptionibus pituitae ex aceto medetur. crudae si tundantur, strumas sedant et perniones pedum* et Galeni XII p. 345 ὀστρέων τὸ ὄστρακον καυθὲν ὁμοίας ἐστὶ δυνάμεως τῷ τῶν κηρύκων ὀστράκῳ. 6 Pro λειοτριβεῖν etiam hic λεοτριβεῖν scribitur ut in papyro Leidensi (Dieterich Abraxas p. 172). De hac diphthongi et simplicis vocalis vicissitudine cf. n. 53[13]. Praeterea cum hoc praecepto aptissime Zi. confert locum papyri Berolinensis ap. Parthey Abh. der Kgl. Ak. d. W. zu Berlin 1865 p. 151 sq. v. 34: ἔστιν δὲ τὸ μέλαν τόδε· σμύρναν καὶ πεντεδάκτυλον βοτάνην καὶ ἀρτεμισίαν καύσας [ὁμοῦ λει]οτρίβησον. 7 Sc. ἐλαίου. Nam si unguentum intellegeretur, μύρον necessario addendum erat. Zi. 8 Cf. n. 784, 2. 807, 5.

---

807 Tabula marmorea mutilata supra et a dextra; titulus sane a dextra integer est, sed alia adiuncta fuisse videtur in eadem planicie columna scripturae similis argumenti, cuius non exstant nisi quinque litterae. Romae exscripsit anno 1547 Metellus (cod. Vatic. 6039 f. 295. 6040 f. 30). Edd. post alios Franz C. I. G. 5980. G. Kaibel Inscr. Gr. Sic. et Ital. p. 256 n. 966.

Litterae ΛΕΘΛΖΠϹΩ. De aetate cf. not. 6. A dextra alterius columnae relliquiae exstant perexiguae: iuxta v. 11 ΑΝΝ, quas litteras ex nomine hominis aegrotantis Ἀνν[ίῳ] superesse perquam probabiliter existimat K., et iuxta versum 13 ΕΝ.

αὐταῖς ταῖς[1] ἡμέραις Γαΐῳ τινὶ τυφλῷ ἐχρημάτισεν[2] ἐλθεῖν ἐπ[ὶ τὸ] ἱε|ρὸν βῆμα καὶ προσκυνῆσαι, εἶ(τ)α[3] ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν | καὶ θεῖναι τοὺς πέντε δακτύλους ἐπάνω τοῦ βήματος καὶ ἆραι τὴν χεῖ|ρα καὶ ἐπιθεῖναι ἐπὶ τοὺς
5 ἰδίους ὀφθαλμούς· καὶ ὀρθὸν ἀνέβλεψε τοῦ ‖ δήμου παρεστῶτος καὶ συνχαιρομένου[4], ὅτι ζῶσαι ἀρεταὶ[5] ἐγένοντο ἐπὶ | τοῦ Σεβαστοῦ ἡμῶν Ἀντωνείνου[6].

Λουκίῳ πλευρειτικῷ καὶ ἀφηλπισμένῳ ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου ἐχρη⟨σ⟩μάτι|σεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν καὶ ἐκ τοῦ τριβώμου[7] ἆραι τέφραν[8] καὶ μετ᾽ οἴνου ἀνα|φυρᾶσαι καὶ ἐπιθεῖναι ἐπὶ τὸ πλεῦρον· καὶ
10 ἐσώθη καὶ δημοσίᾳ[9] ηὐχαρίστησεν ‖ τῷ θεῷ καὶ ὁ δῆμος συνεχάρη αὐτῷ.

αἷμα ἀναφέροντι Ἰουλιανῷ, ἀφηλπισμένῳ ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου, ἐχρη⟨σ⟩μά|τισεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν καὶ ἐκ τοῦ τριβώμου ἆραι κόκκους στροβίλου καὶ | φαγεῖν μετὰ μέλιτος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας· καὶ ἐσώθη καὶ ἐλθὼν δημοσίᾳ | ηὐχαρίστησεν ἔμπροσθεν τοῦ δήμου.

15 Οὐαλερίῳ Ἄπρῳ στρατιώτῃ τυφλῷ ἐχρημάτισεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν καὶ λαβεῖν αἷμα | ἐξ ἀλεκτρυῶνος λευκοῦ μετὰ μέλιτος καὶ κολλυρίου συντρῖψαι καὶ ἐπὶ | τρεῖς ἡμέρας ἐπιχρεῖσαι ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς· καὶ ἀνέβλεψεν καὶ ἐλήλυθεν | καὶ ηὐχαρίστησεν δημοσίᾳ τῷ θεῷ.

---

1 Exspectaveris ταῖς αὐταῖς. 2 Sc. ὁ θεός. Cf. v. 7. 11. 15. Sine dubio Aesculapius est. 3 ЄICÀ Metellus, Smetius, ЄNÀ Holstenius. Correxit Smetius addita in margine T littera. 4 Medii vel passivi usus barbarus, sed iam antiqua aetate non inauditus, quippe quem irriserit Aristophanes Pac. 291 ὡς ἥδομαι καὶ χαίρομαι κεὐφραίνομαι. 5 Cf. n. 784, 2. 806, 10. 6 Hinc certissime colligitur, titulum anno 138 p. Chr. non esse antiquiorem. Quod vero Antoninum Pium potissimum intellegendum esse dicit Franzius, id mihi nullo certo argumento niti videtur. 7 Aram triplicem, in qua tribus diis sacra fiant, significare videtur vocabulum ceteroqui quod sciam inauditum. 8 Cf. n. 805, 12. 18. 19. 9 Coram populo; redit v. 13. 18. Ab antiquiore aetate haec adverbii significatio aliena est.

8. Dirae et imprecationes.

808 Diptychum plumbeum, Corcyrae. Edd. Orioli Bullettino dell' Inst. arch. Rom. 1848 p. 72; cf. ibid. p. 96 (Syll.[1] 431). Mustoxydis delle cose Corciresi p. 237 n. LXXII (inde C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 559 n. 76. F. Blass ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III p. 102 n. 3220. W. Dittenberger I. G. Sept. III, 977. R. Wuensch Defixionum tabellae Atticae praef. p. VIII sqq. Priorem tituli partem repetivit S. Reinach Traité d'épigraphie Grecque p. 151 not. 1).

Σιλανοῦ τὸν νόον καὶ τὰν γλῶσ|σαν τουτεῖ καταγράφω[1], καὶ τῶν μαρ|τύρων τῶν Σιλανοῦ τὰν γλῶσσαν κ|αὶ τὸν νόον τουτεῖ
5 καταγράφω. Ἐπαι|νέτου τὰν γλῶσσαν καὶ τὸν νόον τουτ|εῖ καταγράφω. Ἀγ(ῆ)νος[2] τὰν γλῶσσαν | καὶ τὸν νόον τουτεῖ καταγράφω. Τιμαρέ|τας τὰν γλῶσσαν καὶ τὸν νόον τουτεῖ κα|ταγράφω.
10 ----τω φαμ[3]---

Litterae volgares praeter ΠΣ, si modo apographis fidem habere licet. Supra hunc titulum, qui ab initio integer videtur, unius versus reliquias Or. et Must. exhibent ....ANA.....; tamen etiam AK aut KA fuisse posse ipsi concedunt. 1 Ab homine, qui in iudicio causa cecidit, devovetur adversarius cum eis qui testimonio mendaci effecerunt ut secundum eum iudicaretur. Qui deinde nominatim enumerantur tres homines, ipsi illi testes esse videntur. Sane apud Athenienses mulieri testimonium dicere non licebat, at non est cur de hac re eandem ubique legem fuisse existimemus. Cf. 600[28]. Verbum καταγράφω eadem vi atque hic redit in simili tabula Thebana apud Wuenschium praef. p. VII *a* v. 5. 9. 17. 2 ΑΓ ΙΝΟΣ. 3 ΤΩΦΑΜ Orioli. ΤΩΦΑΙΝΑΙ Mustox.

809 Lamina plumbea convoluta, inventa in Piraeeo. Edd. St. Kumanudis Ἀττικῆς ἐπιγραφαὶ ἐπιτύμβιοι 2585. P. Eustratiadis Ἐφ. ἀρχ. περίοδος β' p. 334 n. 407 tab. 49*a* (R. Wuensch Defixionum tabellae Atticae p. 24 n. 97).

Litteratura in universum quidem volgaris Ionica, praeter ΦΦ, quae formae praecipue saeculorum a. Chr. n. quarti ad finem vergentis et tertii ineuntis sunt; sed propter neglegentiam insculpendi multifariam fluctuatur inter ΒΒ et inter ΡΡ, itemque inter ΟΟ et inter ΠΠ. Scriptura a dextra ad sinistram currit, ita tamen ut ubique litterarum formae volgares ad

Μικίωνα[1] ἐγὼ ἔλαβον καὶ | κα(τ)έδησα[2] τὰς χεῖρας καὶ | τοὺς πόδας καὶ τὴν γλῶσσαν | καὶ τὴν ψυχήν. καὶ εἴ τι μέλλει⟨ε⟩ ‖ 5 ὑπὲρ Φίλωνος ῥῆμα μοχθηρὸ|ν φθένγεσθαι[3], ἡ γλῶσσα αὐτοῦ | μόλυβδος γένοιτο, καὶ κέντ|[η]σον[4] α[ὐτ]οῦ τὴν γλῶσσαν. καὶ | 10 εἴ τι μέλλει ἐργάζεσθαι, ἀνόνη‖τα αὐτῷ γένοιτο καὶ ἄχωρα[5] | καὶ ἄμοιρα καὶ ἀφανῆ αὐτῷ | [ἅ]παντα γένοιτο. Ἱππον(ο)ί[δ]ην[6] 15 καὶ Σωκράτην ἐγὼ | [ἔλ]αβον καὶ ἔδησα τὰς ‖ [χε]ῖρας καὶ τοὺς πόδας καὶ | [τὴ]ν γλῶσσαν καὶ τὴν ψυχ|[ὴ]ν καὶ εἴ τι μέλλουσιν | ὑπὲρ Φίλωνος ῥῆμα μοχθ|ηρὸν ἢ πονηρὸν φθένγεσθαι ‖ 20 ἢ κακόν τι ποῆσαι, ἡ γ[λ]ῶσ|σα αὐτῶν καὶ ἡ ψυχὴ μόλυ|βδος γένοιτο καὶ μὴ δύναιντο | φθένγεσθα[ι] μηδὲ ποῆσαι, ἀλλὰ | 25 τὴν γλῶσσαν καὶ τὴν ψυχὴν ‖ αὐτῶν κέντησον. καὶ εἴ τ[ι] | αὐτοῖς ἐ[σ]τι ἢ μέλλει τι εἶνα[ι,] | χρήματα ἢ οὐσία ἢ ἐργασία, | 30 ἅπαντα ἀνόνητα καὶ ἄ|χωρα καὶ ἄμοιρα πάντα ‖ αὐτοῖς γένοιτο καὶ ἀφανῆ | αὐτοῖς ἔστω|. Ἀριστὼ ἐγὼ ἔλαβον καὶ ἔδη|[σ]α 35 τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας | καὶ τὴν γλῶσσαν καὶ τὴν ψυ‖χήν· καὶ μὴ δύναιτο ὑπὲρ Φί|λωνος φθένγεσθαι ῥῆμα πο|νηρόν, ἀλλὰ ἡ γλῶσσα αὐτῆς μό|λυβδος γένοιτο· καὶ κέντησον | αὐτῆς τὴν γλῶσσαν.

---

dextram conversae retineantur, veluti v. 1 ΑΝΩΙΚΙΜ (Μικίωνα), v. 3 ΣΑΔΟ ΠΣΥΟΤ (τοὺς πόδας), v. 5 ΑΜΗΡ (ῥῆμα). 1 Alia brevior eiusdem hominis exsecratio in lamina plumbea ibidem inventa est apud Wuenschium p. 24 n. 96: Μικίωνα ⟨ει⟩ | ἐγὼ ἔλαβον | καὶ ἔδησα | τὴν γλῶσσαν | καὶ τὴν ψυχὴν | καὶ τὰς χεῖρας | καὶ τοὺς πόδ|ας· καὶ ε[ἴ] τι μέλ|λει ὑπὲρ Φίλω|νος φθέγγεσθαι | ῥῆμα πονηρόν, | ἡ γλῶσσ' αὐτοῦ | μόλυβδος γένοι|το. καὶ κέντησον | αὐτοῦ τὴν γλῶσ|σαν· τὰ χρήματα, ἃ | ἔχει ἢ χειρίζει, ἄ|χωρα καὶ [ἅ]μοιρα | γίνοιτο. | . ΙΙΙΚΙΥΝ. 2 ΑΣΗΔΕΙΑΚ. Aut cum Wuenschio κα(τ)έδησα scribendum est, aut cum Kum. καὶ | ⟨καὶ⟩ ἔδησα. Atque in universum quidem compositum καταδεῖν perfrequens est in eiusmodi tabulis, sed in utraque Micionis defixione (hic v. 14. 32. Wuensch p. 24 n. 96, 3) praeter hunc locum constanter simplex usurpatur. 3 Supra huius versus initium errore manifesto litterae ΗΤΙΑΚ insertae sunt. 4 Hecaten hic appellari opinatur Eustr., Mercurium Wuensch. 5 I. e. quibus nullus locus est in rerum natura, quae nusquam sunt. Ita de eo quod ad nihilum redigitur οὐδαμοῦ εἶναι dicitur; cf. θεοὺς νομίζων οὐδαμοῦ de eo qui deos non esse credit Aesch. Pers. 498. τοῦτον οὐδαμοῦ λέγω Soph. Antig. 183. 6 ΙΩΝΟΡΡΙ.

---

810 Tabula lapidis calcarii albi duri inserta scalis domus Konstantini Katzambae in vico Ἅγιος Γεώργιος qui Phliuntis veteris

locum tenet. Ed. S. Wide Mitth. des arch. Inst. in Athen XX (1895) p. 211 n. 3.

---------- | καὶ ὅτι ἂν ποιῇς, το[ῦτο] | εἰς σεαυτὸν τρεπέ[σθω·] |
5 ταῦτά σοι εὐχόμε[θα.] | εἰ δέ τι ἑκὼν ἐξαμαρτ[ήσει][1], ‖ οὐκ
ἐμὸν ἐπαράσ[ασθαι,] | δίκη δὲ ἐπικρέματα[ι] | τιμωρὸς ἀπελθόν[τι] |
ἀπειθὴς Νεμέσε[ως][2].

Litterae volgares praeter R et + (χῖ), non dispositae στοιχηδόν. Hastae litterarum ΚΡΡΤ aliquanto infra reliquas litteras productae sunt. Supplementa Widii sunt praeter duos locos (v. 4. 8). 1 ἐξαμάρτ[ηις] W. Sed hanc structuram in titulo ceteroqui vitiis sermonis carente reponere vereor. 2 Supplevi, cum W. intactum reliquerit. Genetivus si quid video a δίκη pendet 'Implacabilis Nemeseos deae vindicta tibi imminet'.

811 Lamina plumbea, Athenis apud comitem Cesarem Romam. Ex P. Jamoti delineatione ed. H. Lechat Bull. de corr. Hell. XIII (1889) p. 77 (R. Wuensch Defixionum tabellae Atticae p. 15 n. 69).

Καταδῶ [Δι]ονύσιον | τὸν κρανοποιὸν[1] καὶ τὴν | γυναῖκα αὐτοῦ
5 Ἀρτεμεὶν[2] | τὴν χρυσώτριαν[3] καὶ τὴν [ο]ἰ[κ]ίαν αὐτῶν καὶ τὴν
[ἐ]ργα|σίαν καὶ τὰ [ἔργ]α καὶ τὸν | βί[ο]ν αὐτῶ[ν καὶ] Κάλλιπ|[πον
-------]

Litterae volgares praeter C, satis leviter et neglegenter insculptae. 1 Cf. Aristoph. Pac. 1250 sqq. Jam. 2 Nomen in Asia haud infrequens, cuius exempla collegit W. Schulze Mus. Rhen. XLVIII p. 253. Qui num rectè aliorum nominum Asianorum similiter formatorum exempla ex titulis afferat genetivos Μητρεῖδος, Μοναρχεῖδος, Πυθεῖδος, Φιλεῖδος dubites. Nam accusativum Ἀρτεμεὶν quidem cum illa flexione conciliari posse recte dicit, sed quod nusquam quod sciam Ἀρτεμεῖδος Ἀρτεμεῖδι Ἀρτεμεῖδα legitur, vix ad merum casum referendum est. 3 Vocabulum novum esse, sed masculinum χρυσωτής supra n. 86, 37 et apud Plutarchum (de gloria Athen. 6 p. 348 F ὡς ἀγαλμάτων ἐγκαυσταὶ καὶ χρυσωταὶ καὶ βαφεῖς) inveniri monet L.

812 Lamina plumbea, Cnidi in fano Cereris. Edd. C. T. Newton History of disc. at Halicarnassus, Cnidus and Branchidae II p. 745 n. 95 tab. XV (C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 573. Syll.[1] 432. F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III p. 240 n. 348. S. Reinach Traité d'épigr. Gr. p. 151. R. Wuensch Defixionum tabellae Atticae praef. p. XII).

[Ἀνατίθημι] Δάματ[ρι | καὶ Κού]ραι καὶ θεοῖς τοῖ[ς | παρὰ Δά]-
5 ματρι[1] τοὺς ἐπ' ἐμὲ ἐλ[θόν|τ]ας[2] καὶ μαστιγώσαντ[ας] ‖ καὶ δήσαντας, καὶ το[ὺς ἐκ]|καλέσαντας[3]· μὴ ἐξ[αλύ|ξαι]εν[4], [ἐμο]ὶ δὲ καθαρὸν | [εἴη-------].

Litterae ΑΕΘΠΣΩ. 1 Dei inferi intelleguntur, inprimis Pluto. 2 Supplevit Wachsm. ἐλ[άσα|ντ]ας N. 3 Supplevi. το[ὺς] | καλέσαντας N. W. Sed videtur homo per dolum e domo in publicum evocatus ibique male mulcatus esse. Cf. Lys. III, 7. 8: καὶ τοσούτου ἐδέησεν αὐτῷ μεταμελῆσαι τῶν ὑβρισμένων, ὥστε ἐξευρὼν οὗ ἐδειπνοῦμεν ἀτοπώτατον πρᾶγμα καὶ ἀπιστότατον ἐποίησεν, εἰ μή τις εἰδείη τὴν τούτου μανίαν· ἐκκαλέσας γάρ με ἔνδοθεν, ἐπειδὴ τάχιστα ἐξῆλθον, εὐθύς με τύπτειν ἐπεχείρησεν. 4 Supplevi, hoc verbum sententiae aptissimum ratus, etsi sane sermonis poëtici proprium est. ἐξ[αφεθ|εῖ]εν Becht., qui monet vestigia in Newtoni tabula ante ΕΝ conspicua proximam litteram Α vel Λ potius quam Ι fuisse indicare.

---

813 Lamina plumbea utrimque inscripta (in parte antica v. 1—17 sunt, in postica v. 18—23) inventa Cnidi in delubro Cereris. Ed. C. T. Newton History of discoveries at Halicarnassus, Cnidus and Branchidae II p. 732 n. 82, tab. V (C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 570, β'. F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III p. 235 n. 3537. R. Wuensch Defixionum tabellae Atticae praef. p. X).

Ἀνιεροῖ Ἀρτε|μεὶς[1] Δάματρι, | Κούρα[ι, θεο]ῖς πα|ρὰ Δάματρι[2]
5 πᾶ‖σι ὅστις τὰ ὑπ' ἐμοῦ | καταλ(ε)ιφθέντα ἱ|μάτια καὶ ἔνδυ|μα
10 καὶ ἀνάκω[λ]|ον[3], ἐμοῦ ἀπαιτ[ησά]‖σας[4], οὐκ ἀπέδ[ωκέ] | μοι.
ἀνενέγκα[ι][5] | αὐτὸς παρὰ Δ[ά|μ]ατρα, καὶ εἴ τι[ς | ἄλλος] τὰμὰ

Litterae ΑΕΘΠΣΩ. 1 Cf. n. 811[2]. 2 Cf. n. 812[1]. 3 Cf. Plutarch. Mulierum virt. p. 262 A τῶν ἀνακώλων χιτωνίσκων. Diodor. II, 54, 6 αἱ δὲ ἀνάκωλοι καὶ λαγαραὶ ταῖς συστάσεσι (κάμηλοι) δρομάδες εἰσὶ καὶ διατείνουσι πλεῖστον ὁδοῦ μῆκος. Utut ceteroqui de huius adiectivi vi dissentiunt viri docti (cf. Salmasius ad Tertull. de pallio p. 267. Wesseling ad Diodor. l. l.), de tunica usurpatum id significat vestem quae citra genua desinit neque ea tegit. Cf. Pausan. V, 16, 3 χιτὼν ὀλίγον ὑπὲρ γόνατος καθήκει. Quod vero hic, ubi de mulieris vestitu verba fiunt, ἔνδυμα et ἀνάκωλον et inter se et a palliis (ἱμάτια) distinguuntur, id nescio an ad id vestimentorum genus spectet quod in statuis feminarum quibusdam observari monet A. Amelung apud Pauly-Wissowa Realencyclopaedie III, 2 p. 2320. 2322, quae supra tunicam usque ad pedes decidentem alteram illius brevioris generis habeant. 4 Supplevit Wachsm., cum N. ἀπαιτ[ή]|σας scripsisset. 5 Wachsmuthius hanc vocem luendi vel expiandi causa accipit provocans ad nonnullos locos

15 ἔχ[ει, ‖ πεπρη]μένος[6] ἐξ[α|γορεύ]ων[7]· ἐμο[ὶ | δὲ ὅσια κ]αὶ ἐλεύ-
20 [θερα] | καὶ συμπιεῖν καὶ | συμφαγεῖν καὶ ‖ ἐπ[ὶ τὸ α]ὐτὸ στέ|-
γος ἐ[λθ]εῖν· ἀδί|κημαι γάρ, Δεσπο[ι]|να Δάματερ.

interpretationis Veteris Testamenti Graecae (Numeri 14, 33 ἀνοίσουσι τὴν πορνείαν. Iesai. 53, 12 αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε). At iure Becht. monet, nusquam in his devotionibus illud verbum reperiri, nisi si quis res alienas iniuria detineat. Quare illas res sine dubio obiecti loco supplendas esse. Quod quam vim habeat obscurum est, nisi forte id imprecatur ut illi res subreptas ipsas ut certissima iniuriae suae documenta ad deam vindicem afferant. 6 Ad πιπράσκειν hoc referunt N. et Wachsm., quibus Becht. obloquitur propter vocalem η ab horum titulorum sermone alienam. Immo a πίμπρημι, quod antiquam et legitimam eam vocalem habeat, utique repetendum esse. Vis ea esse videtur, igni quodam intestino, veluti febri, homines scelestos vexari et confici. 7 Supplevit N. ex n. 815, 4, de significatione provocans ad Plutarchum de superstit. 7 p. 168 D ἕξω κάθηται (ὁ δεισιδαίμων) σακκίον ἔχων, καὶ περιεζωσμένος ῥάκεσι ῥυπαροῖς, πολλάκις δὲ γυμνὸς ἐν πηλῷ κυλινδούμενος ἐξαγορεύει τινὰς ἁμαρτίας, — ὡς τόδε φαγόντος ἢ πιόντος ἢ βαδίσαντος ὁδὸν ἣν οὐκ εἴα τὸ δαιμόνιον. Imprecatur igitur Artemis furi, ut illis cruciatibus coactus coram omnibus culpam suam profiteatur.

---

814 Lamina plumbea inventa Cnidi in fano Cereris. Ed. C. T. Newton History of discoveries at Halicarnassus Cnidus and Branchidae II p. 734 n. 83, tab. VI (C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 571, γ'. F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III p. 236 n. 3538. R. Wuensch Defixionum tabellae Atticae praef. p. XI).

Ἀνιεροῖ Νάνας Δάματρι καὶ Κό|ραι καὶ θεοῖς τοῖς παρὰ Δάμα|τρι
5 καὶ Κούραι[1] τοὺς λαβόντας | παρὰ Διοκλεῖς παραθή[καν] ‖ καὶ
μὴ ἀποδιδόντας ἀλ[λ]' ἀ|ποστεροῦντας. ἀποδοῦσι | μὲν αὐτοῖς
ὅσ[ι]α ᾖ, μὴ ἀποδοῦ|σι δὲ ἀν[όσια], καὶ ἀνενέγκ[αι|εν[2] αὐτοὶ
10 Δά]ματρι καὶ Κο[ύραι ‖ καὶ θεοῖς] το(ῖ)ς[3] παρὰ Δάμα|[τρι καὶ
Κ]ούραι, κολαζόμενοι, | [ὅτι τἀλ]λότρια ἀπο[σ]τε|[ροῦντι[4] ------]

Litterae ΑΕΘΠϹ. 1 Cf. n. 812[1]. 2 Cf. n. 813[5]. 3 Supplevi et emendavi. ΤΟΥϹ in plumbo est, qua re Wachsmuthii supplementum [πεπρημέν]ους redargui recte indicat Becht. Sed quod is recepit F. Blassii supplementum [καὶ παρὰ] τοὺς, in eo et nomen θεοὺς omissum et mutatio structurae displicet. Quare non dubitavi id quod horum titulorum consuetudini accommodatum est reponere. 4 In aversa parte laminae alia devotio est ad eandem rem spectans, sed nominibus hominum additis ab hac discrepans, ap. Bechtel n. 3539: ἀνιερ[οῖ Νάν]α[ς Δ]άματρι καὶ Κούρ[αι

καὶ] θεοῖς τοῖς παρὰ Δάματρι καὶ Κούραι Ἐμφάνη καὶ Ῥοδώ, ὅτι λαβόν|τες παραθήκαν παρὰ Διοκλε[ῦς] | οὐκ ἀποδίδοντι ἀλλ' ἀπο[στερ]οῦντι· [ἐ]μοὶ μὲν ὅσια, τοῖς δὲ μὴ ἀποδο[ῦ]σι ἀνόσια· ἀλλ' εἴ τι προσκαταλαλοῦντι.

---

815 Lamina plumbea inventa Cnidi in fano Cereris. Edd. C. T. Newton History of discoveries at Halicarnassus, Cnidus and Branchidae II p. 735 n. 85, tab. VII (C. Wachsmuth Mus. Rhen. XVIII p. 571, ε'. F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III p. 237 n. 3540. R. Wuensch Defixionum tabellae Atticae praef. p. XI).

[Ἀνα]τίθημι Δάματρι καὶ Κούραι τὸν κατ' ἐμοῦ | [ε]ἴπ[α]ντα ὅτι ἐγὼ τῶι ἐμῶι ἀνδ[ρὶ] φάρμακα ποιῶ θανά[σιμα[1]·] | παρὰ Δάματρα πεπρημένος[2] μετὰ τῶν αὐτοῦ [ἰδίων] | πάντων ἐξαγο-
5 ρεύων[3], καὶ μὴ τύχηι εὐιλάτου ‖ [Δ]άματρος καὶ Κούρας μηδὲ τῶν θεῶν τῶν παρὰ Δά[μα]τρος[4], ἐμοὶ δ' ε(ἴ)η[5] ὅσια καὶ ἐλεύθερα ὁμοστεγησάσηι ἢ ὦι πο[τε] | τρόπωι ἐπιπλεκομένηι· ἀνατίθημι δὲ καὶ τὸν κατ' ἐ[μοῦ] | γράψαντα ἢ καὶ ἐπιτάξαντα· μὴ τύχοι Δάματρος καὶ | [Κ]όρας μηδὲ θεῶν τῶν παρὰ Δάμα-
10 τρος[6] εὐιλάτων, ἀλλ' ἀ[ν]‖α(β)αῖ[7] μετὰ τῶν ἰδίων πάντων παρὰ Δάματρα πεπρημένος.

Litterae ΑΕΘΠϹΩ. 1 Post Ω tabula Newtoni habet O, deinde fracturam plumbi, qua fere quattuor litterae perierunt. ΑΝΑ vero supra versum addita sunt. θανά[σιμα] supplevit N., ἀνα[βᾶι] Becht., ex titulo Dialektinschr. III p. 233 n. 3536, 19 sqq. ἀναβᾶι Ἀντιγόνη πα(ρὰ) Δάματρα πεπρημένα, verbum initio omissum postea inter versus additum statuens. Res diiudicatu difficillima; id tamen dicere licet, iniuria a Bechtelio propterea damnari Newtoni supplementum, quia in eo non intellegeretur quomodo litterae ΑΝΑ in illum potissimum locum pervenerint. Scilicet errore omissae supra versum postea suppletae sunt, perinde ac B. de voce a se restituta conicit. 2 Cf. n. 813[6]. 3 Cf. n. 813[7]. 4 De hac dativi cum genetivo confusione cf. n. 364[6]. 5 ΔΕΗΗ. Utrum cum Wachsmuthio δ' ε(ἴ)η emendandum sit, an cum Bechtelio δὲ ἦι, ut alterum Η mero errore repetitum existimetur, ambiguus haereo. Per se optativus rectius se habet, sed propter proximum μὴ τύχῃ (v. 4) coniunctivum praetulerit quispiam. 6 Cf. not. 4. 7 ΑΛΛΑ | ΛΚΑΙ. Supplevit et emendavit B. (cf. not. 1), cum N. W. ἀλλὰ | καὶ legissent.

---

816 Tabula marmoris candidi. In parte antica duae manus sublatae, vola ad spectatorem conversa; infra eas titulus (*A*), qui eisdem verbis repetitur (*B*) in planicie postica, litteris maioribus et per unde-

viginti versus dispositis. Ubi inventus sit lapis non constat; fuit quondam Aeginae in museo, unde translatus est Athenas in stoam Hadriani. Illinc nescio quo pacto Bukarestum in museum pervenerit, ubi etiamnunc exstat. Edd. Pittakis Eph. 515. Lebas Inscr. II 2054. Omnium accuratissime O. Hirschfeld Sitzungsberichte der K. Akademie der Wissensch. zu Wien LXXVII (1874 IV—VII) p. 403 n. 57.

Ἐπικαλοῦμαι καὶ ἀξιῶ τὸν θεὸν τὸν | ὕψιστον[1], τὸν κύριον τῶν πνευμάτων | καὶ πάσης σαρκός, ἐπὶ τοὺς δόλωι φονεύ|σαντας ἢ φαρμακεύσαντας τὴν τα||λαίπωρον ἄωρον Ἡράκλειαν, ἐχχέαν|τας αὐτῆς τὸ ἀναίτιον αἷμα ἀδί|κως, ἵνα οὕτως γένηται τοῖς φονεύ|σασιν αὐτὴν ἢ φαρμακεύσασιν καὶ | τοῖς τέκνοις αὐτῶν, κύριε ὁ πάντα ἐ||φορῶν καὶ οἱ ἄγγελοι θεοῦ, ᾧ πᾶσα ψυ|χὴ ἐν τῇ σήμερον ἡμέραι ταπεινοῦτα[ι] | μεθ' ἱκετείας[2], ἵνα ἐγδικήσῃς τὸ αἷμα τὸ ἀ|ναίτιον ζητήσῃς καὶ[3] τὴν ταχίστην.

Litterae ΑΖΘΞΠΣ; Ο minore quam reliquae mensura exaratum. 1 Aut Iudaicum aut Christianum origine esse titulum hinc et ex eis quae infra leguntur dilucide apparet. Iam quoniam omne scripturae genus eum primo p. Chr. n. saeculo vindicat, magni momenti esset scire unde Aeginam (v. lemma) translatus esset. Atqui cum in nonnullis insulis maris Aegaei, ac potissimum quidem Therae (cf. I. G. ins. mar. Aeg. III p. 107 n. 455. p. 179 n. 933 sqq.) religionem Christianam maturius quam alibi propagatam constet, haud absurde illi insulae lapidem vindicaveris. Atque ipsum Ἡράκλεια nomen libertinae, cuius condicionis homines antiquitus praecipue his sacris studuisse constat, in titulo Theraeo Inscr. Gr. ins. Aeg. III p. 84 n. 336, 16 legitur, cui rei sane propter nominis frequentiam non nimium tribuendum esse concedo. 2 Quinam potissimum dies festus intellegendus sit, peritioribus diiudicandum relinquo. 3 Hic aliquid turbasse lapicidam manifestum est. Exspectes ἵνα ζητήσῃς τὸ αἷμα τὸ ἀναίτιον καὶ ἐγδικήσῃς τὴν ταχίστην. Sed cum quadratarius iam omissis reliquis ab ἵνα ad ἐγδικήσῃς transsiluisset, errorem sine litura emendare statuit illis quae omiserat ordine praepostero additis.

III.

Vita privata.

817 Myconi in aversa parte eiusdem lapidis cuius in fronte est titulus n. 615. Post Lebasium (II 2058) ed. Kumanudis Ἀθηναίου II p. 235 n. 1 (O. Lueders Hermae VIII p. 192). G. Barilleau Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 590. (Syll.[1] 433. F. Bechtel Inschriften des ion. Dialekts p. 66 n. 92. R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscr. jurid. Grecques p. 48 n. VI.) Cf. quae exposuit Barilleau Revue hist. de droit français et étranger VII p. 145 sqq.

-----ίων Σωστράτου[1] ----------
Ἀγαθῆι τύχηι.

[Σώ]στρατος: Ἀρ[2]: τὴν θυγατέρα Ξάνθην ἐνηγγύησεν [Ἐπαρ|χίδει] ◁: καὶ προῖκα ἔδωκε χιλίας καὶ τριακοσίας δραχμάς· ‖
5 τούτ[ου] χιλία[ς μὲν] δραχμὰς τὰς ἐνούσας ἐν τῶι ἐράνωι τ[ῶι] |
πενταχοσιοδράχμωι, ὃν συνέλεξεν Ἀλεξικλῆς[3], οὗ μετεῖχ[εν] |

Litteraturam Macedonicae aetatis esse refert Kum. Laterculus est dotium a civibus Myconiis qui filias in matrimonium dabant constitutarum, publice confectus, ut si lis oreretur de dote reddenda, constaret quanta dotis summa fuisset. Quare quae praeter pecuniam dabantur vestimenta, aestimabantur, cum in domo (v. 26) quippe quae ipsa mulieri reddenda esset post mortem Tharsagorae, aestimatione opus non esset. 1 [Ἐπ' ἀρχόντ]ων Σωστράτου, ------, -----. Kum. memor tituli in altera lapidis planicie exarati n. 615, 2, qui trium archontum Myconiorum nomina praescripta habet. 2 Litteras hominum nominibus additas patres significare conicit Kum., cum de oppidis unde oriundi fuerint homines interpretetur Bar., hoc potissimum argumento usus, quod v. 14 syllaba Μυ probabile sit Myconium indicari. At ita reliqui peregrini essent, quod cur reiciendum sit facile intellegitur. Immo si hae omnino originis aut domicilii notae essent, pagi aut tribus civitatis Myconiorum intellegenda essent, id quod mihi maxime propter numerum (novem sunt, ex quibus unum Θαρ. bis invenitur v. 22. 26) in tam exigua insula improbabile videtur. Quare Kumanudi assentior, praesertim cum una ex his notis, Ἀγλω. v. 29, multo facilius ad nomen hominis (Ἀγλώκριτος, Ἀγλωφάνης, Ἀγλωφῶν) quam loci referatur. Hic Ἀρ(ιστοκράτους) ex v. 9 supplevit Thalheim Gr. Rechtsalterth. p. 66 probante D. 3 Alexicles cum ei et sociis quibusdam eius (cf. not. 7) nescio qua de causa maiore pecuniae summa opus esset, eam ab amicis, inter quos Aristocrates et Sostratus erant, corrogaverat, ea condicione, ut unusquisque quingenas

Καλλισταγόρας[4], ἀργυρίου δὲ προσέθηκεν ἑκατὸν δραχμάς, ἐσθ[ῆ]|ν[5] δὲ τετιμημένην διακοσίων δραχμῶν· ὡμολόγησαν δὲ Σώστρατ|ος καὶ Ἀριστοκράτης[6] Ἐπαρχίδει συνεισπράξειν τὸν
10 ἔρανον τοῦτον καὶ ‖ ἐάν τινα τῶν ἐσφορῶν[7] μὴ δύνηται εἰσπρᾶξαι Ἐπαρχίδης:, συμπροσθήσ[ε]|ιν[8] Σώστρατος καὶ Ἀριστοκράτης. ⊳⊲ Κάλλιππος: Ἀν: τὴν θυγατέρα Ἀρι|στολόχην ἐνηγγύησε Σωστράτωι γυναῖκα καὶ προῖκα μυρίας τετρακισχι|λίας, ἀπέδωκε δὲ καὶ τετρακοσίας ἐξ τὸν τόκον ὃν ἔλαβε παρὰ Σωστράτ|ου τῆι προικί[9]. ⊳⊲ Ἀμεινοκράτης: Μυ: Ἀρισταγό-
15 ρην τὴν θυγατέρα ἐνηγγ[ύ]‖ησε Φιλοτίμωι γυναῖκα καὶ προῖκα ἔδωκε μ[υρί]ας δραχμάς. ⊳⊲ Καλλίξ|ενος τὴν θυγατέρα Τιμηκράτην Ῥοδοκλεῖ καὶ πρ[οῖκ]α ἔδωκεν ἑπτακο|σίας δραχμάς· τούτου ἐσθὴν τριακοσίων· τὴν ἐσθὴν [καὶ] ἑκατὸν δ|ραχμὰς ὡμολόγει ἔχειν Ῥοδοκλῆς, τῶν δὲ τριακοσίων [δρα]χμῶν | ὑπέθηκε[10] Καλλίξενος Ῥοδοκλεῖ τὸ οἴκημα τὸ ἐμ πόλει, ὧι γείτων [ἡ οἰκία
20 ἡ] ‖ Κτησιδήμου τοῦ Χαιρέλα. ⊳⊲ Δεξικλῆς Μνησῶ τὴν θυγατέρα ἐ[ν]|ηγγύησε Τιμέαι: Πυρ: γυναῖκα καὶ προῖκα ἔδωκε τρισχ(ιλ)ίας[11] πενταρ|κοσίας: ⊳⊲ Κτησωνίδης: Θαρ: Δικαίην τὴν ἀδελφὴν ἐνηγγύησ|ε Παππίαι: Πα: γυναῖκα, καὶ προῖκα χ(ιλ)ίας ἀργυρίου καὶ ἐσθὴν πεν|τακοσίων· τὴν ἐσθὴν ὡμολόγει
25 ἔχειν Παππίας καὶ ἀργυρίου ‖ ἑκατὸν δραχμάς. ⊳⊲ Θαρσα-

---

drachmas daret (πεντακοσιόδραχμος ἔρανος) et ut hae pecuniae redderentur, si illi qui dederant eis indigerent. Mille drachmae duae portiones, Aristocratis patris et Sostrati filii, esse videntur. Neque enim est, cur illas partem modo eius pecuniae esse statuamus (ut vult Bar.), quae Sostrato debebatur. Nam in vocibus τὰς ἐνούσας ἐν τῶι ἐράνῳ utique ὁ ἔρανος non est pecunia uni Sostrato debita, sed tota summa Alexicli ab amicis collata, ut apparet ex enuntiato ὃν συνέλεξεν. 4 Neque quis sit Callistagoras neque quo consilio commemoretur eum erani participem fuisse, perspicuum est. Putaverim tamen ambiguam locutionem μετέχειν τοῦ ἐράνου hic de debitore potius quam de creditore usurpari. 5 Hic accusativus pro ἐσθῆτα etsi alibi non invenitur, similium metaplasmorum exempla nequaquam rara sunt (cf. G. Meyer Gramm. Gr. ed. 3 p. 427, qui iure obloquitur Luedersio nominativum ἔσθη statuenti et pannum interpretanti). 6 Sostrati pater (v. 3) esse videtur. 7 A pluribus igitur debebantur Sostrato illae mille drachmae, ut appareat, Alexiclem non suo unius nomine pecuniam ab amicis corrogasse. 8 Quae exigi non poterunt, ea Sostratus ex sua re familiari se genero numeraturum promittit. 9 Sostratus (alius sine dubio, ac v. 3. 8. 11) illa decem milia drachmarum Callippo iam debuisse videtur antequam eius filiam in matrimonium duceret. 10 Cf. 818[2]. 11 Hic τρισχίας, v. 24 χίας editores; sed haec compendia scripturae esse apparet.

γόρας: Μνη[12]: ἐνηγγύησε Πανθαλίδα τὴν | θυγατέρα τὴν Μνη-
σιβούλου Πυρράκωι: Θαρ: γυναῖκα, καὶ προῖκα τὴν οἰ|κίαν τὴν
ἐμ προαστίωι: ἧι γείτων: Νικίας Χαρίου: ὥστ' εἶναι κύριον
τῆς | οἰκίας Θαρσαγόραν: ἕως ἂν ζῆι[13]. ⊳⊲ Κτησίων:
Ἄγλω: ἐνηγγύησεν Ἑρμο|ξένην τὴν θυγατέρα Ἱερωνίδηι: Ν..
γυναῖκα, καὶ προῖκα ἔδωκε χιλί||ας μὲν καὶ ἑξακοσίας κ[αὶ] τὴ[ν]
οἰκίαν: Ἀρχίνου[14], ἧι γείτων: ἡ οἰκία | ἡ Καλλίππου τοῦ Ἡρᾶ
[καὶ] θεράπαιναν ἧι ὄνομα Σύρα κ[αὶ] | ἄλλην θεράπαι[ν]αν[15]
-----

12 Μνη(σιβούλου) supplendum videtur, neque vero idem homo intellegendus qui v. 26 Panthalidis pater appellatur. Nam sic ut v. 22 simpliciter τὴν ἀδελφήν diceretur. Quare Dar. statuit, Mnesibuli (I) filium fuisse Tharsagoram, huius Mnesibulum (II), huius filiam Panthalida, ut patre virginis mortuo avus paternus eam nuptum det. Sed eam cum fratres non habeat, ἐπίκληρον esse, quare probabiliter Pyrrhacum cui in matrimonium detur Tharsagorae filium, Panthalidis ipsius patruum haberi. 13 Cf. 826[1]. 14 Memorabile est prioris domini nomen tamquam proprium domus mansisse. Nam tunc quidem non amplius Archini, sed Ctesionis erat. 15 Sequuntur quattuordecim versuum reliquiae tam exiguae, ut eas recipiendas non existimaverimus.

---

818 Lapis inventus in vico Atticae *Spata* orientem versus ab urbe sito. Ed. Koehler Mitth. des arch. Inst. in Athen II (1877) p. 278 (R. Dareste Bull. de corr. Hell. II (1878) p. 485. Syll.[1] 435). C. I. Att. II, 1137 (R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscriptions juridiques Grecques p. 110 n. 17).

Ἐπὶ Εὐξενίπ(π)ου ἄρ[χ]|οντος[1] ὅρος χωρίων | καὶ οἰκιῶν ἀπο-
τιμη|μάτων[2] προικὸς Ξεναρ||[ί]στει Πυθοδώρου Γαρ|γηττίου θυγατρὶ

Litterae volgares praeter ΞΠ et Є semel scriptum initio versus octavi.
1 Ol. 118, 4 (305/4 a. Chr.). 2 Plerumque quidem eiusmodi lapides imponuntur agris maritorum qui oppignerantur pro dote. Sed vocabulum ἀποτίμημα ad unumquemque fundum spectat qui ob debitam pecuniam obligatur creditori (Pollux VIII, 142). Pythodorus, cum Euxenippo archonte filiam civi cuidam in matrimonium daret, dotem quattuor milium drachmarum constituit, sed non numeravit. (Cf. Dem. XLI, 5: ὅτι τὴν προῖκα οὐ κομισάμενος ἅπασαν, ἀλλ' ὑπολειφθεισῶν χιλίων δραχμῶν καὶ ὁμολογηθεισῶν ἀπολαβεῖν ὅταν Πολύευκτος ἀποθάνῃ, ἕως μὲν ὁ Λεωκράτης ἦν κληρονόμος τῶν Πολυεύκτου, πρὸς ἐκεῖνον ἦν μοι τὸ συμβόλαιον· ἐπειδὴ δ' ὅ τε Λεωκράτης ἐξεκεχωρήκει ὅ τε Πολύευκτος μοχθηρῶς εἶχε, τηνικαῦτ' ὦ ἄνδρες

τ|[ὸ] κατὰ τὸ ἥμυσυ καὶ τ[ὸ] | ἐκ τούτου γιγνόμεν|ον αὐτεῖ εἰς
10 Λεώσ||τρατον ἄρχοντα[3] | XXΓHHH[ΔΔ]ꝶ[4].

δικασταὶ τὴν οἰκίαν ταύτην ἀποτιμῶμαι πρὸς τὰς δέκα μνᾶς.) Duobus annis elapsis dimidiam partem cum eiusdem partis usuris duorum annorum persolvit. At cum etiamtum deberet altera duo milia drachmarum cum eiusdem biennii usuris, in locum prioris lapidis, quo domus et fundi obligati erant in totam quattuor milium summam, hunc substituit. Dos debetur mulieri, non marito; quod etiam usurae dotis hic mulieri debitae inscribuntur sane mireris, quia maritus usum fructum dotis habet. At haec distinctio ut gravissima est ubi de restituenda dote cavetur, ita hic ubi de dote numeranda a patre agitur nullius fere momenti est. Ut vero in hunc lapidem ex antiquiore temporis definitio ἐπ' Εὐξενίππου ἄρχοντος transscriberetur, ideo factum est, ne creditor hypothecarius posteriore loco esset quam ei quibus post dotem illam constitutam Pythodorus eosdem fundos obligavit. Dareste. 3 Ol. 119, 2 (303/2 a. Chr.). 4 Biennii usurae duorum milium drachmarum ἐπ' ἐννέα ὀβολοῖς (18 p. c.) sunt septingentae viginti drachmae.

---

819 Cippus inventus in loco Σοχώρια sito inter vicos *Marusi* et *Chalandri* terrae Atticae. Ed. G. Antoniadis Ἐφ. ἀρχ. 1883 p. 65 (Koehler C. I. Att. II, 1113. R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscriptions Grecques juridiques p. 108 n. 10). Cf. quae de titulo commentatus est E. Szanto Mus. Rhen. XL p. 515 sq.

Ὅρος χωρίο προικὸς | Ἱπποκλείαι Δημοχά|[ρ]ος Λευκονοιῶς Τ· |
5 [ὅσ]ωι πλείονος ἄξι||[ον,] Κεκροπίδαις[1] [ὁ|πό]κειται καὶ Λυκ[ο|μί]δαις[2] καὶ Φλυεῦ[σι].

Litterae volgares non στοιχηδόν dispositae. 1 Tribui Cecropidi, cuius sunt Phlyenses (v. 7). Etenim cur hanc hic designari neget K. et de gente ceteroqui ignota dici suspicetur, cui cum Lycomidis et Phlyensibus communio quaedam sacrorum intercesserit, non assequor. Immo Democharis Leuconoënsis filia homini Phlyensi gentis Lycomidarum (not. 2) nupsisse videtur. Qui cum pago, tribui, genti cuius erat nescio quas pecunias deberet, ad eas pignori opposuit agrum ex ea parte, quae dotis summam excederet. 2 Cf. Plut. Themist. 1 τὸ Φλυῆσι τελεστήριον, ὅπερ ἦν Λυκομιδῶν κοινόν. Hermae XX p. 16. Contra hanc simplicissimam interpretationem Sza. monuit, sic utique ex more Atheniensium summam Cecropidis, Lycomidis, Phlyensibus debitam accurate definiendam fuisse. At ignoramus cuius generis hoc debitum fuerit, ut negari non possit hic licuisse summam debitam silentio praeterire, ut ne n. 820 quidem indicata est. Utique Szantonis ipsius interpretatio, dominum agri eam partem pretii, quae

summam debitam excederet, tribui pago genti cuius erat aut testamento reliquisse aut inter vivos donasse, ferri nequit, quia verbum ὑπόκειται hoc quidem significare nullo pacto potest.

---

820 Pila marmoris Pentelici inventa Acharnis, exstat Athenis in impluvio musei centralis. Edd. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 2751. Koehler C. I. Att. II, 1138 (R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscriptions juridiques Grecques p. 108 n. 5).

[Ἐ]πὶ Νικοκλέου|ς ἄρχοντος[1]· ὅρο|[ς] χωρίων καὶ οἰ|[κ]ίας καὶ
5 τοῦ ὅδα‖[τ]ος[2] τοῦ προσόν|[τ]ος τοῖς χωρίοι|[ς κ]λήρων δυεῖν |
10 [ἀπ]οτετιμημέν|[ων π]αισὶν ὀρφα‖[νοῖ]ς[3] τοῖς Χαρί|[ου ἰ]σοτελοῦς,
Χ|[αιρ]ίππωι καὶ Χ|[αρί]αι.

Litterae volgares dispositae στοιχηδόν. 1 Ol. 119, 3 (302/1 a. Chr.). 2 Hinc apparet cum dominio fundorum ius aquae ex fontibus aut aquaeductibus irrigandorum agrorum causa ad certam mensuram derivandae coniunctum fuisse, ut una cum ipsa terra emeretur et veniret. 3 Tutor pupillis hypothecam constituit hic ut in aliis similibus lapidibus, quos compositos habes Inscr. jurid. Grecques p. 108 n. 1—9. In quibus praeter hunc bis (C. I. Att. II, 1135 ὅρος χωρίου καὶ οἰκίας ἀποτ[ί]μημα παιδὶ ὀρφ[α]νῷ Διογείτονος Προβα[λισίου] et II, 1151) definite ὀρφανός dicitur, sed reliquos quoque, ubi nihil nisi παιδί, παίδων scriptum est, eadem ratione interpretandos esse apparet.

---

821 Tabula marmoris Pentelici, inventa Athenis. Edd. Kumanudis Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 10. Ὀκτωβρίου 1865. Koehler C. I. Att. II, 1139 (R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscriptions juridiques Grecques p. 116 n. 62).

Ὅρος χωρίου καὶ οἰκίας | ὑποκειμένων[1] ⊡ΗΗΗ | δραχ(μῶν):
5 ὥστε ἔχειν καὶ κρα|τεῖν [τ]ὸν θέμενον[2], κατὰ ‖ συνθήκας τὰς
κειμένας | παρὰ Δεινίαι Εὐωνυμεῖ.

Litterae volgares (v. 1 fin. C pro Σ) non dispositae στοιχηδόν. 1 Pro pecunia mutua data oppigneratus erat hic fundus ut n. 822. 2 Creditori traditur ager, ut eius fructum usurarum loco percipiat. Hoc idem antichreseos institutum observamus C. I. Att. II, 1140 (Inscr. jurid. Gr. p. 116 n. 63) ....ου καὶ τῆς προσούσης [χώρα]ς τῷ κηπιδίῳ ὑποκειμ[έ]νων δραχμῶν ΗΗΗ ἐφ' ὧ[ι]τε ἔχειν καὶ κρατ[εῖν τὸν] ὑποθέμενον [κατὰ συνθή]κας τὰς κειμ[ένας παρὰ Σ]είμαλον ----

822 In parietinis domus antiquae Athenis inter Pnycem et Areopagum inventis, duo tituli in eodem lapide. Edd. Lolling Δελτίον ἀρχαιολογικόν 1892 p. 3 n. 3 (R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscriptions juridiques Grecques p. 502 n. 69. 70). Koehler C. I. Att. IV, 2 p. 245 n. 1116*bc*.

Ὅρος οἰκίας ὑπο|κειμένης[1] X[2]----|----------|-------- ‖
5 Περιάνδρωι[3] | Χολαρ(γεῖ).

Ὅρος οἰκίας | ὑποκειμένης | Ἁλαιεῦσι[4]: ΗΗ.

Litterae volgares non dispositae στοιχηδόν. 1 Cf. 821[1]. 2 Post hanc litteram qui interciderunt versus duo et dimidius utrum casu an consulto deleti sint diiudicari non posse refert K. 3 Periander Polyarati f. Cholargensis, haud ignobilis homo aetatis Demostheneae, et apud scriptores (Dem. XL, 6. 7. XLVII, 21) et in titulis (C. I. Att. II, 776 b, 9. 793 f, 19. 812 a, 39. 961, 5) commemoratur. 4 Cf. n. 819, 7.

---

823 Acharnis. Ex schedis Mustoxydis a Niebuhrio missis ed. Boeckh Ind. lect. Berol. aest. 1821 p. 5 (Opuscula IV p. 164. C. I. G. 530. Koehler C. I. Att. II, 1134. R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscr. juridiques Grecques p. 116 n. 61).

Ἐπὶ Θεοφράστου | ἄρχοντος[1] [δ]ρος | χωρίου τιμῆς | ἐνοφελ-
5 λομέν‖ης[2] Φανοστράτωι | Παιαν(ιεῖ) XX.

Litterae ΠΣ manifesto Mustoxydi, non quadratario debentur. 1 Duo fuerunt ea aetate, quae hic omnino in censum venit, archontes cognomines, Ol. 110, 1 (340/39 a. Chr.) et Ol. 116, 4 (313/2 a. Chr.). Hunc quam illum intellegere mavolt Koehler, qua de re lubricum est iudicium, quandoquidem accurata litteraturae notitia caremus (v. supra). 2 Qui de Phanostrato fundum emit, partem modo pretii praesentem solvit, pro reliquo agrum oppigneravit.

---

824 Cippus marmoris Pentelici, in vico *Spata* terrae Atticae. Ed. A. Milchhoefer Mitth. des arch. Inst. in Athen XII (1887) p. 88 (R. Dareste Bull. de corr. Hell. XII (1888) p. 302 sqq. Inscriptions juridiques Grecques p. 114 n. 50. Koehler C. I. Att. IV, 2 p. 246 n. 1139*b*).

Ὅρος χωρίου καὶ οἰκ|ίας πεπραμένου ἐπ|ὶ λύσει[1] Ἱερομν|ήμονι
5 Ἁλαεῖ ‖ ΓΗ κατὰ τὰς συνθ|ήκας τὰς παρὰ Λυσι|στράτωι κειμέ-
10 να[ς] | καὶ δεκαδισταῖς[2] Η | [Δ]ΔΔ καὶ ἀποτίμημ‖α ἐρανισταῖς[3]
τοῖ[ς] | μετὰ Θεοπείθους | Ἰκαριῶς.

Litterae volgares non dispositae στοιχηδόν. 1 Cf. 831[3]. 2 Magistratum interpretatur D. Sed rectius Koehler sodalitatem esse statuit nominatam a decimo mensis die, quo convenire et caerimonias nescio quas peragere solebat. Cf. εἰκαδεῖς C. I. Att. II, 609, 4 sqq. 3 Haec quoque sodalitas sacrorum causa instituta est. Cf. E. Ziebarth Das gr. Vereinswesen p. 135.

825 Tabula marmorea inventa in reliquiis metalli antiqui prope Thoricum. Edd. Kumanudis Παλιγγενεσία 20. Φεβρ. 1869. Kordella Le Laurium p. 36. Koehler C. I. Att. II, 1122 (R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscriptions juridiques Grecques p. 114 n. 41).

5 Θεοί. | Ὅρος ἐργασ|τηρίου καὶ ἀν|δραπόδων[1] πε‖πραμένων ἐπὶ |
λύσει[2] Φείδων|ι Αἰξωνεῖ ⁝ Τ.

Litterae volgares non dispositae στοιχηδόν. 1 Plerumque talia monumenta non spectant nisi ad domos, hortos, agros aliasque res immobiles. Sed hic servi opifices una cum officina cuius quasi instrumenta sunt pignori dantur. Eandem formulam (ἐργαστηρίου καὶ ἀνδραπόδων) habes C. I. Att. II, 1123. 2 Cf. 831[3].

826 In oppido *Ano Syros* insulae Syri in horto privato. Post Rossium (Inscr. inedd. 108) Boeckhium (C. I. G. 2347 *i*) Lebasium (II 1894) accuratissime edidit Kl. Stephanos Ἀθηναίου IV p. 3 n. 35 (Syll.[1] 436. R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscriptions juridiques Grecques p. 118 n. 68).

5 Ἡγησοῦς | τῆς Κλεομ|όρτου θυγατρὸ[ς] | προῖξ[1] τὸ χωρί‖[ο]ν.

Litterae volgares praeter A. 1 Non obligatur ager pro dote debita, sed ipse a patre mulieris dotis nomine datus est. Sane solent praeter pecunias numeratas vestes et supellex dari, sed cf. n. 817, 26 sqq., ubi item domus dotis loco est.

827 In hodierno oppido Amorgo, quo ex ruderibus Arcesines (Καστρί) allatus dicebatur lapis. Ed. Ross Inscr. inedd. fasc. II p. 32 n. 126 (Syll.[1] 437. R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscriptions juridiques Grecques p. 110 n. 24).

[Ὅρος· οἰκιῶν καὶ κήπων τῶν πρ]|ὸς[1] ταῖς οἰκίαις, τῶν ἀποτετι|-
5 μημένων Νικησαρέτῃ εἰς τή|ν προῖκα[2], καθιερωμένων καὶ ἀ||νακειμένων τῆι Οὐρανίαι Ἀ|φροδίτει τῆι ἐν Ἀσπίδι ὑπὸ Νι|κησαρέτης τῆς γυναικὸς τ|ῆς Ναυκράτους καὶ κατὰ τὰς δι|αθήκας
10 τὰς κειμένας ἐν τῶι || ἱερῶι τῆς Ἀφροδίτης καὶ παρ' Ε|ὐνομίδει τῶι ἄρχοντι καὶ π|αρὰ τῶι θεσμοθέτει Κτησι|φῶντι.

Litterae ΘΠC. Infra titulum Ἀφρ. monogrammate expressa. 1 Supplevi Hermae XVI p. 200 n. 13. Numerum domuum et hortorum additum non fuisse spatii rationes indicant; neque magis additur n. 818, 2. 3. 2 Similiter C. I. Att. II 1124 est ὅρος οἰκίας ἐν προικὶ ἀποτετιμημένης. Frequentior est merus dativus προικί (C. I. Att. II, 1132. 1152) aut genetivus προικός (818, 4. C. I. Att. II, 1128. 1142. 1149. 1150).

828 Tabula lapidea inventa Amorgi, translata Athenas in museum societatis archaeologicae. Ed. Kumanudis Ἐφ. ἀρχ. περίοδος β', 1863 p. 77 n. 77 (R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Recueil des inscriptions juridiques Grecques p. 116 n. 64).

Ὅρος χωρίων [ἐν ---]|ρει[1] καὶ οἰκίας καὶ κ[ήπων] | τῶν Ξενο-
5 κλέους τῶ[ν κει]|μένων ἐμ Φυλινχείαι[2] καὶ τῶν || ἐπικυρβίων[3] ἐνεχύρων[4] ὑποκει|μένων, συνεπιχωρούσης τῆς | γυναικὸς Ἐρατο-

Litterae volgares Ionicae praeter Ξ et ∽ (ω); haec littera itemque O reliquis multo minor. 1 Loci nomen hic fuisse cum per se veri simile est, tum neutiquam pugnat cum ἐμ Φυλινχείαι v. 4. Nam illud quidem ad hortos ac si quid video etiam ad domos spectat, hoc vero ad agros (χωρία). 2 Regio ignota insulae Amorgi. 3 Nescio an ἐπικύρβια ἐνέχυρα ei fundi vocentur, quos pignori oppositos esse cippis cum inscriptionibus impositis notatur. Nempe qui plerumque ὅροι dicuntur, etiam κύρβεις appellari poterant, siquidem haec vox proprie stelam lapideam significat; cf. Harpocration. κύρβεις· Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς ἱερείας. κύρβεις φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς περὶ θεῶν ἔχειν ἐγγεγραμμένους τοὺς νόμους, εἶναι δ' αὐτοὺς λίθους ὀρθοὺς ἑστῶτας, οὓς ἀπὸ μὲν τῆς στάσεως στήλας, ἀπὸ δὲ τῆς εἰς ὕψος ἀνατάσεως διὰ τὸ κεκορυφῶσθαι κύρβεις ἐκάλουν, ὥσπερ καὶ κυρβασίαν τὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τιθεμένην. 4 Etiam alibi nonnunquam ἐνέχυρον non pignus quod in manum traditur, sed fundum hypothecae datum significat. Editores inscr. iur. haec

κράτης καὶ τοῦ | κυρίου[5] Βρουκίωνος[6], τῶ[ι] ἐράν[ωι] | καὶ
10 Ἀρισταγόραι τῶι ἀρχεράνωι[7] ‖ καὶ τῆι γυναικὶ αὐτοῦ Ἐχε---- |
πρὸς τὴν ἐγγύαν[8], ἣν ἐγ[ράψα]‖το[9] Ξενοκλῆν τοῦ ἐράνο[υ, δν] |
15 συνέλεξεν Ἀρισταγόρα[ς, | κα]τὰ τὸν νόμον τῶν ἐ[ρα‖νισ]τῶν[10].

---

de rebus mobilibus quae in illis praediis, domibus, hortis essent interpretantur. Sed ei adiectivum ἐπικυρβίων neglexisse aut perperam intellexisse mihi videntur. 5 Cf. n. 600, 122. 6 Idem nomen habes in titulo antiquissimo Melio Inscr. Gr. ins. mar. Aeg. III p. 212 n. 1140 Τυχαρέτα Βρουκίωνος. 7 Dativus ab ὑποκειμένων pendet. Xenocles est dominus fundorum, quos assentiente Eratocrata uxore eiusque tutore Brucione sodalitati pignori opponit, cuius conditor (v. 13 [δν] συνέλεξεν) et moderator est Aristagoras. Qui hic inaudita ceteroquin nominis forma ἀρχέρανος audit, alibi ἀρχερανιστής est (n. 732, 12. 33. 37). Eum cuius consilio et munificentia eiusmodi collegium constitutum sit, a sodalibus magistrum constitui etiam alibi videmus; cf. n. 728[2]. 8 Sodalitas pro Xenocle, qui sine dubio ipse quoque ei interfuit, fidem suam interposuerat, ea condicione ut is rursus fundos suos ipsi obligaret. 9 Cave hanc vocem accusandi notione hic acceperis; id enim fieri genetivus τοῦ ἐράνου prohibet. 10 Haec κατὰ τὸν νόμον τ. ἐ. a συνέλεξεν nullo pacto pendere possunt, nam quo tempore Aristagoras eranum condidit nulladum erat lex eranistarum. Quare id modo in quaestionem venire potest, utrum illa ad ἐγράψατο an ad ὑποκειμένων pertineant; ac mihi quidem hoc videtur praeferendum. Nam haud improbabile est, lege cautum fuisse ne sodalitas pro sodali fidem suam interponeret nisi ille praediis hypothecae oppositis ei satisdaret. Aliter sane editores inscr. iur., qui ἔρανον hic non de sodalitate interpretantur, qua de vi vocabuli tamen, si quid video, et ἀρχέρανος et νόμος τῶν ἐρανιστῶν dubitari non patiuntur.

---

829 Lapis ex ruderibus Aegiales in oppidum hodiernum Amorgiorum (*Chora*) delatus, ubi exstat apud papam Demetrium Prasinum. Edd. G. Radet et P. Paris Bull. de corr. Hell. XIII (1889) p. 344 n. 2 (R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscriptions juridiques Grecques p. 118 n. 65).

[Ἐ]π' ἄρχοντος Λεοντέως, | μηνὸς Ἀπατοριῶνος[1], ὅρ[ος | ο]ἰ[κ]ιῶν
καὶ κήπου ὧν κατέθηκεν[2] Ἀν[τ|ήν]ωρ Κλευδίκου Πασαρίστηι ‖
5 [Ε]ὐαγόρου μετὰ κυρίου[3] Σάμω|[νο]ς ἀργυρίου δραχμῶν | ἐνενήκοντα κατὰ σ(υν)θήκας[4] | τὰς κειμένας παρὰ ...|.κει Κριτολάου.

Litterae Ionicae volgares praeter Σ; Ο et Ω reliquis minores. 1 Cf. n. 96, 1. 531, 10. 2 I. e. ὑπέθηκεν. 3 Cf. n. 828, 7. 8. 4 ΚΑΤΑ

ΣΘΗΚΑΣ. Simpliciorem medelam verbis corruptis attulisse mihi videor quam R. qui in tenore tituli κατὰ (τὰ)ς θήκας, in adnotatione κατὰ (τὰ)ς (συν)θήκας rescribit. Priore articulo neutiquam opus esse docet n. 830, 9.

---

830 Amorgi in oppido (*Chora*) in museo. Edd. G. Radet et P. Paris Bull. de corr. Hell. XIII (1889) p. 343 n. 1 (R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscriptions juridiques Grecques p. 110 n. 23).

Ὅρος οἰκιῶ[ν] | ἀποτετιμ[ημ]έ[νων ἐπ' | ἄ]ρχοντος Κριτοβούλου
5 ὑπὸ Ἐ[ξ|η]κέστου Κλεινοκράτει Τιμαγόρου ‖ πρὸς | μέρος τῆς
προικὸς πρὸς δραχμὰς | XXX------ | κατὰ συνθήκας (τ)ὰς[1]
παρὰ Ἀρι[σ]](τ)ονίκωι[2].

Litterae Ionicae volgares praeter ΘΞ; ο et Ω reliquis minores. 1 ΙΑΣ. 2 ΓΟΝΙΚΩΙ.

---

831 Lapis quadratus inventus Amorgi in loco Mallia, exstat ibidem in oppido apud D. Prasinum. Ed. R. Weil Mitth. des arch. Inst. in Athen I p. 345 n. 12 (Syll.[1] 438).

Θεοί. | Ἐπ' ἄρχοντος Φανοκράτους, μηνὸς | Ἀνθεστηριῶνος, ἀπέ-
5 δοτο Νική|ρατος καὶ Ἡγεκράτη καὶ ὁ κύριο[ς] ‖ Τελένι(κ)ος[1] Κτησι-
φῶντι Πυ....|που τὰ χωρία καὶ τὴν οἰκί[α]ν κ[α]ὶ | τὸγ κέραμον
πάντα ἃ ἔχε[ι] διε|λόμενος Νικήρατος πρὸς τὸν | ἀδελφὸν Ἀνοίνην,
10 καὶ τὰ χωρία ‖ ἃ ἐπρίατο Νικήρατος παρὰ Ἰσχυρί|ωνος ἅπα[ν]τα,
καὶ τὰ χωρία ἃ ἔχει | θέμενος[2] [Νικήρ]ατος παρὰ Ἐξακέσ|του,
15 ἁπάντων [ἀρ]γυρίου δραχμῶν | πεντακισχιλίων, ἐπὶ λύσει[3]· ‖ ὑπο-
τελεῖ δὲ μίσθωμα[4] Νικήρατος | Κτησιφῶντι καθ' ἕκαστον ἐνιαυ|-
τὸν ἀργυρίου δραχμὰς πεντα|[κ]οσίας ἀτελεῖς.

Litterae volgares. 1 ΤΕΛΕΝΙΝΟΣ. Weilii emendationem recepi, etsi aequo iure Τελε(σ)ῖνος incidendum fuisse conieceris. 2 Exacestus hos fundos hypothecae dederat Nicerato; cum ille solvendo non esset, hypotheca ex Graecorum iure tota (cf. 510[1]) ad creditorem transierat. 3 Si res aliqua venit ἐπὶ λύσει, dominium quidem rei emptor acquirit ea condicione, ut venditori eodem pretio redimere liceat, usum fructum vero retinet venditor, atque pro eo pendit emptori quotannis pecuniam usuris pretii respondentem. Condicio utriusque igitur paene eadem est, ac si pecunia mutua sumpta et res creditori hypothecae data esset. 4 Sic,

non τόκος, haec pecunia vocatur, quia is cui penditur iure non creditor hypothecarius est, sed dominus fundorum. Cf. Dem. XXXVII, 5: πρατὴρ μὲν δὴ τοῦ ἐργαστηρίου καὶ τῶν ἀνδραπόδων ὁ Μνησικλῆς ἡμῖν γίγνεται· καὶ γὰρ ἐώνητο ἐκεῖνος αὐτὰ τούτῳ παρὰ Τηλεμάχου τοῦ πρότερον κεκτημένου. μισθοῦται δ' οὗτος παρ' ἡμῶν τοῦ γιγνομένου τόκου τῷ ἀργυρίῳ, πέντε καὶ ἑκατὸν δραχμῶν τοῦ μηνὸς ἑκάστου. καὶ τιθέμεθα συνθήκας, ἐν αἷς ἥ τε μίσθωσις ἦν γεγραμμένη καὶ λύσις τούτῳ παρ' ἡμῶν ἔν τινι ῥητῷ χρόνῳ.

---

832 Lapis inventus prope Amphipolin. Ed. I. Pantazidis Φιλίστωρ III (1862) p. 346. (A. Kirchhoff Hermae II p. 171. Syll.[1] 439.)

Ἀγαθῆι τύχηι· ἐπρίατο (Θ)ειοχάρης[1] Νικέα π|αρὰ Θεοδώρου τοῦ Πολέμωνος τὴν οἰκ[ί]αν, ἧι γ|είτων Μεννέας Ἀσάνδρου καὶ Θεόδωρος αὐτ|ὸς καὶ Νικάνωρ Ἐπικράτους, χρυσῶν τριακ|οσίων. βεβαιωτὴς Δημόνικος Ῥίχνου. μά|ρτυρες Στησίλεως Ὀργέως, Ἀριστογένη|ς Ἀστίνου. ἐπὶ ἱερέως τοῦ Ἀσκληπιοῦ Ἑρ[μαγ]όρα[2], ἐπὶ ἐπιστάτου Αἰσχύλου.

Litteras aetatis Macedonicae esse testatur editor. 1 ΟΕΙΟΧΑΡΗΣ. Emendavit P. 2 Sacerdotis nomen ascribitur, quia in delubro Aesculapii depositus erat hic lapis. K.

---

833 In sepulcro rupi inciso, in insula Aegina. Ed. Rangabé Ant. Helléniques 2013 (F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III p. 199 n. 3419).

Πὰρ Κλεοδίκου τοῦ Ἀγεμάχου καὶ Μελαινίδος[1] Ἡρακλείδας ἐπρίατο.

Litterae Ionicae volgares. 1 Agemachus et Melaenis parentes Cleodici sunt. Nam si de Cleodico et Melaenide emisse diceretur Heraclidas, quae sententia per se item in verbis inesse potest, mireris viro paternae originis notam addi, mulieri non item.

---

834 Lapis inventus in Piraeeo. Ex Eustratiadis apographo minusculis litteris ed. C. Wescher Rev. arch. XIV (1866) p. 352 sqq. (A. Kirchhoff Hermae II p. 169. Syll.[1] 440. R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscr. juridiques Grecques p. 240 n. XIII *ter*). Koehler C. I. Att. II, 1058. Cf. quae disputavit M. Fränkel Hermae XVIII p. 314 sqq.

Ἀγαθεῖ τύχει. Ἐπὶ Φιλιππίδου ἱερέ|ως[1]. κατὰ τάδε ἐμίσθωσαν Ἀντί|μαχος Ἀμφιμάχου, Φειδόστρατος | Μνησιχάρου, Δη-
5 μάρετος Λεωσθένο||υ, Κτησίας Κτησιφῶντος, Κτήσιππος | Κτησιφῶντος, Κτησιχάρης Κτησιφ|ῶντος, Κτησίας Τιμοκράτου, Χαιρέα|ς Μνησιχάρου, Κυθηρίων οἱ μερῖται[2], | τὸ ἐργαστήριον
10 τὸ ἐν Πειραεῖ καὶ τ||ὴν οἴκησ[ιν] τὴν προσοῦσαν αὐτῶι | καὶ τὸ οἰκημάτιον τὸ ἐπὶ τοῦ κοπρῶνος εἰς τὸν ἅπαντ|α χρόνον Εὐκράτει Ἐξηκίου Ἀφιδναίωι δραχμῶν [Ⓐ]ΗΗΗΗ το|ῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου ἀτελὲς ἁπάντων, ἐφ' ὥιτε διδόν|αι τά⟨σ⟩ς μὲν ΔΔΔ ἐν
15 τῶι Ἑκατονβαιῶνι, τὰς δ' εἴκοσι καὶ || τέτταρας ἐν τῶι Ποσιδεῶνι, ἐπισκευάσαι δὲ τὰ δεόμε|να τοῦ ἐργαστηρίου καὶ τῆς οἰκήσεως ἐν τῶι πρώτ|ωι ἐνιαυτῶι. ἐὰν δὲ μὴ ἀποδιδῶι τὴν μίσθωσιν κατὰ τὰ | γεγραμμένα ἢ μὴ ἐπισκευάζει, ὀφείλειν αὐτὸν
20 τὸ διπ|λάσιον καὶ ἀπιέναι Εὐκράτην ἐκ τοῦ ἐργαστηρίου μη||θένα λόγον λέγοντα. ἐνγυητὴς τοῦ ποήσειν τὰ γεγρα|μμένα Ἐξηκίας Ἀφιδναῖος ἐν τῶι χρόνωι τῶι γεγρα|μμένωι. βεβαιοῦν δὲ τὴν μίσθωσιν Κυθηρίων τοὺς μερί|τας Εὐκράτει καὶ τοῖς ἐγ[γόνοις] αὐτοῦ· εἰ δὲ μή, ὀφείλειν | δραχμὰς Χ. ἀναγράψαι [δὲ τά]σδε
25 τὰς συνθήκας Εὐ||κράτην ἐν στήλει λιθίνει καὶ στῆσαι [παρὰ τὸ]ν ἥρω[3]. ἐά|ν δέ [τις] εἰσφορὰ γίγνηται ἢ ἄλλο τι ἀπ[ότ]εισμα[4]

1 Cum W. hic sacerdotem Antigoni et Demetrii eponymum (Plut. Dem. 10. 46) deprehendere sibi visus esset, Kirchhoffius longe aliter rem se habere docuit. Hanc tabulam eodem modo ac n. 832 in templo depositam esse ideoque sacerdotis nomen praescriptum habere. Eundem sine dubio Philippidem sacerdotem indicari in titulo item in Piraeeo invento C. I. Att. II 1333, 1 [ἱε]ροποιοὶ οἱ ἐπὶ Φιλιππίδου Ἀρτέμ[ιδι ἀνέθεσαν κτλ.]. 2 Pollux VIII, 136 μερίτας appellatos dicit eos qui inter se rem aliquam partiti essent. Hic eos significari, quibus dominium unius rei non divisae commune sit, ex ipso titulo apparere mihi videtur; nempe locant hi octo homines coniuncti unum fundum cum aedificiis. Fränkelii sententia, qui societatem mercatorum intellegit, neque huius tituli argumento neque locis ab ipso allatis (Dem. XXXII, 25. Harpocr. s. κοινωνικῶν) commendari mihi videtur. Genetivum vocabulo μερῖται adiunctum vix alio rettuleris atque ad rem cuius dominium illis commune est. Itaque de pago Cytherrhiorum eo minus hic cogitandum quia hoc nomen ante Romanorum aetatem semper duplici consona scribitur (cf. C. I. Att. II indices p. 76. IV, 2 p. 332). Videtur igitur τὰ Κυθήρια proprium nomen fundorum esse quorum partem efffciunt aedificia quae hic locantur. 3 Supplevi Hermae XVI p. 199. 4 Supplevi. Primae litterae post lacunam Ξ superesse, quod eodem iure ad Ε atque ad Ξ, fortasse adeo ad Σ referre liceat, lapide examinato testatur K. Vox ἀπότεισμα quod sciam hucusque ignota, sed recte formata et huius loci sententiae accommodata.

τρό|πωι ὁτωιοῦν, εἰσφέρειν Εὐκράτην κατὰ τὸ τίμημα κα|θ' ἑπτὰ μνᾶς[5]. Θεοί.

5 I. e. secundum pretium rerum locatarum, quod est septem minarum. Conductor annuas quinquaginta quattuor drachmas pendit (v. 12), quae merces efficit $7^5/_7$ p. c. illarum septem minarum; apud Isaeum XI, 42 (Boeckh Staatsh. I p. 198) $8^4/_7$ p. c. in simili locatione conductione penduntur.

835 Fragmenta duo inter se contingentia partis inferioris tabulae marmoris leucophaei, eruta in delubro Minervae Cranaeae prope Elateam, exstant in museo vici *Drachmani*. Edd. P. Paris Bull. de corr. Hell. XI (1887) p. 341 n. 12. Ex Lollingii apographo W. Dittenberger I. G. Sept. III, 119.

[-------- ἅπ|ε]ρ ἀπε[γράψατο ὀφ]|ειλων[1]. κ[αὶ καταδου]|λιζέτω[2]
5 τ[οῦτον μ]|ηδείς, μή[τε.....[3]] ‖ μήτε ἄ[λλος. προστατῆ]|σαι[4]
δὲ [ὑπὲρ Φέρητο]|ς ἔστωι ἄ[δ]εια[5]. [ὁ δᾶμ]|ος αἰνεῖ[6]. ἐπιμελ[η]|-
10 ταὶ[7] Ἀθά[ν]α, Ζεύς, Ἑ[ρ]‖μᾶς, Ἀπόλλων, Πο|τει[δά]ν, Χάριτες, |
κε[λε]ύσαντος | Φέ[ρη]τος.

Litterae volgares Ionicae ita adornatae, ut cuiusque versus initio quaternae litterae directos ordines servent reliquis non στοιχηδόν dispositis. Scriptura quarti a. Chr. n. saeculi esse videtur. Supplementa praeter v. 8—13 mea sunt. 1 In manumissionis negotio servus se pecunias quasdam, fortasse partem pretii quo se redemerat, domino debere scripto professus erat; de his reddendis usurisve earum pendendis hic aliquid scriptum fuisse videtur. 2 Activi usus a volgari sermonis consuetudine abhorret. 3 Eius qui manumisit nomen hic scriptum fuit. 4 Hoc potissimum verbum reposui quia προστατεῖν pro προΐστασθαι quod in hac re sollenne est (cf. n. 841, 17. 18) usurpatum non plus offensionis habet quam ἐπιμελητεύειν pro ἐπιμελεῖσθαι, frequentissimum illud quidem in titulis; cf. n. 836, 5. 5 Antiquae simplicitatis est, quod hic non ut fere ubique in recentioribus manumissionibus Phocicis (n. 841, 19. 843, 19. I. G. Sept. III, 34, 7. 36, 14. 66, 12. 124, 10. 188, 12. 189, 12. 190, 14. 17. 192, 14. 16. 193, 22. 194, 15) additur τῷ θέλοντι (Φωκέων). 6 Etiam hoc vocabulum de comprobanda populi decreto manumissione antiquioris sermonis esse videtur, neque ipsum institutum in recentioribus titulis recurrit. Probabile est tum temporis nullam manumissionem ratam fuisse sine comitiorum consensu. Alia est causa tituli recentioris n. 842. 7 Commendatur libertinus tutelae deorum qui infra scripti sunt. Persimile hoc est moris Aetolici, quo dei testes advocantur (n. 837, 4), plane diversum a consuetudine posterioribus temporibus pervulgata servos deis vendendi.

836 Stela marmorea, Messenae. Ed. A. Wilhelm Mitth. des arch. Inst. in Athen XVI (1891) p. 349 n. 2.

[--------- ἀφίητ]ι Πετραίαν | [ἐλευθέραν. εἰ] δέ τίς κα κατα|-
5 [δουλίζηται Π]ετραίαν, ἀποτει|[σάτω δέ]κα μνᾶς ἀργυρίου ‖ [ἱαρὰ]ς τᾶι Λιμνάτι[1]. προστατευέ|[τω][2] δὲ ὅστις κα χρήζηι ὑπὲρ | Πετραίας ὡς ἐλευθέρας | ἐάσας[3] νόμωι πόλεος.

Litterae subtiliter incisae priore parte tertii a. Chr. n. saeculi. Π et Π alternant, ΘΟ multo, Ω paullo minor quam reliquae. Litterae Σ bracchia ubique quidem divergunt, sed modo magis modo minus. 1 Dianae Limnatidis fanum supra vicum *Mavromati* ab oriente et septentrionibus inventum est. Quod qui Dianae Laphriae potius vindicant Le Bas et S. Reinach, eorum opinionem W. refutavit allatis titulis Lebas Inscr. II 309. 310. 311. 315 illo loco repertis. Haec sane manumissio unde allata sit non constat. 2 Cf. n. 835[4]. 3 Rectius hoc participium per duplicem consonam scribitur (ἔασσα, ἴαττα, ἔσσα), sed simplex videtur ex volgari forma ἐοῦσα, οὖσα huc permanasse.

837 Thermi Aetoliae (*Palaeo-Bàzaro*) exscripsit Lolling et edidit Mitth. des arch. Inst. in Athen IV (1879) p. 222 cf. eiusdem adnotationem Mitth. VIII (1883) p. 341 not. 1 (Syll.[1] 141. I. G. Sept. III, 412).

Πολύφ(ρ)ων[1] Λύκου Α[ἴνη]σαν[2] τὴν ἰδίαν θρεπτ[ὴν | ἀπηλ]ευθ[έρ]ωσεν ὑπὸ Δία Γῆν Ἥλιον[3], μηδε[νὶ | μη]δὲν προσήκουσαν κατὰ τοὺς Αἰτωλῶ[ν] | νόμους ἰσοτελῆ[4] καὶ ἔντειμον.

Litterae ΑΘΠΣ. 1 ΠΟΛΥΦΙΩΝ. 2 Supplevit L. ex titulis Wescher-Foucart Inscr. de Delphes 119 et Rangabé Ant. 945. 3 Non confundendus hic mos cum eo cuius testimonia habes n. 845 sqq. Illic enim veneunt servi diis, hic dei tanquam testes et custodes libertatis eorum adhibentur; quare non dei quorum sacra in eo loco summae dignitatis erant, ut Delphis Apollinis, commemorantur, sed praeter Iovem deorum hominumque regem ac patrem Sol qui omnia humana videt et Terra communis mortalium sedes. Cf. n. 835, 8 sqq., ubi dei nonnulli nominatim ἐμιμεληταί liberti constituuntur, et n. 461, 1, ubi inter deos, per quos iuratur, primum locum tenent Iuppiter, Tellus, Sol. 4 Aetolorum leges quidem ignoramus; sed nescio an ἰσοτελής hic idem privilegii genus inter libertinos indicet, atque Athenis inter inquilinos, nempe ut patrocinio eius qui manumiserunt non adstricti, sed praeter suffragii ius eadem ac cives condicione sint. Cf. Hesych. ἰσοτελής· ὁ ἐξελεύθερος, καὶ [ὁ addiderim] μετέχων τῶν νόμων, μετοίκιον δὲ οὐ φέρων. Apparet inde a voce καὶ frequentissimum illum apud

Atticos vocis usum respici. Quae antecedunt imprudenter excerpendo mutilata videntur, nam certe non omnes libertinos ἰσοτελεῖς vocatos dixerat quicunque primus huius glossae auctor fuit.

---

838 Tabula ahenea, litteris ex punctis compositis, Dodonae. Ed. C. Carapanos Dodone et ses ruines p. 60 n. 14, tab. XXX n. 5 (Syll.[1] 442. A. Fick ap. Collitz Gr. Dialektinschriften II p. 7 n. 1350).

Ἀγαθᾶι τύχαι. Στραταγοῦντ|ος Ἀπειρωτᾶν[1] Λυσανία Καρώ-
που[2], | προσστατεύοντος Μολοσσῶν[3] Ἐχελάο[υ] | Παρώρου[4], ἀφῆκε
5 Ἀντίβολος Νικάνορος Δο‖εσστὸς[5] ἐλεύθερον Ἀνδρομένη τὸν
αὐτοῦ, | [ἄτ]εκνος ὤν[6]. μάρτυρες· Ἀγέλαος Ἀ(ν)τιόχου, Λυκό-
φρων | [Ἀν]τιόχου, Δέξανδρος Κεφάλου, Ἀγέλαιο(ς)[7] | [Ἀν]ικά-
του[8], Κολπαῖοι.

Litterarum formae rotundae CEω; vocalium ο ω mensura reliquis litteris paullo minor. De aetate cf. not. 2. 1 Post sublatum regnum apud Epirotas civitates Epiri foedere coniunctae erant, cui praeerat praetor (στραταγός). Cf. Bursian Sitzungsber. der Kgl. Ak. zu München 1878 II p. 15. 2 Cf. Carapanos Dodone p. 114 n. 2: ποθόδωμα γραψαμένου Λυσανία τοῦ Νικολάου Καρώπου. Ille titulus praescriptum habet nomen Antinoi Clathiatae praetoris Epirotarum, qui cum manifesto idem sit quem regis Persei aequalem fuisse scimus (Polyb. XXVII, 15, 7. XXX, 7, 2. Liv. XLV, 26, 5), utrumque titulum circiter anno 170 a. Chr. scriptum esse intellegitur. Bursian l. l. p. 15. 3 Cf. 483[1]. 4 Cf. Strab. VII, 7, 6, p. 325 Cas.: παραρρεῖ δ' αὐτὴν (τὴν Ἀμβρακίαν) ὁ Ἄρατθος ποταμὸς ἀνάπλουν ἔχων ἐκ θαλάττης εἰς αὐτὴν ὀλίγων σταδίων, ἀρχόμενος ἐκ Τύμφης ὄρους καὶ τῆς Παρωραίας. Bursian. 5 Gens ceteroquin ignota; nominis formam Macedonicarum Διέσται et Ὀρέσται similem esse monuit Bursian p. 20. 6 Idem additamentum redit apud Carapanum p. 58 n. 13 (tab. XXX, 4). Inde colligas, hominibus qui liberos haberent, non licuisse servos manu mittere, ne res familiaris imminueretur. 7 AIOO. 8 Supplevit F. monens Ἀνίκα[τος] legi in titulo item Dodonaeo apud ipsum n. 1358, 7. [Δυσν]ικάτου scripseram in proëcdosi.

---

839 Tabula ahenea inventa Dodonae. Ed. C. Carapanos Dodone et ses ruines p. 55 n. 8, tab. XXIX, 3 (Syll.[1] 443. A. Fick ap. Collitz Gr. Dialektinschriften II p. 8 n. 1356. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 p. 184 n. 249).

Litterae punctis indicatae, volgaris formae praeter Ξ.

Θεὸ[ς τύ]χα. Ματυδίκα | Πο[λύξ]ενον ἐξεπρίατο[1] | [ἀπὸ Δ]αμοξέ-
5 νας μνᾶς | [ἀρ]γυρίου. μάρτυρες· ‖ Ἀλεξάνωρ, Ϝαττίδας, |
[Σκ]οπαῖος[2], Εὐκ[λ]είδας. | [ἐπ]ὶ ναϊάρχου Μενεχάρ|[μου], ἐπὶ
10 προσστάτα Μολ|[οσσ]οῦ[2] Ἀγέα. Λύος[3], ‖ ---- Φοινατοί[4].

1 Simplicem vendendi notionem inesse vult Bursian p. 18. At solebant eiusmodi tabulis inscribi manumissiones, non solebant emtiones venditiones servorum. Neque praepositionis rationem habuit B.; sine dubio vox significat 'redimere ex servitute', 'pretio soluto liberare'. 2 Suppl. F. Qui quod prostatae Μολοσσὸς Ἀγέα nomen proprium fuisse sumpsit, mihi neutiquam probatur, siquidem praeterea fere ubique ethnicon adiungitur (n. 838, 3. Gr. Dialektinschr. II n. 1346, 1. 1350, 3 al.). Mihi potius Μολοσσοῦ neglegentia pro Μολοσσῶν insculptum videtur. 3 Idem nomen est Gr. Dialektinschr. II n. 1354 n. 9. F. 4 Singularis Φοινατός est ap. Carapanum tab. XXVII, 2 v. 7. Ceterum videntur hic nonnulli testes qui supra incuria omissi erant adiuncti fuisse, etsi id propter extremam tituli partem nimis mutilatam pro certo pronuntiari non licet.

---

840 Mantineae. Ed. P. Foucart Bull. de l'école française d'Athènes I p. 8 n. 8 et ad Lebas Inscr. II 352*o* (Syll.[1] 444).

Ἐπὶ ἱερέος τῷ Ποσιδ|ᾶνι Γοργίππου, τοῦ τὸ | ἕκτον καὶ τεσσε-
5 ρακοσ|τὸν ἔτος[1] ἱερατεύσαν‖τος, οἱ ἀποκαρυχθέντες[2] | ἐλεύθεροι[3]·
Πιτύλος Πο|σειδίππου τὸν ἴδιον θρ|επτὸν Λυκολέοντα ἀφ|ῆκεν
10 ἐλεύθερον παραμ‖είναντα αὐτῷ τὸν τᾶς | ζωᾶς χρόνον.

Litterae ΑΖΘΠΣ et semel (v. 11) Ε. 1 Supra hunc titulum in eodem lapide alius similis (Lebas-Foucart 352*n*), ubi manumissor idem est, sed temporis nota ἔτους ἑ|βδόμου καὶ τεσαρα|κοστοῦ. Quem Foucart anno 407 aerae provincialis Achaicae (n. 653[6]), 261 p. Chr., tribuit, confundens numeralia τεσσαρακοστός et τετρακοσιοστός. Vera igitur aetas illius tituli annus 100 (aut 99), huius 101 (aut 100) a. Chr. est. 2 Manumissiones per ludorum sollennium occasionem per praeconem in theatris pronuntiari solitas esse notum est; verbum ἀποκηρύττειν plerumque sane longe alia vi usurpatur. 3 Apparet hoc initium esse laterculi servorum manumissorum, cum et is titulus qui in eodem lapide supra hunc exstat (not. 1) et alii tres Mantinenses (Lebas-Foucart 352 *k. l. m*) ipsas manumissionis litteras contineant. Cur non continuatus sit hic catalogus, non liquet, nisi forte illo anno omnino unus modo servus manu missus est, cui suspicioni certe pluralis οἱ ἀποκαρυχθέντες non obstat (cf. 691[12]).

841 Tabula marmorea, inter rudera Stiridis urbis Phocensium. Ed. Ross Inscr. inedd. fasc. I p. 30 n. 73, tab. VII (Lebas Inscr. II, 987. 993. Syll.[1] 445. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 1 p. 109 n. 89. ed. 2 p. 159 n. 224. F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften II p. 76 n. 1541. p. 77 n. 1545). Ex Lollingii collatione I. G. Sept. III, 41. 42.

Φίλων λιθουργὸς | Ἀσκλαπιῶι[1].
Θεὸς τύχαν ἀγαθάν. ἄρχοντος ἐν Στείρι | Κάλλωνος τοῦ Ἀγή-
5 σωνος μηνὸς[2] τετάρ||του· Πραξίας Θέωνος ἀφίητι ἐλευθέρους[3]
Εὔπραξιν | καὶ τὸ ἐξ αὐτᾶς παιδάριον[4] ᾧ ὄνομα Δωρίων. μὴ
κα|ταδουλιξάσθω δὲ αὐτοὺς μηθεὶς μηδὲ καθ' ὁποῖ|ον τρόπον.
οἳ καὶ παραμεινάτωσαν Πραξίᾳ καὶ τᾷ γυ|ναικὶ αὐτοῦ Ἀφροδισίᾳ
10 ἕως ἂν ζῶντι, καὶ θαψάντω καὶ τ[ὰ] ‖ ὥ(ρ)ια[5] αὐτῶν ποιησά-
τωσαν· εἰ δὲ μὴ θάψωντι καὶ ποιήσω[ν]|τι τὰ ὥρια αὐτῶν καθὼς
προγέγραπται, ἀτελὴς ἔστω ἃ ἀ|νάθεσις, καὶ ποταποτισάτωσαν
ἀργυρίου μν|ᾶς τριάκοντα. εἰ δέ τις ἐπιλανβάνοιτο αὐτῶ|ν ἢ
15 καταδουλίζοιτο, ἅ τε γενηθ(ε)ῖσα δουλαγω||γία αὐτῶν ἄκυρος καὶ
ἀρ⟨ε⟩μένα[6] ἔστω, καὶ ποτα|ποτισάτω[7] ὁ καταδουλιζόμενος μνᾶς
τριάκοντα | [κα]ὶ τὸ μὲν ἥμισον[8] ἔστω τοῦ προστάντος, τὸ | [δὲ]
ἥμισον τοῦ Ἀσσ(κ)λαπιοῦ[9]. ἐξέ(σ)τω[10] δὲ προστ[ᾶ]μεν ὑπὲρ
(α)ὐτοὺς[11] τὸν θέλοντα Φωκέων.

Litterae ΑΖΞΣ, praeter versus 1. 2 maioribus litteris exaratos qui Α et Σ constanter exhibent. 1 Titulum in suo genere unicum dicit R., quia Philo quadratarius suum nomen ipsi decreto praemiserit. At se dedicasse titulum utique lapicida dicere non potuit, qui eum incidit. Immo lapidi qui opus a Philone consecratum sustinebat postea incisus est titulus manumissionis, quae res etiam scripturae discrimine comprobatur. Plane geminum exemplum habes in lapide item Stiriensi I. G. Sept. III, 37—40. 2 ΜΗ supra versum additum. 3 Hic supra versum additur ΙΔΙΑΓ. Videtur lapicida cum tale aliquid, qualia in aliis manumissionibus leguntur (τὰν ἰδίαν δούλαν sim.) neglegentia omisisset, supplendi consilium cepisse, sed id incohatum reliquisse. 4 Ν supra versum. 5 ΩΕΙΑ lapis. Significantur iusta funebria. Hac vi ὡραῖα est apud Eurip. Suppl. 177. Hesych. ὡραῖα· νεκύσια, sed ὥρια aliam vocis ὡραῖα formam esse idem s. v. adnotat. R. 6 ΑΡΕΜΕΝΑ. Emendavi ἀρμένα (ἠρμένη). Cf. I. G. Sept. III, 39, 9. 226, 11. 352, 6. 374, 6 ἀτελὴς καὶ ἀρμένα ἔστω ἁ ὠνά. Rossius ἀ(φ)εμένα scripsit, quod non uno nomine improbabile est. 7 ΣΑ supra versum additum. 8 Cf. 594, 18. 20. 9 ΑΣΣΛΑΓΙΟΥ. 10 ΕΞΕΤΩ. 11 ΕΥΤΟΥΣ.

842 Tabula marmoris leucophaei cum aëtomate cuius inferior margo habet versum primum tituli, effossa intra templum Minervae Cranaeae prope Elateam, delata in museum vici *Drachmani*. Edd. P. Paris Bull. de corr. Hell. XI (1887) p. 337 n. 10. Ex Lollingii apographo W. Dittenberger I. G. Sept. III, 109 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 221 n. 283).

[Θ]εὸς τύχαν ἀγαθάν. | Ἄρχοντος Καλλίππου | τοῦ Ἀριστοκλέος,
5 γραμ|ματεύοντος δὲ τοῦ συ|νεδρίου Πολυξένου τοῦ Ξε|νοκράτεος,
ψάφισμα[1]· | μηνὸς πέμπτου πεντεκαι|δεκάτᾳ, ἐν τοῖς συνέδροις
10 χει|ροσκόπος[2] Ξενόδοκος Θεόγνιος. ‖ ἔδοξε τοῖς συνέδροις, Στέ-
φανον | τὸν ὄντα πρότερον παῖδα Λάμπ(ρ)ω|νος[3] ἐλεύθερον
εἶμεν, καὶ τὸν ἀπε|λευθερισμ[ὸ]ν αὐτοῦ ἀναγράψαι | [ἐ]ν τῶι
15 ἱερῶι τᾶς Ἀθάνας τὰς Κραναί‖[α]ς ἀπό τε τοῦ Μενεκλείας κἀπὸ |
τᾶς πόλιος ὀνό[μ]ατος, εἴ κα καὶ ἐν τῶι | δάμῳ δόξῃ. ἔδοξε
καὶ ἐν τῶι δάμωι | γενομένας ψαφοφορίας κατὰ τὸν νόμον. |
20 Ὁ δᾶμος Ἐλατέων καὶ Μενέ‖κλεια Λάμπρωνος ἀφίεντι |
ἐλεύθερον Στέφανον τὸν ὄ[ν]|τα π[ρότ]ερον παῖδα Λάμπρ[ωνος].

Litterae ΑΘΞΠ (v. 2. 5 Π) Σ. Hastae extremae lineolis transversis ornatae. Saeculi a. Chr. n. primi esse videtur titulus. 1 Cur populiscito opus fuerit in hac manumissione, ambigas. Nam de antiqua illa lege (n. 835[6]) hic cogitari nequit propter permagnum numerum similium instrumentorum, quae illo multo recentiora, hoc vero antiquiora sunt neque ullum eius legis vestigium habent. Quod P. praemii nomine propter rem nescio quam insignem gestam Stephanum a populo libertatem accepisse existimat, cum aliis nominibus tum propter silentium de illa honorificentissima manu mittendi causa improbabile est. Iam cum post ipsam Lampronis mortem Stephano libertatem donatam probabile sit (not. 3), conieci Menecliae illius filiae nullum fuisse agnatum qui tutoris (κυρίου) personam sustineret, ideoque ex legibus Elatensium populi auctoritatem interponendam fuisse. Namque aliter atque Athenis illic ipsam mulierem hereditate paterna bona nanctam esse hic titulus docet (v. 15 ἀπὸ τοῦ Μενεκλείας ὀνόματος. Cf. etiam v. 19). 2 Cf. Suidas χειροσκόποι· οἱ τὰς χειροτονίας ἐπισκοποῦντες. P. 3 ΛΑΜΠΩ|ΝΟΣ lapis. Hic, non v. 20. 22 erratum esse confirmant alii Phocensium tituli (I. G. Sept. III, 16, 2. 188, 16. 189, 4. 5. 6. 14). Ceterum cur servus, qui manifesto a Meneclia demum post Lampronis mortem, non a patre manumissus est, tamen non filiae tum esse, sed patris quondam fuisse dicatur duobus locis (v. 11. 22) non assequor; sed id certe inde colligi licebit, eum non aliquantisper in filiae dominio mansisse, sed Lamprone defuncto e vestigio libertatem nanctum esse.

843 Basis quadrata lapidis calcarii leucophaei, in ecclesiola deserta vici *Smixi*, ubi fuit Hyampolis. Inferiorem partem a v. 6 ed. E. Curtius Anecdota Delphica p. 73 n. 38, totum titulum P. Paris Bull. de corr. Hell. XVIII (1894) p. 54 n. 2. Ex Lollingii apographo W. Dittenberger I. G. Sept. III, 86.

[Ἄρχον]τος ἐν Ὑαμπόλι Σωτήρου | . . . . . ς, μηνὸς ὀγδόου, Βου-
βαστίοις[1], | Ζ[ωσί]μα Ζωσᾶ ἀφί(η)τι[2] τὰν ἰδίαν δού|λαν Ἰσό-
5 χρυσον ἐλευθέραν ἀπὸ τᾶς σά||μερον ἁμέρας, παρόντος Ἐπικτήτου
⟨του⟩ | τοῦ Σωσικράτους τοῦ ἱερέως τοῦ Σαράπιδος | καὶ τῆς
Εἴσιδος, ἐνώπιον τῶν προγεγραμ|μένων θεῶν[3] καὶ τοῦ Σεβαστοῦ
10 Τραγιαν[οῦ][4] | Καίσαρος Γερμανικοῦ, μηθενὶ μηδὲν πο||θήκουσαν,
παραμείνασαν αὐτῇ τὸν τῆς ζοῆς | χρόνον ἀνεγκλήτως. ε[ὔ]χομ[αι]
(δὲ) παντὶ κρι|τῇ καὶ παντὶ δικαιοδότῃ φυλάξαι μου τὴν |
βούλησιν. εἰ δέ τις τοῦ προγεγραμμένου σώ|ματος ἐ[φά]ψοιτο,
15 ἀποτεισάτω τοῖς προγε||γραμμένοις θεοῖς ἀργυρίου μνᾶς τριάκοντα, |

Litterae ΑΖΘ(v. 15 Θ)ΞΠΣ et semel v. 1 Ω, praeterea Ω. Traiani imperatoris nomen (v. 8) intra annorum 98—117 p. Chr. spatium haec incisa arguit. 1 Eiusdem festi mentio fit in nobilissimo Ptolemaei III Euergetae decreto Canopio (ed. R. Lepsius, Berolini 1866) v. 37 sqq. τοῦ Παῦνὶ μηνός, ἐν ᾧ καὶ τὰ μικρὰ Βουβάστια καὶ τὰ μεγάλα Βουβάστια ἄγεται καὶ ἡ συναγωγὴ τῶν καρπῶν καὶ ἡ τοῦ ποταμοῦ ἀνάβασις γίνεται. Dicitur ibi manifesto de antiquo illo anno mobili Aegyptiorum; sed ea quidem quae de fructibus et de Nilo flumine dicuntur necessario ita intellegenda sunt, per illius decreti potissimum tempus haec cum solis cursu necessario conexa in illum fastorum civilium mensem incidisse; quod contra Bubastiorum sacra ut omnes ferias quotannis eodem mense anni illius mobilis acta esse certissimum est. Iam initio principatus Traiani mensis Payni a vigesimo quinto Aprilis die incipiebat, finiebatur vigesimo quarto die mensis Mai; postremo vero eiusdem imperii anno ab vigesimo Aprilis ad undevigesimum Maii diem pertinebat. (Cf. Ideler Handbuch der mathematischen und technischen Chronologie I p. 102 sqq., cuius regulam in computando secutus sum). Qua cum re perbene convenit, quod hic Traiani aetate Bubastia Elateae peragi videmus octavo Phocensium mense. Nam eum respondere fastorum Atticorum Thargelioni, Iulianorum Maio constat. Cf. E. Bischoff De fastis Graecorum antiquioribus, Leipziger Studien VII p. 354 sqq. 412. 2 ΑΦΙΕΤΙ. 3 Cf. n. 837, 2 cum not. 3. 4 Eandem scripturam in papyris Aegyptiacis nonnunquam inveniri monuit G. Meyer Gr. Gramm.[3] p. 295, qui eam non inepte indicio esse opinatur, hodiernam litterae γ pronuntiationem iam tum initium cepisse. Utique ad eandem causam referendus est contrarius error error ὀλίος, ὀλιωρεῖν (n. 163[11]. K. Meisterhans Gramm. der att. Inschr. ed. 2 p. 59 not. 529).

καὶ τὸ μὲν ἥμισον ἔστω τῶν προγεγραμμέ|νων θεῶν, τὸ δὲ ἥμισον τοῦ προστάντος αὐτᾶς. | ἐξέστω δὲ προστῆναι τῷ θέλοντι. μάρ|τυρες οἱ θεοί.

---

844 Marmor album, Amphissae (*Sálona*) in domo privata ad radices castelli. Ed. P. Perdrizet Bull. de corr. Hell. XIX (1895) p. 385 n. 1 (I. G. Sept. III, 1066). In altero lapidis latere simile manumissionis documentum I. G. Sept. III, 318.

[Θεὸς τύ]χαν[1] ἀγαθάν. [Ἄρχοντο]ς ἐν Ἀ[μφίσ]|σᾳ Φιλλίδα τοῦ Ζωπύρου θέσει, φύσει δὲ Ξενάνθου, μην[ὸς] | Ἀμῶνος[2], θεο-
5 κολέοντος δὲ τῷ Ἀσκλαπιῷ τῷ ἐν Ἀμφί[σσ]|ᾳ Ἀρχία τοῦ Θεο-δώρου, χειρόγραφον Νικία τοῦ Νικία Ἀμφι[σσέ]‖ος ὑπὲρ Σωσίχαν Ζωσᾶ παροῦσαν καὶ κελεύουσαν ὑπὲρ α[ὐτά|ν] γράψαι, ἐπεὶ ἔλεγεν αὐτὰ γράμματα μὴ εἰδέναι[3]· ἀπέδοτ[ο | Σω]σίχα Ζωσᾶ Ἀμφισσὶς τῷ Ἀσκλαπιῷ τῷ ἐν Ἀμφίσσᾳ σῶμα οἰκ[ογε|ν]ές, ᾗ ὄνομα Νικοστράτα, δοῦσαν Ὀ[ν]ασιφόρῳ Νίκωνος παιδία δύο [εἴτε | ἐ]ξ ἀθῆς[4] εἴτε ἀγοράσασα[5] μὴ ἔλασσον τῶν δύο. παρα-
10 μεινάτω [δὲ Νι‖κ]οστράτα Σωσίχᾳ Ζωσᾶ τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον πάντ[α, ποιοῦσα | τ]ὸ ἐπιτασσόμενον πᾶν ἀνεπικωλύτως. ἔστω δὲ [Νικοσ|τρά]τ[α μετ]ὰ τὸν θάνατον Σωσίχας ἐλευθέρα κα[ὶ ἀνέφ|απτος, μη]δενὶ ποθήκουσα μηδὲν κατὰ μηδένα [τρόπον, |
15 καθὼς ἐπίστ]ευσε τὰν ὠνὰν τῷ θεῷ. τὰν ὠνὰν [φυλάσσει ‖ ὁ θεοκόλος] Ἀρχίας, τὸ δὲ ἀντίγραφον αὐτᾶς -----|-----· καθέ-σταχε δὲ καὶ βεβαιωτῆρα Κα[---|---- Κα]λλιξένου. μάρτυρες οἱ αὐτ[οί[6]. χειρόγραφον[7] Κα----|--- Ἀ]μφισσέ[ος· γέγ]ονα

866 Lapis inventus Calymnae in ecclesiola τῆς ὑπακουῆς. Ed. M. Dubois Bull. de corr. Hell. VIII (1884) p. 44 n. IV (P. Müllensiefen et F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III p. 327 n. 3601).

[Ἐ]πὶ μ(ονάρχου)[1] Διογένου, μηνὸς Πεταγειτνίου[2] κ(α)΄[3], Στεφανὼ Ἐπι[κτ]ήτου | [ἡ]λευθέρωσεν τὰ ἴδια θρεμμάτια Ἁλίειαν καὶ Πρωτίωνα καὶ | [ἀ]πέλυσεν τῶν ἀπελευθερικῶν δικαίων[4].

Litterae ΑΑΘΠΓ. 1 Cf. n. 865[1]. 2 Cf. n. 865[2]. 3 ΚΛ lapis, quod editores Κλ(αυδία) esse sibi persuaserunt. Emendavi, cum quia nullum praeterea nomen gentile Romanum per compendium scriptum in his omnibus titulis invenitur, tum quia multo frequentius hic additur diei numerus (n. 864, 3. 13. 867, 2. 868, 1. 4. 7. 17. Etiam 869, 1 post μη(νὸς) Ὑακιν[θίου diei notam intercidisse apparet ex v. 14 τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ), quam omittitur (n. 865, 7. 868,20). 4 Cf. n. 867[4].

867 Lapis calcarius, qui quondam partem muri efficiebat, inventus Calymnae in templo Apollinis, exstat in museo Britannico. Ed. C. T. Newton Greek inscriptions in the British Museum II p. 94 n. CCCVII.

Ἐπὶ μο(νάρχου)[1] Κλωδιανοῦ, | μηνὸς Ἀλσείου[2] γ΄, Θε|ο-
5 δότη Ἀντιόχου[3] ἡ|λευθέρωσεν τὴν ἰδί||αν θρεπτὴν Δημώ, | ἐφ᾽
ᾧτε παραμενεῖ | τοῖς θρέψασιν τὸν τᾶς | ζωᾶς χρόνον, μετὰ |
10 δὲ τὸν θάνατον αὐ||τῆς οὐδενὸς ἔσται | ἀπελευθέρα[4].

Litterae volgares praeter ΖΘΠΓ. 1 Μ̊. De hoc magistratu eponymo cf. n. 865[1]. 2 Cf. n. 614[6]. 3 Memorabile est, Calymnae ut Delphis mulieri licuisse servos manumittere sine consensu et auctoritate tutoris (κυρίου). N. 4 Ex legibus Calymniorum (κατὰ τοὺς ἀπελευθερωτικοὺς νόμους n. 864, 15. 868, 2. 19. 869, 16) defuncto patrono officia libertinorum eadem mansisse videntur, ita ut patroni ius atque honos ad illius heredes, quicunque ei erant, transiret. Sed id ipsis manumissionis conditionibus mutari poterat; aut igitur constituebatur ut nemo heres in patroni iura succederet nisi liberi germani eius qui manu miserat (n. 868, 6), aut, ut hic et n. 868, 22. 869, 7, ut defuncto patrono iam omni clientelae nexu solveretur libertinus. Aut adeo dominus ipse simul cum manumissione statim omni patroni iure se abdicat; neque enim quicquam aliud significare possunt verba ἀπέλυσεν τῶν ἀπελευθερικῶν δικαίων n. 866, 3. ἀπολελυμένον τῶν ἀπελευθερωτικῶν δικαίων n. 868, 9.

868 Basis marmoris albi cum vestigiis pedum statuae inventa Calymnae in templo Apollinis, exstat in museo Britannico. Ed. C. T. Newton Greek inscriptions of the British Museum II p. 92

n. CCCVI. Manumissionem IV (v. 12—16) repetiverunt P. Müllensiefen et F. Bechtel Gr. Dialektinschriften III p. 327 n. 3600.

I Ἐπὶ μο(νάρχου)[1] Φλαουίου Κλωδιανοῦ, [μηνὸς ------]κ', Ζώπυρος | Γιλλίωνος ἠλευθέρωσεν τὸν ἴδιον θρεπτὸν Εὔοδον κατὰ | τοὺς ἀπελευθερωτικοὺς νόμους.

II Ἐπὶ μο(νάρχου) τοῦ Ἀσκληπιοῦ[2] τὸ γ', μη(νὸς) Ὑακιν-
5 θίου[3] ια', Ἀπολλωνίδης Εἰσιδότου ἠλευθέρωσεν ‖ τὸν ἴδιον θρεπτὸν Μιννίωνα, ἐφ' ᾧτε παραμενεῖ τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον αὐτῷ τε καὶ τῇ | θρεψάσῃ αὐτοῦ Παρθενίδι, μένων ἀπελεύθερος τῶν ἐκ φύσεως αὐτῶν τέκνων μό|νων[4].

III Ἐπὶ μο(νάρχου) Κλωδιανοῦ, μ(ηνὸς) Πεταγειτνίου[5] ι', Διόφαντος β' | τοῦ Δ(ιοφάντου) ἠλευθέρωσεν παιδίον Ἀγαθό-
10 ποδα, ἀπολελυμένον ‖ τῶν ἀπελ[ε]υθερωτικῶν δικαίων[6]· παραμενεῖ δὲ τῇ φύσει μη|τρὶ Ἄκτῃ τὸν τᾶς ζωᾶς αὐτῆς χρόνον, ἢ ἀποδώσει αὐτῇ δην(άρια) τ'.

IV Ἐπὶ στεφαναφόρου[7] Ἀρισταίου τοίδε | ἀνεκαρύχθησαν ἐπ' ἐλευθερίᾳ· | Ἀπολλωνία ὑπὸ Κρατίδα καὶ Ἱππίχης, παρα‖-
15 μ(ε)ίνασα ἀνφοτέροις μέχρι ζωᾶς, | Ἀγάθων ὑπὸ Εὐν[ί]ωνος καὶ Εὐνίωνος.

V Ἐπὶ μο(νάρχου) Κλωδιανοῦ, μηνὸς Τιβερίου[8] ζ', Χαρμέας Ἰσιδό|του ἠλευθέρωσεν τὰ ἴδια θρεμμάτια Εὐπλέαν[9] καὶ | Εὐοδίαν κατὰ τοὺς ἀπελευθερωτικοὺς νόμους.

VI 20 Ἐπὶ μο(νάρχου Κλωδιανοῦ, μηνὸς Καίσαρος Σεβ(αστοῦ)[10], |

Litterae ΖΘΠΕ. 1 M̊ hic et ubique per totum titulum. Cf. n. 865[1]. 2 Ipsi deo honoris causa summus magistratus mandatur, id quod in civitatibus Graecis principatus aetate satis frequens est. 3 Cf. n. 614, 2. 24. 4 Cf. n. 867[4]. 5 Cf. n. 866[2]. 6 Cf. n. 867[4]. 7 Cf. n. 864[1]. 8 Hunc mensem itemque eum qui v. 20 est Καῖσαρ Σεβαστός Tiberio, aut id quod magis probabile est, Claudio imperante demum institutum esse apparet. Cave tamen existimes tum Coi et Calymnae idem factum esse quod de Cypriorum fastis plane constat, ut omnes anni menses nova nomina acciperent a nominibus et dignitatum vocabulis, quibus princeps utebatur, derivata. Nam eodem etiamtum anno antiqua nomina Ἀλσεῖος (n. 867, 1), Ὑακίνθιος, Πεταγείτνιος (n. 868, 4. 7) occurrunt. Quare nescio an illi satis habuerint a principalibus imperatoris nominibus tres menses nominibus Τιβέριος, [Κλαύδιος], Καῖσαρ Σεβαστός appellare. Sed in quorum potissimum antiquorum nominum loca haec successerint explorari nequit. 9 Nomen mirum, fortasse prava pronuntiandi consuetudine ex Εὔπλοια corruptum. 10 Cf. not. 8.

Μηνόδοτος Ἀσφαλέους ἠλευθέρωσεν τὴν | ἰδίαν ἀμμὰν[11] Ζωσίμην ἐφ' ᾧτε ἔσται [ἀπε]|λευθέρα αὐτοῦ ⟨του⟩[12] μόνου[13].

11 Cf. Etym. M. 84, 22 ἀμμά· ἡ τροφὸς καὶ ἡ μήτηρ, καθ' ὑποκόρισμα. Quam vocem etiam C. I. G. 8979, 1 in titulo Christiano occurrere monet N. Quo minus perspicitur, cur ἀμμάν malit ad ἀμμάς (Hesych. s. v.) referre, cuius accusativum tamen ἀμμάδα esse debere manifestum est. Origine et vi sane inter haec duo vocabula non multum discriminis intercedit. Hic nutricem, non matrem intellegi manifestum est. 12 Syllabam lapicidae incuria repetitam esse perspexit N. 13 Cf. n. 867[4].

---

869 Lapis calcarius qui videtur olim partem muri alicuius effecisse, inventus Calymnae in templo Apollinis, exstat in museo Britannico. Ed. C. T. Newton Greek inscriptions in the British Museum II p. 94 n. CCCVIII.

I Ἐπὶ μ(ονάρχου)[1] τοῦ Ἀσκληπ[ιοῦ][2] τὸ γ', μη(νὸς) Ὑακιν[θίου . .[3], Ἀσφα]|λῆς καὶ Μηνόδοτος ἠλευθέρωσαν τὴ[ν ἰδίαν θρε]|πτὴν Μοναρχίαν, ἐφ' ὥιτε παραμενεῖ [Ἀσφαλῆι] | τὸν τᾶς
5 ζωᾶς αὐτοῦ χρόνον· ἐὰν δὲ μὴ [παραμείνῃ,[4]] ‖ ἀποδώσει ἑκάστης ἡμέρας ἀσσάρι(α) δ'[5]. [θρέψει δὲ[6]] | καὶ τοῖς Μηνοδότου παιδίοις θρ[έμμα διε]|τὲς[7] ἄρρεν[8], ἢ δην(άρια) ν'[9], μετὰ δὲ τὸν Ἀσ[φαλέους] | θάνατον οὐδενὸς ἔσται ἀπελευθέ[ρα][10].

II Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μο(νάρχου) τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, Μ[ηνόδοτος] ‖
10 Ἀσφαλέους ἠλευθέρωσεν τὸν ἴδιον θ[ρεπτὸν] | Ἐπαφρόδειτον κατὰ τοὺς ἀπελευθερωτ[ικοὺς νό]|μους· θρέψει δὲ καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ Ἀσφ[αλῆ καὶ] | Νουμηνίῳ ἑκάστῳ θρέμμα ἄρρεν, | ἢ ἑκάστῳ αὐτῶν ἀνὰ δην(άρια) ν'[11].

Litterae ΖΘΠΣ. 1 Μ̄. Cf. n. 865[1]. 2 Cf. n. 868[2]. 3 Cf. n. 868[3]. 4 Supplevi. Et hic et v. 5 in fine nihil addidit N., cum tamen ex positura litterarum appareat, hos versus a dextra non minus mutilatos esse quam reliquos omnes. 5 ΑΕΕΑΡΙΔ̄. 6 Supplevi. Cf. not. 4. 7 Supplevi; θρέ[ψαν]|τες N. 8 Cf. n. 865, 14. 869, 12. 9 Zeugmate satis duro haec verbo θρέψει subiunguntur, tanquam si supra δώσει potius scriptum fuisset. Noli tamen propterea de supplementis meis dubitare; nam infra v. 17—19 eandem habes structuram. 10 Cf. n. 867[4]. 11 Cf. not. 9.

870 Stela lapidis vulgaris inventa inter rudera Itani Cretae. (*Erimopoli*), delata in vicinum promunturium *Capo Sidero*, ubi liminis superioris vice fungitur in casa exstructa iuxta pharum. Ed. F. Halbherr Museo Italiano di antichità classica III p. 585 n. 4.

Πάτρων Διὶ | Ἐπ[ο]ψί[ω]ι | ἀνέ[θ]ηκε. | τροπα[ὶ] χει||μεριναί. | εἴ
τινι τού|των: ἐπιμε|λές: κατὰ | τὴν: χοι||ράδα: τὴν | μικρὰν |
καὶ τὴν στή|λην[1]: ὁ ἥλιος | τρέπεται.

Litterae Ionicae volgares non dispositae στοιχηδόν; Ο et Ω reliquis minores. 1 Stelae altitudo et positura ea erat, ut ipso brumae die linea per eius et saxi exigui ex sinu maris prominentis summum locum ducta solem tangeret. Similiter institutum fuisse heliotropium Metonis, nisi quod rupis illius Itaniae locum hic altera stela tenuisset, collegit H. ex locis scholiastae in Aristoph. Av. 997 φησὶ δὲ Καλλίστρατος ἐν Κολωνῷ ἀνάθημά τι εἶναι αὐτοῦ (Metonis) ἀστρολογικόν et Aeliani Var. hist. X, 7 ὅτι Μέτων ὁ Λευκονοεὺς ἀστρολόγος ἀνέστησε στήλας καὶ τὰς τοῦ ἡλίου τροπὰς κατεγράψατο.

871 Lapis inventus Smyrnae anno 1833 cum fundamenta domus patriarchae iacerentur. Edd. Bailie Inscr. Gr. II p. 115 n. CXL. Ex Borellii apographo Lebas Inscr. III, 4.

-----η------- | τοὺς πολλοὺς κωλύουσι[1] κοι|νωνεῖν τῆς πορ-
θμείας, πρὸς | δὲ τούτοις ἀντὶ δύο ὀβολῶν[2] || δύο ἀσσάρια[3]
πεποιήκασι τὸν | ναῦλον, δι' αὐτὸ τοῦτο καὶ συν|εστηκότες καὶ
κωλύοντες | τὸν βουλόμενον πορθμεύειν, | ὅπως ἐπάναγκες αὐ-
τοῖς οἱ δ[εό]||μενοι τῆς πορθμείας χρῶν|ται, ὁμοίως δὲ καὶ περὶ
τὰς ἄλ|λας πορθμείας κακουργοῦσι κα|τὰ ταὐτά· ἔδοξε τῆι βου-
λῆι καὶ | τῶι δήμωι[4], καθὰ εἰσηγήσαντο ||------, ------.

Litterae ΘΞΠΠΣ. 1 Etsi subiectum periit, tamen nulla ex parte dubium est quin de societate quadam hominum opulentissimorum dicatur, qui variis machinationibus efficiebant, ne quisquam praeter ipsos navibus homines et onera ab oppido Smyrna in oppositam sinus oram qua Hermus influit traicerent et vice versa. 2 Cistophorus, quae tum fuit per Asiam minorem moneta legitima, pro tetradrachmo habebatur, ut duo oboli sint cistophori pars duodecima, denarii Romani quarta. Cf. F. Hultsch Gr. u. Röm. Metrologie 2 p. 580 sq. 3 Haec est octava denarii pars. Dimidia igitur parte pristini pretii (not. 2) vehebant, scilicet ne quis alius cum lucro in eodem negotio versari posset. 4 Quid decreverint non constat.

Similis argumenti est decretum Myrensium C. I. G. III Add. p. 1136 n. 4302 a (Lebas-Waddington III 1311), sed diversi tamen consilii. Nam hic ne quaestu navigationis ab una ditissimorum hominum societate arceantur reliqui cavetur, illic vice versa, ne parum lucri ex navigatione locanda capiat respublica, interdicitur ne quis praeter conductores huic rei operam det. Cf. v. 5 sqq.: ἐπεὶ διὰ τὸ μὴ ἐξευρίσκειν τὴν ἐπὶ Λίμυρα πορθμικὴν ὠνὴν τὴν ἀξίαν συμβαίνει ἐ[λα]σσοῦσθαι τὰς προσόδους, μὴ ἐξεῖναι ἕτερον παραπορθμεῦσαι μηδὲν — ἢ ὀφειλήσει τῷ δήμῳ ὑπὲρ ἑκάστου πλοὸς ✱ α′.

---

872 Sepulcrum, Hierapoli Phrygiae in septentrionali necropoli, prope porticum. Ed. Marm. Oxon. p. CLXXIV. Spon. Itin. T. III P. I p. 151. Meletius Geogr. vet. et nov. p. 457 (J. Franz C. I. G. 3920). Minusculis W. Judeich Alterthümer von Hierapolis IV p. 92 n. 51.

Φλάουιος Ζεῦξις ἐργαστής[1], | πλεύσας ὑπὲρ Μαλέαν εἰς Ἰ|ταλίαν
5 πλόας[2] ἑβδομήκοντα | δύο, κατεσκεύασεν τὸ μνημεῖ‖ον ἑαυτῷ καὶ τοῖς τέκνοις Φλα|ουίῳ Θεοδώρῳ καὶ Φλαουίῳ | Θευδᾷ καὶ ᾧ ἂν ἐκεῖνοι | συνχωρήσωσιν.

Litterae volgares praeter ΘΠΞΣ, si antiquioribus apographis fidem habere licet. 1 Negotiator. Sic haud raro οἱ ἐργαζόμενοι dicuntur negotiatores Romani qui in oppido aliquo consistunt. Fr. 2 De nominibus νοῦς et πλοῦς recentiore aetate tertiam declinationem sequentibus cf. Kühner-Blass Ausf. Gramm. der gr. Spr. I, 1 p. 516 not. 5. ὑπὲρ ἑκάστου πλοὸς est in titulo Myrensi quem attuli n. 871[4].

---

873 Titulus Smyrnaeus. Ex schedis Graeci cuiusdam minusculis litteris ed. Jac. Gronovius Mem. Cosson. p. 145, 19 (Boeckh C. I. G. 3154).

Ἀγαθῇ τύχῃ. ἡ συνεργασία[1] τῶν ἀργυροκόπων καὶ | χρυσοχόων Ἀθηνᾶν ἐπισκευάσασα ἀποκατέστησε | τῇ πατρίδι, στρατηγοῦντος τῶν ὅπλων Λ(ουκίου) Οὐτνικίου.

---

1 Cf. Alterthümer von Hierapolis IV p. 87 n. 42,5 sqq. ἡ σεμνοτάτη ἐργα|σία τῶν πορφυροβάφων. p. 142 n. 227 *b*, 1 κατέλειψα δὲ καὶ τῷ συνεδρίῳ τῆς προεδρίας τῶν πορφυροβάφων ✱ τρισχίλια. v. 7 τῆς ἐργασίας τῆς θρεμματικῆς. p. 92 n. 50: τοῦτο τὸ ἡρῷον στεφανοῖ ἡ ἐργασία τῶν βαφέων.

---

874 Cippus marmoreus in regione Sunii (*Kypriani*) inventus. Ed. A. Milchhoefer Mitth. des arch. Inst. in Athen XII (1887) p. 301 (Koehler C. I. A. IV, 2 p. 244 n. 1078*b*). Cf. quae adnotavit F. Bechtel ap. Bezzenberger, Beiträge zur Kunde der indog. Spr. XXIII p. 99.

[Δ]ρωπίδης[1] κατέλαβε | [ἀ]νασάξιμον[2] | μέταλλον | Ἀφιδ(ν)αῖος[3].

Litterae volgares Ionicae non dispositae στοιχηδόν. Inter v. 1 et 2 spatium unius versus. 1 Cum Koe. [Κ]ρωπίδης legisset, nomen Atticum antiquum restituit B. 2 Hanc vocem etiam in laterculis (διαγραφαῖς) metallorum venditorum C. I. Att. II, 780, 13. 20. 781, 4. 10. 14 occurrentem optime explanavit Boeckh C. I. G. I p. 289. Metalla derelicta scoria atque egerie compleri solebant, quod significat σάττειν, ἀποσάττειν. Quod si illa de integro exercere cuipiam placuerat, ante omnia illa rursus exportanda erant; id sibi vult ἀνασάττειν. 3 ΜΛΙΟΣ.

875 Cippus non laevigatus lapidis subcaerulei, inventus in valle Botzaris prope Laurium. Ed. Bourguet Bull. de corr. Hell. XVIII (1894) p. 532 (Koehler C. I. A. IV, 2 p. 307 n. 1078*e*).

5 Φιλημ|ονιακ|ὸν[1] μέ|ταλλον· ‖ ὠνητὴς | Πολ(ύ)μηλ|ος[2] Λαμ(π)-τρε|ύς.

Litterae Ionicae volgares praeter Π, non dispositae στοιχηδόν. 1 In laterculis metallorum quae venierunt (n. 874[2]) multa huiusmodi cognomina inveniuntur, sed ea paene omnia a deorum nominibus derivantur: Ἀθηναιικόν, Ἀπολλωνιακόν, Ἀρτεμισιακόν, Ἀφροδισιακόν, Δημητριακόν, Ἑρμαιικόν, Ποσειδωνιακόν. Quod contra si quando a prioris possessoris nomine repetitur appellatio, aliam terminationem habet; cf. C. I. Att. II 780, 11 τὸ Διφίλειον καλούμενον. 781, 13 Λευκίππειον. At hoc discrimen aliquando neglectum esse praeter hunc ipsum cippum comprobat Κτησιακόν 782, 8, quod sine dubio a Ctesia quodam Atheniensi potius quam ab Iovis cognomine derivandum est, praesertim cum reliquis omnibus non ἐπικλήσεις, sed propria deorum dearumque nomina originem praebuerint. 2 ΠΟΛΙΜΗΛ|ΟΣ.

876 Lapis exiguus cunei figura inventus in arce Athenarum. Ed. H. Lechat Bull. de corr. Hell. XII (1888) p. 336. P. Cavvadias Δελτίον ἀρχαιολογικὸν 1888 p. 45. P. Wolters Mitth. des arch. Inst. in Athen XIII (1888) p. 110 (Kirchhoff C. I. A. IV, 1, 3 p. 191 n. 561).

5 Λυσίθ|εος: Μικί|ωνα[1] φιλ[ε̃]|ν[2] φεσι μά||λισστα | τῶν[3] ἐν | τε̃ι
10 πό|λει· ἀν|δρεῖος || γάρ ἐστ|ι.

Litterae Ionicae volgares praeter AA (Sic Lech., cum Wo. constanter A exhibeat) ⋀ (sic W., N L.) Ρ (L., P W.) V (W., Y L.) Φ. ὦ μέγα -O- esse testatur W. Praeterea Lech. ΘO reliquis litteris minores exhibet, W. non item. Quinto a. Chr. n. saeculo vindicare litteratura Ionica neutiquam vetat, antiquiores vero quarundam litterarum formae cogunt. 1 MI⋀I L.; W. tertiam litteram integram exhibet. 2 ΦIΛI|⋀. 3 TON Lech., cum W. litteram non plane quidem certam esse, sed multo probabilius tamen Ω quam O haberi dicat.

---

877 Lapis a tribus partibus inscriptus (in fronte hic titulus, in latere dextro n. 878, in parte aversa exiguae scripturae reliquiae), inventus Iulide (*Tzia*), exstat Athenis in museo. Edd. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 3527. Multo plenius et accuratius Koehler Mitth. des arch. Inst. in Athen I (1876) p. 139 sqq. (Roehl I. G. A. 395*a*. Syll.[1] 468. R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscr. jur. Gr. p. 10 n. ΙΙΑ. F. Bechtel Inschr. des ion. Dial. p. 45 n. 43. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 p. 337 n. 530*A*. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 302 n. 398*A*). Ectypum chartaceum misit A. Wilhelm. Cf. quae adnotavit St. N. Dragumis Mitth. des arch. Inst. in Athen X (1885) p. 172.

Οἵδε νό[μ]οι περὶ τῶγ κατ[α]φθι[μέ]νω[ν[1]· κατὰ | τά]δε θά[πτ]εν
τὸν θανόντα[2]· ἐν ἐμ[ατ]ίο[ις τρ|ι]σὶ[3] λευκοῖς, στρώματι καὶ ἐν-

Litterae volgares Ionicae στοιχηδὸν dispositae summa diligentia, nisi quod v. 15 AIN duarum modo litterarum spatium tenent. Versus 17 in rasura rescriptus multo arctiorem litterarum collocationem habet. De memorabili vocalem *e* productam significandi ratione, ex qua H scribitur ubi Ionicae vocali alpha reliquarum dialectorum respondet, E ubi eta in omnibus dialectis constanter servatur, disputavi Hermae XV p. 225 sqq. Ceterum tam multae litterae ex parte evanidae sunt, ut non putaverim singillatim indicandum esse ubi ΛΕΟ pro ΑΕΘ exstaret. Tituli originem non magno intervallo ab a 420 a. Chr. abesse collegit Becht. ex dativo ταύταις v. 27. Qui cum nullo modo aliunde atque ex Attica dialecto in hunc titulum pervenisse potuerit, apud ipsos Athenienses non ante finem belli Archidamii usitata erat. 1 Non nova lex rogatur, sed quae iam pridem fuerat lapidi inscribitur et publice proponitur. Aliter enim similem formulam atque est 878, 1 sqq. sine dubio etiam hic haberemus. K. 2 Incipit ex ab exsequiis; quae antea fieri solebat πρόθεσις, de ea quia intra domum

5 δόματι [καὶ | ἐ]πιβλέματι — ἐξῆναι δὲ καὶ ἐν ἐλ[ά]σ[σ]οσ[ι — μ||ὲ]
πλέονος ἀξίοις τοῖς τρισὶ ἑκ[ατὸ]ν δ[ρα|χ]μέων. ἐχφέρεν δὲ ἐγ
κλίνηι σφ[ε]νό[ποδι[4] κ]|αὶ μὲ καλύπτεν[5], τὰ δ'[6] ὁλ[ο]σχερ[έα] τοῖ[ς
έματ]|ίοις. φέρεν δὲ οἶνον ἐπὶ τὸ σῆ[μ]α [μ]ὲ [πλέον] | τριῶν χῶν
10 καὶ ἔλαιον μὲ πλ[έ]ο[ν] έ[ν]ό[ς, τὰ δὲ || ἀγ]γεῖα ἀποφέρεσθαι. τὸν
θανό[ν]τα [δὲ φέρεν | κ]ατακεκαλυμμένον[7] σιωπῆι μέ[χ]ρι [ἐπὶ τὸ
| σ]ῆμα. προσφαγίωι [χ]ρῆσθ[αι κ]ατὰ [τ]ὰ π[άτρι|α[8]· τ]ὴγ κλί-
νην ἀπὸ το[ῦ] σ[ήμ]α[τ]ο[ς κ[αὶ [τ]ὰ σ[τρώ|μ]ατα ἐσφέρεν ἐνδόσε.
15 τῆι δὲ ὑστεραί[ηι δι||α]ρραίνεν τὴν οἰκίην [ἐ]λεό[θ]ερον θαλ[άσση|ι][9]
πρῶτον, ἔπειτα [άλ]υ[κ]ωτ[ῶι ὄ[ξε]ϊ[10], τη[λοῦ στ|ά]ντα· ἐπὴν δὲ
διαρανθῆι, καθαρὴν ἔναι τὴν οἰκίην, καὶ θύη θύεν ἐφ[ίστια]. |
τὰς γυναῖκας τὰς [ἰ]ούσ[α]ς [ἐ]πὶ τὸ κῆδ[ος | ἀ]πιέναι προτέρας
20 τῶν . . ἀνδρῶν[11] ἀπὸ [τοῦ || σ]ήματος. ἐπὶ τῶι θανόντι τριηκόσ[τια

---

fiebat, publica civitatis lege omnino non cautum fuisse coniecit K. 3 Cf. Plut. Sol. 21 ἐναγίζειν δὲ βοῦν οὐκ εἴασεν (ὁ Σόλων), οὐδὲ συντιθέναι πλέον ἱματίων τριῶν. K. 4 Feretrum pedibus cuneiformibus (cf. σφηνοπώγων). 5 Interdicitur ne feretrum ipsum operiatur veste stragula; immo una cum corpore defuncti tribus illis vestibus tegendum est. K. 6 καὶ μὴ καλύπτεν τάδ' ὁλ[ο]σχερ[έα] Pottier Etudes sur les lécythes blancs p. 13, quem sequuntur editores inscr. iur. Sed id ταῦτα vel αὐτὰ esse debebat. 7 Eadem de causa hoc fieri, propter quam Solonis lex iussisset ante solis ortum mortuos efferri (Dem. XLIII, 62: ἐκφέρειν δὲ τὸν ἀποθανόντα τῇ ὑστεραίᾳ ᾗ ἂν προθῶνται, πρὶν ἥλιον ἐξέχειν), nempe ne solis lux aspectu mortui inquinaretur, monuit K. 8 Athenienses Solonis lege in funeribus bovem immolare vetabantur (cf. not. 3). Fortasse ea ipsa de causa, quia alibi talibus sacrificiis interdictum erat, definite in lege Iulietarum scriptum est ut ea ex more maiorum fierent. K. 9 Supplevit Roehl. Aqua marina in lustrationibus usos esse veteres multis testimoniis comprobatur. Cf. Eurip. Iphig. Taur. 1167 θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά. Koehler θαλ[λοῖ|σ]ι, de lauri ramis interpretatus (cf. Theocriti locum not. 10 allatum). Contra quem Becht. monuit, dativos plur. nominum in ο-ς et ο-ν hic omnes in -οις cadere. 10 Supplevit Roehl. Aqua sale permixta in lustrationibus commemoratur a Theocrito (XXIV, 94 sqq.: καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θεείῳ πρᾶτον, ἔπειτα δ' ἅλεσσι μεμιγμένον, ὡς νενόμισται, θαλλῷ ἐπιρραίνειν ἐστεμμένον ἀβλαβὲς ὕδωρ) et alibi; [α]ἴθοπι [ο]ἴνῳ καὶ πολιῷ [πε]λάγει Kaibel Epigr. Gr. 1034, 28. 29. R. Concedendum sane est ἀλυκωτός sine exemplo esse, quamquam recte derivatum. Quod Dragum. reposuit πρῶτον, ἔπειτα δ[ὲ] ὑ[σσ]ώ[πωι] ο . . ιτη, minus probabile mihi quidem videtur, praesertim quia flagitat, ut antea θαλλοῖσι suppleatur, quod cur ferri nequiret indicavi not. 9. 11 [ἀν]άνδρων Roehl dubitans ipse. Videntur duae litterae errore repetitae et ab ipso lapicida rursus deletae esse. Cf. Dem. XLIII, 62: βαδίζειν δὲ τοὺς ἄνδρας πρόσθεν, ὅταν ἐκφέρωνται, τὰς δὲ γυναῖκας ὄπισθεν. K.

μὲ | π]οιεῖν[12]. μὲ ὑποτιθέναι κύλικα ὑπὸ τ[ῆγ κλί|ν]ην, μεδὲ τὸ
ὕδωρ ἐκχῆν, μεδὲ τὰ καλλύ[σμα]|τα[13] φέρεν ἐπὶ τὸ σῆμα[14] ὅπου
ἂν [θ]άνηι, ἐ[πὴν ἐ]|ξενιχθῆι, μὲ ἰέναι γυναῖκας π[ρὸ]ς τ[ὴν
25 οἰ]||κίην ἄλλας ἢ τὰς μιαινομένας[15]· [μ]ια[ίνεσθ|α]ι δὲ μητέρα
καὶ γυναῖκα καὶ ἀδε[λφεὰς κ|α]ὶ [θ]υγατέρας, πρ[ὸ]ς δὲ ταύτ[α]ις
μὲ [πλέον π|έ]ντε γυναικῶν, παῖδας δὲ[16] [δύο, θ]υγ[ατέρας |
30 ἀ]νεψιῶν[17], ἄλλον δὲ μ[ε]δ[έν]α. [τ]οὺς [μ]ια[ινομέ||νους][18] λου-
σαμένο[υς] π[ερὶ πάντα τὸν χρῶτα | ὕδατ]ος [χ]ύσι κα[θαρ]οὺς
ἦναι[19] ε . . . . . | . . . . . η . νυ . . . . τ . . . . | . . . . . .
τ-------

---

12 Cf. Schoemann ad Isaeum p. 219, qui demonstravit, Athenis sacra facta tertio (τρίτα), nono (ἔνατα), trigesimo (τριακάς, τριακάδες) die post funus (non post mortem). Iulide haec fieri vetantur, illa duo sine dubio ibi non minus fiebant quam Athenis. K. 13 Supplevit Koe. καλλύσματα vocabulo Hesychius utitur in interpretanda voce σάρματα (purgamenta). K. 14 Ad superstitiosas quasdam caerimonias ceteroquin ignotas haec spectare probabiliter coniecit Koehler. De προθέσει certe propter feretri mentionem non opus esse intellegere, quia id post sepulturam domum relatum esse demonstraret v. 13. Adde quod haec si ad πρόθεσιν pertinerent, alienissimo loco inserta essent. 15 Cf. Dem. XLIII, 62: μηδ' εἰς τὰ τοῦ ἀποθανόντος εἰσιέναι, ἐπειδὰν ἐξενεχθῇ ὁ νέκυς, γυναῖκα μηδεμίαν πλὴν ὅσαι ἐντὸς ἀνεψιαδῶν εἰσιν. 16 ΛΕ Koehler, qui tamen ipse indicat, primam litteram videri Δ fuisse, quam Pittakis quoque exhibet. 17 Supplevi. Roehlius παῖδας δὲ [οἳ ἂν] ὑπ[άρχωσι | ἀ]νεψιῶν. At hic de liberis utriusque sexus non dici conexus sententiarum probat. Koehlerus, etsi non supplevit, tamen indicavit, sibi hic eundem atque in lege Solonis terminum (ἐντὸς ἀνεψιαδῶν cf. not. 15) constitutum fuisse videri. Sed huic sententiae repugnant verba πρὸς δὲ ταύταις μὴ πλέον πέντε γυναικῶν, quae manifesto indicant praeter matrem, uxorem, sorores, filias ex proximis cognationis gradibus certum modo eumque exiguum mulierum numerum admitti. Si recte supplevi, quinque mulieres et duae puellae sunt electae ex numero cognatarum usque ad eundem gradum, intra quem Athenis omnibus cognatis adesse licebat. Sane paullo neglegentius dictum est θυγατέρας ἀνεψιῶν, cum deberet μέχρι ἀνεψιῶν θυγατέρων. 18 I. e. mulieres de quibus v. 25—29 dicitur, et viros omnes agnatos. Hic igitur masculino genere recte utitur de utroque sexu, cum antea v. 29 ἄλλον δὲ μηδένα (neminem praeterea) levi inconcinnitate dictum sit de mulieribus. 19 Schol. Arist. Nub. 838: ἔθος ἦν μετὰ τὸ ἐκκομισθῆναι τὸ σῶμα καθαρμοῦ χάριν ἀπολούεσθαι τοὺς οἰκείους τοῦ τεθνεῶτος. Cf. etiam 633, 4. 5.

878 De lapide cf. ad n. 468. Edd. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 3528. Koehler Mitth. des arch. Inst. in Athen I (1876) p. 149 (Roehl I. G. A. 395*b*. Syll.[1] 469. R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscr. jur. Gr. p. 12 n. II*B*. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 p. 338 n. 530*B*. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 303 n. 398*B*). Ectypum chartaceum misit A. Wilhelm.

[Ἔδο]ξεν τῆι | [β]ουλῆι καὶ | [τῶ]ι δήμωι· | [τῆ]ι τρίτηι ‖ [ἐπ]ὶ τοῖς ἐνι|[αυ]σ[ί]οις[1] κα|[θ]αροὺς εἶ[ν]αι τοὺς ποι|[οῦ]ντας[2], ἐς ἱ‖[ε]ρὸν δὲ μὲ ἰ[έ]ναι, καὶ τὴν | [ο]ἰ[κ]ίαν καθα|[ρὰν[3]] εἶναι μ(έ)[χρι][4] ἂν ἐκ τοῦ ‖ [σ]ήμα[τ]ος ἔλ[θ|ωσιν][5].

Litterae Ionicae volgares accurate στοιχηδὸν dispositae. Et scribendi ratio et dialectus Attica, cuius unum exstat certum testimonium οἰκίαν v. 12 (cf. not. 3), haec haud exiguo temporis intervallo post n. 877 incisa arguunt. 1 Sacra quae quotannis obitus aut sepulturae die repetuntur. K. 2 Sc. τὰ ἐνιαύσια, ut 877, 20 est τριηκόστια ποιεῖν, Isae. II, 37 τὰ τρίτα καὶ τὰ ἕνατα ἐποίησα. K. 3 Sic Koehler, quem secutus sum quia unum certe Atticae, nullum Ionicae dialecti vestigium exstat, neque Pittaki, qui sane ΗΝΕΙΝΑΙ habet, tantum fidei tribuendum est, ut [καθαρ]ὴν scribamus cum Roehlio. 4 ΜΙ. Supplere conatus sum: μι|[αρί]αν ἐκ τοῦ | [σ]ήμα[τ]ος ἐλευ - - R. Utrumque supplementum obscuritate laborare confitendum est. 5 ΕΑΕΥ Pitt. Sed neque Koehlerus quicquam dispexit praeter ΕΛ, neque omnino duabus litteris in fine versus locus est. Ceterum v. 16 totius tituli postremum fuisse videri adnotat Koehler.

879 Lapis inventus non longe a Pergamo eodem loco atque n. 155. Ed. Fellows Itin. As. min. p. 31 sqq. (Boeckh C. I. G. 3562. Syll.[1] 470. R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscr. jur. Gr. p. 19 n. III. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 387 n. 520).

[Ἀγ]αθῆι τύχηι, [οἰκ]ονομοῦντος[1] | Δημητρίου, μηνὸς Θαργηλιῶ-

Litterae ΘΞΠΣ. 1 Retinui supplementum editoris Angli. Boeckhius [γυναικ]ονομοῦντος. Sed in titulo praeterea diligentissime exscripto tantopere erratum esse ut credam, Boeckhii rationes non sufficiunt. Certe quod praescriptum dicit gynaeconomi nomen, quia ad huius negotia argumentum tituli spectet (v. 17), mori sollemni repugnat. Huic plebiscito ut omnibus aliis temporis definitio praemittitur. Qua in re eundem annum pro decretorum argumento variis nominibus indicare summae dementiae esset, quia sic temporum ordo quasi data opera turbaretur. Quare non dubito quin v. 27 μετὰ Δημήτριον στεφανηφόρον idem homo idemque magistratus indicetur.

νος | δευτέραι, Ἀλέξων Δάμωνος εἶ|πεν· νόμον εἶναι Γαμβρειώ-
5 ταις ‖ τὰς πενθούσας ἔχειν φαιὰν ἐσθ[ῆ]|τα μὴ κατ⟨τ⟩ερρυπω-
μένην· χρῆσθαι | δὲ καὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τοὺς παῖδας | τοὺς
10 πενθοῦντας ἐσθῆτι φαιᾶι, | ἐὰμ μὴ βούλωνται λευκῆι[2]. ἐπιτε‖λεῖν
δὲ τὰ νόμιμα τοῖς ἀποιχομέ|νοις ἔσχατον ἐν τρισὶ μησίν, τῶι
δ[ὲ] | τετάρτωι λύειν τὰ πένθη τοὺς ἄν|δρας, τὰς δὲ γυναῖκας τῶι
15 πέμπτωι[3], | καὶ ἐξανίστασθαι ἐκ τῆς κηδείας ‖ καὶ ἐκπορεύεσθαι
τὰς γυναῖκας ἤ[δη][4] | τὰς ἐξόδους τὰς ἐν τῶι νόμωι γε|γραμμέ-
νας[5] ἐπάναγκον· τὸν δὲ γυ|ναικονόμον τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου αἱ|-
20 ρούμενον τοῖς ἁγνισμοῖς τοῖς πρὸ ‖ τῶν Θεσμοφορίων ἐπεύχεσθαι
τοῖς ἐμ|μένουσιν καὶ ταῖς πειθομέναις τῶι|δε τῶι νόμωι εὖ εἶναι
καὶ τῶν ὑπαρχόν|των ἀγαθῶν ὄνησιν, τοῖς δὲ μὴ πειθο|μένοις
25 μηδὲ ταῖς ἐμμενούσαις[6] τὰ|ναντία· καὶ μὴ ὅσιον αὐταῖς εἶναι,
ὡ(ς)[7] | ἀσεβούσαις, θύειν μηθενὶ θεῶν ἐπὶ δέ|κα ἔτη. τὸν δὲ
μετὰ Δημήτριον | στεφανηφόρον ταμίαν[8] αἱρεθέντα | ἀναγράψαι
30 τόνδε τὸν νόμον εἰς δύο ‖ στήλας καὶ ἀναθεῖναι τὴμ μὲν | μίαν
πρὸ τῶν θυρῶν τοῦ Θεσμοφο|ρίου, τὴν δὲ πρὸ τοῦ νεὼ τῆς Ἀρ-
τέ|μιδος τῆς Λοχίας· ἀνενεικάτω | δὲ ὁ ταμίας τὸ ἀνάλωμα τὸ
35 γε‖νόμενον εἰς ταστήλας τῶι | πρώτωι λογιστηρίωι[9].

Sed ex illo loco verum huius magistratus nomen comperimus. Recte igitur editores inscr. iur. Gr. negant de eis qui proprie οἰκόνομοι civitatium dicantur, hic cogitandum esse, sed οἰκονομεῖν in universum esse 'administrare' aut 'res publicas curare', praesertim cum oeconomus nusquam eponymus magistratus sit. 2 In universum quidem apud Graecos luctus indicabatur vestibus nigris aut leucophaeis. Sed de albarum vestium usu, qui hic tangitur, cf. Plut. quaest. Rom. 26 p. 270 F: ἐν δὲ Ἄργει λευκὰ φοροῦσιν ἐν τοῖς πένθεσιν, ὡς Σωκράτης φησίν, ὑδατόκλυστα. Hermann-Blümner Gr. Privatalterth. p. 369. 3 Alibi multo etiam brevius erat tempus luctus, Lacedaemone duodecim dierum, Athenis et Argis unius mensis (Hermann-Blümner p. 373 not. 2). 4 Supplevi. H lapis, in quo sane reliqui omnes versus a dextra integri sunt. (ἐπὶ) emendavit Boeckh, sed non putaverim ἐκπορεύεσθαι ἐπὶ ἔξοδον Graecum esse. 5 De pompis aliisque caerimoniis Thesmophoriorum aliarumque eiusmodi feriarum haec intellegenda esse monuit B. 6 I. e. καὶ ταῖς μὴ ἐμμενούσαις. Traiectiones negationis similes perfrequentes sunt in litteris Graecis, sed usus coniunctionis μηδέ in hac re sane mirus ac singularis. 7 ΩΕ. 8 Cave coniungas στεφανηφόρον ταμίαν; immo intellegendum est τὸν ταμίαν τὸν αἱρεθέντα μετὰ Δημήτριον στεφανηφόρον. 9 I. e. proximo consessu logistarum. B.

880 Stela marmoris albi, supra et infra fracta, a dextra laesa. Nisyri in museo Ioannis Logothetae, in quod tum ipsum a puero quodam delata erat, exscripsit F. Hiller von Gaertringen Arch. Anz. des Jahrb. 1896 p. 24 (cf. quae idem et A. Conze adnotaverunt ibidem p. 45). Inscr. Gr. ins. mar. Aeg. III p. 18 n. 87. Cf. Wochenschrift für klass. Philol. XIII (1896) p. 15 n. 420.

----|---- εἰ δέ τίς κα θά[πτηι[1] ἢ ἐπί]|σταμα[2] ἐφιστᾶι, ἀπο-
τεισ[άτω] | δραχμὰς μυρίας καὶ αἰρέτω | τὸν νεκρὸν ἢ τὸ ἐπί-
5 σταμα· εἰ δ[έ] ‖ κα μὴ ἄρηι, αἰρόντω τοὶ προστ[ά]|ται[3]· εἰ δέ
κα μὴ ἄρωντι το[ὶ πρ]ο|[στά]ται, ἀποτεισάντω ἕκαστο[ς | δραχ-
μά]ς χιλίας ἐν εὐθύναι[ς· | φαινέτω δὲ] ὁ χρήιζων ἐπὶ [τῶι ‖
10 ἡμίσει ἐπὶ[4] ----------].

Litterae Ionicae volgares eleganter exaratae; extremae hastae lineolis obductis ornatae. Merito titulum tertio a. Chr. n. saeculo non recentiorem existimat Hi. 1 De huius verbi obiecto dubitari licet quia priora interciderunt, ideoque omne tituli argumentum aliquid obscuri habet. Sed certe incredibile est hoc decretum ut n. 877. 878. 879 ad sumptum funerum coërcendum spectare; neque enim quicquam in sepultura fieri singillatim vetatur, sed omnino sepultura interdicitur. Id vero aut cum Conzio ad locum referendum est, quem corpore mortui ibi condito inquinari religio erat, aut quod Hillero mihique magis probatur, ad genus hominum quibus id poenae loco proponitur, ne in solo patrio sepulcrum nanciscantur; cuius rei exemplum notissimum est illud μηδ' ἐν τῇ Ἀττικῇ ταφῆναι apud oratores Atticos (Hyperid. II, 20. III, 18. Demosth. XXI, 106. LVII, 70). Atque hic quidem fragmentum decreti de tyrannis impune interficiendis, quale est illud Iliensium ap. Michel Rec. d'inscr. Gr. p. 390 n. 524, nos tenere maxime probabile est. 2 Hoc vocabulum propterea usurpatum esse videtur, quia omnes formas monumentorum sepulcralium comprehendebat. 3 Idem magistratus vocabulum in vicinis Calymniorum Cnidiorum Coorum civitatibus habes n. 512, 25 sqq. 561, 2. 4 Postremum enuntiatum supplevit Hi. ex decreto Astypalaeensi n. 493, 11 sq.

---

881 Stela marmoris albi non accurate laevigata, inventa Ephesi prope Odeum, translata in museum Britannicum. Supra hunc titulum exiguae reliquiae alius inscriptionis eiusdem generis. Edd. Wood Ephesus Append. Inscr. from the City and Suburbs n. 14. E. L. Hicks Greek Inscriptions in the British Museum III, 2 p. 256 n. DCLV.

Τοῦτο τὸ ἡρῷον καὶ | ὁ ἄνετος[1] τόπος ἐστὶν | Πονπωνίας Φαυ-
5 στείνης, | κοσμητείρης τῆς Ἀρτέμιδος[2] || ἀπὸ προγόνων, καὶ
Μενάν|δρου ἀνδρὸς αὐτῆς. τοῦ ἡ|ρῴου κήδονται Μυρραχὶς | καὶ
10 Νείκων καὶ οἱ λοιποὶ ἀ|πελεύθεροι Μενάνδρου. || τούτου ἐγένετο
ἐσφράγισμα[3]. | ζῶσιν.

Litterae Α(v. 10 bis Α)ΕΖΘΜΠϹΩ; pro Η et Υ paucis locis Ϩ et ϒ. Vs. 11 maioribus quam reliqui litteris exaratus. Nonnullis locis puncto distinguitur: v. 2 Ο·ΑΝΕ. v. 7 (perperam) ΤΑΙ·ΜΥ·ΡΡ·ΑΧΙϹ. v. 8 ΚΑΙ·ΝΕΙΚΩΝ·ΚΑΙ. Semel (v. 2 extra) lineola obliqua puncti locum tenet ΠΟϹ'ΕϹΤΙΝ. Tertio p. Chr. n. saeculo monumentum non antiquius recte iudicat H. 1 Cf. n. 656[5]. 2 Cf. C. I. G. 2823, 1 sqq. Αἰλίαν Λα[ί]βιλλαν, Ἀσίας ἀρχιέρειαν καὶ κοσμήτειραν τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος. C. I. G. 3002, 1 sqq. Οὐλπίαν Εὐοδίαν Μουδιανήν, τὴν ἱέρειαν τῆς Ἀρτέμιδος —, γένος ἔχουσαν ἄνωθεν ἱερειῶν καὶ κοσμητειρῶν, ἀδελφὴν Οὐλπίας Στρατῶ[ς] κοσμητείρης. 3 I. e. ἐκσφράγισμα, ἐξσφράγισμα. Quae vox itemque ἀποσφράγισμα significat exemplum sigillo munitum (ἀπόγραφον ἐσφραγισμένον). V. indicem verborum notabiliorum.

---

882 Marmor latum, quod aliquando superius limen portae effecisse videtur. Edd. Spon. Misc. erud. ant. X, 58 p. 339 (Boeckh C. I. G. 2523). Accuratius Paton et Hicks Inscriptions of Cos p. 169 n. 163.

Τοῦ μνημείου τούτου ἡ γε|ρουσία[1] κήδεται.

Litterae volgares praeter Ε. 1 Tituli Coi in quibus γερουσίας mentio fit (Paton-Hicks Inscr. of Cos p. 135 n. 101, 1. p. 148 n. 120, 1. p. 149 n. 121, 1. p. 188 n. 238, 4) ad unum omnes, ut is quem hic exhibemus, principatus aetate exarati sunt. Cuius generis id collegium fuerit neque vox per se ambigua neque titulorum argumentum docet; cogitaverim de simili sodalitate Acraephiensis illius quae vocatur ἡ ἱερὰ γερουσία τοῦ Σωτῆρος Ἀσκληπιοῦ (n. 740, 2).

---

883 Brundisii. Infra hunc titulum Latinus. Ex tribus antiquis apographis, ex quibus fide dignissimum est Vallamberti apud Metellum cod. Vatic. 6039 fol. 302, post Franzium C. I. G. 5783 et Mommsenum Inscr. regni Neap. p. 27. C. I. L. IX, 48 edidit G. Kaibel Inscr. Gr. Sic. et It. p. 181 n. 674.

Εὐκρατίδας Πεισιδάμου | Ῥόδιος[1], | φιλόσοφος Ἐπικούρειος, |
5 τὸν τόπον τῆς Βρενδεσίνων βουλῆς ‖ εἰς ταφὴν ψηφισαμένης.

Litterae volgares praeter ΠΣ, si modo formae recte exhibentur in apographis. Infra Graeca eadem Latino sermone scripta sunt hunc in modum: *Eucratidas · Pisidami · f · Rhodius*, | *philosophus · Epicurius* · | *l. p. d. d. d.* 1 Homo ceteroqui ignotus. Ἐπὶ Εὐκρατίδα est in ansis amphorarum Rhodiarum Inscr. ins. mar. Aeg. I p. 181 n. 1131, 1. 2. 3. 4. 5. Πεισίδαμος nomen in collectione titulorum Rhodiorum nusquam occurrit.

884 Cippus parvus quadratus marmoris Pentelici effossus Athenis prope hortum regium, delatus in museum centrale. Edd. Kumanudis Ἀθηναίου IV p. 123 n. 13. Ex Koehleri apographo Kirchhoff C. I. Att. IV, 1, 2 p. 120 n. 507*b*.

5 Ὅρος σήματο|ς Γλύκης Μαρ|αθονόθεν ἐν | ἄστε[ι] οἰκόσ‖ης,
ἀδελφεῖς[1] |[Ἐ]σχατίονος Κ|αλλίο[2].

Litterae Ionicae praeter Ε pro Η v. 5 et Ο pro Ω v. 3. 6, dispositae στοιχηδόν. Quinto a. Chr. saeculo exeunti iure vindicant editores. 1 Inter φ et Ε unius litterae spatium occupat foramen rotundum, quod iam ante scripturam in lapide fuisse existimat Koe., cum Kum. litteram Ο primo perperam incisam, deinde deletam esse referat. 2 I. e. Ἐσχατίωνος καὶ Καλλίου. Nam Ἐσχατίωνος τοῦ Καλλίου intellegi nequit, quia patris nomen certe ipsi Glycae, non fratri additum esset.

885 In campo sito meridiem versus ab oppido Co. Edd. Paton et Hicks Inscriptions of Cos p. 168 n. 160.

5 Ὅρος θη|καίων[1] Ναν|νάκου τοῦ | καὶ Ἐπαφρο‖δίτου τοῦ | [Ν]αν-
νάκ[ου].

Litterae apicibus ornatae; memorabiles formae ΑΘΠΣ. 1 Cf. Paton et Hicks p. 168 n. 161 [ὅ]ρος [θη]καίων [Ἀρι]στοκ[λε]ῦς [τοῦ] Ἀριστο[κλ]εῦς. Multo frequentiores apud Coos quam in singulorum hominum sepulcris, ὅροι θηκαίων sunt in sodalitatium coemeteriis. Cf. n. 748 cum adnotatione.

886 In sepulcro rupi inciso in insula Aegina. Supra introitum nomen viri, in pariete dextro formula, in pariete sinistro nomen mulieris. Edd. Boeckh C. I. G. 2140*b*. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 231.

L. Ross archäologische Aufsätze I p. 46. Rangabé Ant. Hell. 2012. Lebas Inscr. II, 1708*b*. (F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften III p. 199 n. 3418.) Cf. quae adnotavit H. L. Ahrens Diall. II p. 344 cum not. 6.

Μὴ ἄνοιγε· | οὐ γάρ μὴ συνείκῃ[1] | τοι[2] ἄλλον τινὰ | κατθέντι
5 ἐς ταύταν ‖ τὰν σορόν· αἰ δὲ μή, αὔταυτον[3] | αἰτιασῇ.
Σκυθίνου. Θεογενίς.

Litterae volgares. 1 συν(εν)είκῃ emendaverat Boeckh., sed Ahr. idem verbum eadem vi monstravit apud Hesychium συνείκη (συνείκει em. Ahr.) συμφέρει. Praesens igitur est; neque enim recte B. de aoristi εἶκα coniunctivo cogitare mihi videtur, cuius significatio (εἶκα δ σημαίνει τὸ ὁμοιῶ Cramer Anecd. Ox. I p. 287) ab hoc loco aliena est. 2 Sic Ahrens, cum Boeckh τ[ῶ]ι emendasset. 3 Sic Pittakis, Lebas, Ahrens, (τ)ὺ αὐτὸν Boeckh.

---

887 Tabula cum anaglypho nunc exciso, inventa prope Halum Phthiotidis (*Armyro*). Ed. N. J. Giannopulos Bull. de corr. Hell. XV (1891) p. 567 n. 11.

Ἐν τούτῳ τῷ τάφῳ οὐκ ἔξεστιν οὐδένα | ταφῆναι ἕτερον· εἰ
δέ τις τολμήσει | ἀνοῖξαι τόδε τὸ μνῆμα, ἀσεβήσ(ει)[1] τὰ | περὶ
5 τοὺς θεούς τε κ(αὶ)[2] θεὰς πάσας κ(αὶ) ‖ ἥρωας πάντας, ἕξει δὲ
κ(αὶ) ὀργὴν με|γάλην τοῦ μεγάλου Διός.

Litterae ΛΔϵΘΛϺΞΠϹΩ. 1 ΛϹϵΒΗϹΗ. 2 Coniunctio καὶ ubique per compendium Κ/ scripta est.

---

888 Lapis inventus inter rudera templi antiqui siti inter vicos Κηφισία et Μαρούσι. Post alios edd. Kumanudis Ἐπιγρ. ἐπιτύμβιοι 2559. Ex Koehleri collatione C. I. Att. III, 1417.

Ἀππία Ἀννία Ῥήγιλλα, Ἡρώδου γυνή[1], τὸ | φῶς τῆς οἰκίας.
Πρὸς θεῶν καὶ ἡρώων, ὅστις εἶ ὁ ἔχων τὸν χῶρον, | μήποτε
5 μετακεινήσῃς τούτων τι. καὶ τὰς τού‖των τῶν ἀγαλμάτων εἰ-
κόνας[2] καὶ τιμὰς ὅστις | ἢ καθέλοι ἢ μετακεινοίη, τούτῳ μήτε

Litterae ΛΔΘΛΠΣ (v. 5 fin. C). 1 Cf. n. 397 [1]. 2 Insolite hoc dictum; sed videtur Herodes voce ἀγάλματα omnem ornatum sepulcri sculptoris

γῆν καρ|πὸν φέρειν μήτε θάλασσαν πλωτὴν εἶναι, κα|κῶς τε ἀπολέσθαι αὐτοὺς καὶ γένος. ὅστις | δὲ κατὰ χώραν φυλάττοι καὶ τιμῶν τὰ εἰωθό‖τα[3] καὶ αὔξων διαμένοι, πολλὰ καὶ ἀγαθὰ εἶναι | τούτῳ καὶ αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις. λυμήνασθαι | δὲ μηδὲ λωβήσασθαι μηδὲν ἢ ἀποκροῦσαι | ἢ συνθραῦσαι ἢ συγχέαι τῆς μορφῆς καὶ τοῦ | σχήματος· εἰ δέ τις οὕτω ποιήσει, ἡ αὐτὴ[4] καὶ ‖ ἐπὶ τούτοις ἀρά.

---

arte effectum significare voluisse, cuius pars sunt effigies (εἰκόνες) Regillae aliorumque hominum aut deorum. 3 Obiectum verbi τιμῶν manifesto non alium est atque eius quod antea scriptum est φυλάττοι, i. e. monumentum sepulcrale. Quare τὰ εἰωθότα idem sibi velle videtur ac τῷ εἰωθότι τρόπῳ. Merus accusativus a volgari usu abhorret, sed huius dicendi generis origo ad figuram etymologicam τιμῶν τὰς εἰωθυίας τιμὰς referenda videtur. 4 Supra (v. 4—8) iis modo, qui totum monumentum aut everterent aut alio transferrent, mala imprecatus erat Herodes. Iam additur, easdem diras etiam ad eos pertinere, qui vel partem operis laederent aut mutilarent.

---

889 Marmor caeruleum quadrangulum inventum inter rudera veteris Lyttiorum oppidi. Ed. B. Haussoullier Bull. de corr. Hell. IX (1885) p. 25 n. 23.

Ἐπάρα κατάρα κακὴ | τῷ ἀσεβήσαντι τοὺς | δαίμονας καὶ εἰ-πόντι | ἀνοράξαι[1] καὶ τῷ ἀνορά‖ξαντι αὐτῷ, ἵνα σχῶσ[ι] | τοὺς δαίμονας κε(χ)[ο]|λωμένους[2] καὶ τοὺς | καταχθονίους θεούς, | ἵνα[3] ἡ γῆ μὴ καταδέξη‖ται αὐτοὺς δικαίως.

Litterae ΜΩΠΣΩ. 1 Verbum ignotum, fortasse in mysteriorum nescio quorum sermone usitatum hic deprehendere sibi visus est H. Sed mihi simpliciter pro ἀνορύξαι barbara inferioris aetatis consuetudine dictum esse videtur. 2 ΚΕΛΝ/// | \ω ΜΕΝΟΥΣ lapis. Etsi Hauss. κεχολωμένους exspectari recte iudicat, tamen hic quoque reconditi aliquid latere suspicatur. Immo aut in incidendo aut in exscribendo error commissus est neutiquam gravis. 3 Recte particulam ab ἐπάρα κατάρα pendere atque exsecrationis argumentum indicare statuit H.

---

890 Columna lapidis Pentelici inventa prope antrum Panis, exstat ad introitum arcis Athenarum. Versus 1—13 ed. Boeckh C. I. G. Add. vol. I p. 919, totum titulum post multos alios

Kumanudis Ἐπιγραφαὶ ἐπιτύμβιοι 2579. Ex Velseni apographo W. Dittenberger C. I. A. III, 1424.

Παραδίδωμι το[ῖς] | καταχθονίοις θ[ε]||οῖς τοῦτο τὸ ἡρῷο[ν] |
5 φυλάσσειν, Πλού||τωνι καὶ Δήμητρι | καὶ Περσεφόνηι | καὶ Ἐρι-
10 νύσι καὶ πᾶσι | τοῖς καταχθονίοι[ς] | θεοῖς. εἴ τις ἀποκο||σμί-
σει[1] τοῦτο τὸ ἡρῷ|ον ἢ ἀποσκουτλώσε[ι][2] | ἢ ε[ἴ] τι καὶ ἕτερον
15 μετα|κεινήσει ἢ αὐτὸς ἢ | δι᾽ ἄλλου, τούτῳ μὴ || γῆ βατή, μὴ
θάλασσα | πλωτή, ἀλλὰ ἐκρει|ζωθήσετ(αι)[3] πανγενε[ί,] | πᾶσι
20 τοῖς κακοῖς πε[ῖ]||ραν δώσει, καὶ φρεί||κη[4] [κ]α[ὶ] πυρετῷ καὶ
τε|τα[ρ]ταίῳ καὶ ἐλέφα[ν]||τ[ι[5] κ]α[ὶ] ὅσα κακὰ κ[αὶ πά]|θη ἀν-
25 θρώποι[ς γί]|γνεται, ταῦτα ἔ[σ]||τ(ω)[6] τῷ τολμήσαντι | ἐκ το[ύ]-
του τοῦ ἡρῴ|ο[υ] μετακεινῆσαί [τι].

Litterae ΑΑΔΔΖΘΛΠΕ. A tituli n. 888 aetate, quae Herodis et Regillae nominibus definitur, hic utique non magno temporis intervallo distat. 1 Utrum illa inferior aetas id sibi indulserit, ut praeter notum verbum ἀποκοσμεῖν etiam ἀποκοσμίζειν fingeret, an mero errore ἰῶτα pro ἦτα exaratum sit, in medio relinquo. Significatio sine dubio eadem est 'ornatu privare'. 2 Cf. σκουτλάριος n. 756, 5 et locum Vitruvii illic allatum not. 2. Apud Heronem (Metrolog. scr. I p. 181, 21 sqq.) σκούτλωσις de pavimento usurpari monet P. Tannéry Rev. archéol. XXX (1897) p. 78 sqq. Verbum [σκου]τλῶσαι in titulo Iasensi apud Th. Reinach Revue des études Grecques VI (1893) p. 157 A reponendum docuit A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX p. 85. Denique cf. W. Judeich Alterthümer von Hierapolis IV p. 68 n. 4, 3 sqq.: [τὸ θέατρον] κατασκεύασεν — σὺν παντὶ τῷ κόσμῳ [καὶ τῇ λα]μ[π]ροτάτ[ῃ σ]κουτλώσει. 3 ΘΗΕΕΤΕ. 4 Cf. n. 891, 19. Memorabile tamen est, ut sententiae summa similitudo intercedat inter hunc locum atque illum, sic verborum paene nullam esse; unde apparet hunc quidem titulum neutiquam ut illum pendere a Vetere Testamento. 5 Apud medicos veteres Graecos haud raro ut hic ἐλέφας usurpatur pro ἐλεφαντίασις aut ἐλεφαντιασμός. 6 ΤΟ.

891 Herma quadratus marmoris albi sine capite, in ecclesia Panagiae sita supra vicum *Politika* insulae Euboeae. Ed. A. Wilhelm Ἐφημ. ἀρχ. 1892 p. 173 n. 71.

Προαγορεύω τοῖς κατὰ τὸν χῶρον τόνδε· | ἐπικατάρατος ὅστις
μὴ φείδοιτο | κατὰ τόνδε τὸν χῶρον τοῦδε | τοῦ ἔργου[1] καὶ

Litterae ΑΘΠΣ; Ο plerumque eiusdem ac reliquae litterae magnitudinis, nonnumquam minoris. 1 Monumentum sepulcrale est Amphiclis cuiusdam,

5 τῆς εἰκόνος τῆς ‖ εἰδρυμένης, ἀλλὰ ἀτειμάσει | ἢ μεταθήσει
ὅρους ἐξορ(ύσσ)ων[2] | ἢ ὑβρίσει μιάνας ἢ αἰκίσεται | ἢ θραύσει
10 ἤ τι μέρος ἢ σύμπαν | ἢ εἰς γῆν ἀνατρέψει καὶ καταΙσκεδάσει
καὶ ἀμαυρώσει. τοῦ|τόν τε θεὸς πατάξαι[3] ἀπορίᾳ καὶ | πυρετῷ
καὶ ῥίγει καὶ ἐρεθισμῷ | καὶ ἀνεμοφθορίᾳ καὶ παραπλη|ξίᾳ καὶ
15 ἀορασίᾳ καὶ ἐκστάσει δια‖νοίας· καὶ εἴη ἀφανῆ τὰ κτήμα|τα
αὐτοῦ, μὴ γῆ βατή, μὴ θά|λαττα πλωτή, μὴ παίδων γο|νή·
20 μηδὲ οἶκος αὔξοιτο μηδὲ | καρπῶν ἀπολαύοι μηδὲ οἴκου, ‖ μὴ
φωτός, μὴ χρήσεως μηδὲ | κτήσεως· ἐπισκόπους δὲ ἔχοι |
Ἐρεινύας.

εἰ δέ τις εὐθετοίη καὶ τηροίη | καὶ συμφυλάττοι, τῶν λῴων |
25 ἀπολαύοι εὐλογοῖτό τε ἐν ‖ παντὶ δήμῳ, καὶ πληθύοι αὐ|τῷ οἶκος
παίδων γοναῖς καὶ | καρπῶν ἀπολαύσεσιν· ἐπισκο|ποίη δὲ Χάρις
καὶ Ὑγεία.

---

id quod prodit epigramma supra hunc titulum incisum his verbis: Χαῖρον ἐγὼ λοετροῖσι καὶ εἰσέτι τοῖσδ' ἐσορῶμαι | Ἀμφικλέης χαίρων δεσπόσυνος φιλίου.| ναὶ μὴν καὶ γένεος φερεκύδεος ἐξ ὑπάτων με | δέρκεο Πειερίδων οὔποτε λησάμενον. | κρατὶ δ' ἐπηώρηντ' ὄπιθεν κομόωσαι ἔθειραι, | οὐ γὰρ ἔκερσ' ἥβα, ἀλλὰ πότμος προλαβών. 2 Emendavi. ΕΞΟΡΩΝ lapis. 3 Quae sequuntur imprecationes variorum malorum, eas Wi. perspexit repetitas esse ex Deuteronomio c. 28, 22: πατάξαι σε Κύριος ἐν ἀπορίᾳ καὶ πυρετῷ καὶ ῥίγει καὶ ἐρεθισμῷ καὶ ἀνεμοφθορίᾳ. c. 28, 28: πατάξαι σε Κύριος παραπληξίᾳ καὶ ἀορασίᾳ καὶ ἐκστάσει διανοίας. Memorabile est haec in eadem tabula inveniri, quae Erinyum, Gratiae, Hygieae mentionem faciat. Sed recte Wi. hoc videtur expedivisse cum sumeret, monumentum sepulcrale erectum esse ab homine veteri religioni Graecorum addicto, sed eius mandatu titulum composuisse nescio quem qui librorum Veteris Testamenti notitiam haberet quia ipse ex προσηλύτων numero esset.

---

892 Marmor candidum erutum Ephesi. Edd. Wood Ephesus Append. Inscr. of Tombs n. 8. E. L. Hicks Greek Inscriptions in the British Museum III, 2 p. 254 n. DCXLIX.

Ἐὰν δέ τις παρὰ τοὺς | γεγραμμένους[1] δεσπό|τας ἢ γράμμα
5 ἐκκόψῃ | ἢ πωλῆσαι θελήσῃ τὸ ‖ μνημεῖον, δώσει τῷ | ταμείῳ[2]
✳ ,βφ' καὶ εἰς | τὴν πόλιν[3] ✳ ,βφ'.

Litterae ΑΔΘΜΠΕΩ. 1 In alio lapide qui eidem sepulcro impositus erat. 2 Fisco Caesaris. 3 Sc. τὴν Ἐφεσίων. Eiusmodi multae in titulis sepulcralibus aetatis Romanae perfrequenter commemorantur.

893 Acraephiae (*Karditza*). Ex Lollingii apographo ed. Koehler Mitth. des arch. Inst. in Athen III (1878) p. 299 (W. Dittenberger I. G. Sept. I, 2725). Lapide iterum accurate examinato P. Perdrizet Bull. de corr. Hell. XXII (1898) p. 255 n. 13.

----της τὴν γν[ώμην·] κα[ὶ] | εἴ τις παρὰ τὴν βούλησ|ιν Πυ-
5 θίδος[1] βιασάμεν|ος ἀνοίξῃ τὴν καμάρ||αν, δώσ(ε)ι τῇ συν(ό)δῳ[2] |
τῶν ἡρωιαστῶν[3] καὶ ἐ|φήβων[4] Ἐπαμινώνδο|υ[5] τοῦ υείοῦ ἡμῶν
10 χωρὶς | κρίσεος δηνάρια δισχ||ίλια, καὶ τῇ πόλ(ε)ι Ἀκρηφι|ῶν[6]
δηνάρια δισχίλια | πεντακόσια. εἰ δέ τις | τὴν ἐπιγραφὴν ἐκ-
15 κόψ|ῃ ἐκ τῆς παραστά[δο]||ς[7] ἢ αὐτὴν ἄρῃ ἢ κακο[ποι]|ήσῃ,
δώσ(ε)ι ὡς ὁμοίως | τῇ συνόδῳ τῷν ἡρω|ιαστῶν τῶν τέκν(ων)[8]
20 μου | δηνάρια δισχίλια ὁμοίω||ς καὶ τῇ πόλ(ε)ι Ἀκρηφιῶν δ|η-
νάρια δισχίλια πενταρ|κόσια. καὶ τοὺς | ὑβρίσαντας τοὺς ἥρω|ας[9]
25 τῶν τέκνων ἡμῶν κα||ὶ ἐμὲ καὶ τὸν ἄνδρα μου Πυ|θίωνα καὶ
ἐπιμένοντας | τῇ αὐθαδίᾳ[10] οὐ βούλομαι μ|ετέχ(ε)ιν τῆς συνό-

---

Litterae ΑΔΖΗΘ (Koehler, ⊙ Perdr.)ΛΞΠΣ. Alteri post Chr. n. saeculo vindicat P. haud improbabiliter; versus 37 et 39, qui ex Perdrizeti demum apographo accesserunt, in latere sinistro lapidis exarati sunt iuxta 38 et 40 planiciei anticae. 1 Pythis mulier ditissima ex sua pecunia monumentum exstruendum curavit et pecuniam sodalitati a se conditae donavit ex qua filio filiaeque defunctis sacra fierent. Memorabile est, eam, ut tunc leges Acraephiensium se habebant, neque mariti Pythionis, qui tamen tum superstes erat, neque alius cuiusquam viri auctoritate opus habuisse in hoc negotio. 2 ΣΥΝΩΔΩ. 3 Infra v. 23 est τοὺς ἥρωας τῶν τέκνων ἡμῶν; qui hos colunt, ἡρφασταὶ τῶν τέκνων ἡμῶν appellantur v. 17. 29. Quod hic filii modo mentio fit, sine dubio eo spectat, quod synodus ex aequalibus et commilitonibus filii constat (not. 4) ideoque huius in sacris maius momentum erat quam sororis, quae nescio an infans fato functa sit. 4 Ipse Epaminondas procul dubio ephebus decessit. P. 5 Medio a. Chr. n. saeculo primo homo opulentissimus et summae inter cives auctoritatis fuit Epaminondas Epaminondae f. Acraephiensis (I. G. Sept. I 2711, 12 sqq. 2712, 91. 104. 2713, 28), a quo Pythida generis originem repetivisse summa cum probabilitate coniecit P. 6 Ἀκρηφίων Perdr. At ut (τὰ) Ἀκραίφια sane usitatum fuit tum temporis oppidi nomen (I. G. Sept. I 2871, 1 ἄρχοντος ἐν Ἀκραιφίοις), sic nemo Graecus in pedestri oratione unquam dixit ἡ πόλις Ἀθηνῶν, Μεγάρων, Σικυῶνος, Ἄργους, Κορίνθου. Quare quin ethnicum Ἀκρηφιεῖς agnoscendum sit non est dubium. Vocalis alterius syllabae quadam antiquitatis affectatione ex dialecto Boeotica servata videtur ut n. 393, 1 Πλατηάς. 7 Fuit igitur hic lapis anta monumenti in templi similitudinem exstructi. P. 8 ΤΕΚΝ. 9 Deos Manes. P. Alibi Δαίμονες ἀγαθοί (n. 896[1]. Bull. de corr. Hell. XXII p. 386) aut θεοὶ ἥρωες (I. G. Sept. I, 45, 3). 10 Qui non expiaverunt

30 δου τῶ|ν ἡρωιαστῶν τῶν τέκν||ων ἡμῶν Ἐπαμινώνδου | καὶ
Θεοκρίν(η)ς[11] μήτε ζώντω|ν ἡμῶν μήτε τελευτησ|άντων. (ε)ἰσὶν
35 δὲ οἱ ὑπογεγρ|αμμένοι· Ἐπαφρ(ᾶ)ς[12] Σωτέο||υ, ----------|
------[13], Ἄριστο[ς] | Λυσάνδρου. | κα(ὶ ε)ἴ τις ἄλλος ὑβρίσ(ε)ι,
40 τὸ αὐτὸ | αὐτῷ ἔστω πρ||ός τιμον.

iniuriam qua Pythida eiusque maritum et liberos defunctos affecerunt. Quae iniuria qualis fuerit, in medio relinquendum est. 11 ΘΕΟΚΡΙΝΣ. 12 ΕΠΛΦΡΣ. 13 Hic nonnulla nomina scripta fuerunt, quae deinde erasa sunt cum homines Pythidi et Pythioni de iniuriis satisfecissent ac cum eis in gratiam rediissent. P.

894 Columna sepulcralis rotunda marmorea inventa Cyzici. Ed. N. K. Limnios Bull. de corr. Hell. XVII (1893) p. 453 n. 1.

Ὑπόμνημα | Βουλκακίας[1] Φαύστας, | ὃ κατεσκεύασεν αὐτῇ[2] |
5 Διονύσιος Ἀπολλωνίου || ὁ ἀνὴρ καὶ ἑαυτῷ | κ(αὶ)[3] τοῖς τέκνοις.

Litteras volgares praeter ΠΣ exhibet editor. Ab utraque parte versus 1 et infra versum 6 singula signa folioli figura. 1 *Volcacius*, non *Volcatius* scribendum esse nomen gentile cum ex inscriptionibus Latinis apparet, tum ex testimoniis Graecorum et titulorum et scriptorum, qui ubique κ habent. Cui rei maximum momentum tribuendum est quia *ti* et *ci* a librariis medii quod dicimus aevi identidem confunduntur, τι et κι nunquam. 2 Formulam ὑπόμνημα τοῦ δεῖνος ὃ κατεσκεύασεν αὐτῷ ὁ δεῖνα nusquam usitatam fuisse nisi Cyzici observavit K. Keil Philologus XVI p. 21 sqq. (cf. C. I. G. 3688. 3690. 3693) ideoque illi oppido vindicavit titulos ignotae ad illud tempus originis C. I. G. 6937. 6958. 6978 itemque C. I. G. 970, qui Atticus falso dicebatur, C. I. G. 3383, quem Boeckhius coniectura incertissima Smyrnae vindicaverat, denique Lebas Inscr. III, 1528, quod monumentum certum est re vera Smyrnae inventum, sed non minus certum, Cyzico illuc delatum esse. 3 Κ ΤΟΙΣ.

895 Marmor Pentelicum cum anaglypho puerum repraesentante; vs. 1. 2 in cymatio, vs. 3 in arcu supra anaglyphum, v. 4. 5 in ipsa anaglyphi planicie ad caput pueri. Inventus lapis Athenis ad hortum regium, illatus in collectionem quae erat in Barbaceo. Edd. E. Curtius Nachrichten von der Göttinger Ges. der Wissenschaften 1865 p. 342. Minusculis litteris Kumanudis Ἐπιγραφαὶ

ἐπιτύμβιοι 826 (W. Dittenberger C. I. A. III, 1460). Cf. quae adnotavit E. Rohde Psyche I² p. 254 not. 1. II² p. 205 not. 5.

Ἐτελεύτησα ἐμβὰς (ε)ἰς ἔτη πέντε | Θεόφιλος Διονυσίου Μαρα-
5 θώνιος | καὶ ὁ πατήρ με ἀνέστησε | ἥρωα συνγε‖νείας[1].

Litteras ΘΜΠC(v. 5 AE)Ω exhibet Curtius; praeterea v. ЄΜΒACIЄTH, cum praeterea ubique volgaris forma E sit. 1 Cum *Lare familiari* Romanorum, qui apud Dionysium Halicarnassensem Ant. IV, 2, 3 ὁ κατ' οἰκίαν ἥρως, apud Plutarchum de fortuna Romanorum 10 p. 323 C ἥρως οἰκουρός appellatur, composuit R. Cf. n. 893[9].

896 Columna marmorea, Mylasis in sepulcro Turcico orientem versus a Maussolleo. Ed. W. Judeich Mitth. des arch. Inst. in Athen XV (1890) p. 276 n. 24.

Δαιμόνων ἀγαθῶν[1] | Ἀντέρωτος τοῦ Διο|νυσίου καὶ τῆς γυναι|-
5 κὸς αὐτοῦ Λεοντίου ‖ καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτῶν | Ἀντέρωτος καὶ Ἰσο-
χρύσου[2].

Litterae AΣ. 1 Sic Latina *Dis Manibus* Graece redduntur frequenter cum alibi tum in titulis Mylasensibus Mitth. XV p. 276 n. 23. p. 277 n. 25. 27. Cf. n. 893[9]. 2 Aut τοῦ υἱοῦ minus accurate dici existimandum est, ut duo sint Anterotis et Leontii filii, Anteros et Isochrysus, aut καὶ Ἰσοχρύσου pro τοῦ καὶ Ἰσόχρυσου de cognomine Anterotis natu minoris intellegendum est, aut denique Ἰσόχρυσος (vel Ἰσόχρυσον mulieris nomen) ad quartum hominem spectat, cuius necessitudo cum reliquis non definite indicatur.

897 Tabula marmoris subcaerulei eum aëtomate, Larisae in museo. Et infra et supra hunc titulum alii eiusdem generis. Edd. Lebas Inscr. II, 1288. E. Miller Revue archéologique XXVIII (1874) p. 161 n. X. Accuratissime Lolling Mitth. des arch. Inst. in Athen XI(1886) p. 124 n. 65.

Θεοφίλα Σελεύκου | γυνὴ τῷ λαῷ χα[ί]‖ρειν[1].

Litterae A(vs. 2, sed. v. 1 A)ЄCΩ. 1 Eadem formula cum in altero eiusdem lapidis titulo, tum in aliis nonnullis epitaphiis Larisaeis est; cf. Mitth. XII (1887) p. 349 n. 108: Σεκοῦνδος Σεκούν|δου τῷ λαῷ χαίρειν. Rev. archéol. XXVIII (1874) p. 162 n. XV: Νεικόλαος | Σελεύκου [τῷ] λα[ῷ χαίρ]ειν.

898 Stela fracta in duas partes. Spartae in museo. Ed. A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XV p. 121 n. 14. Th. Preger Mitth. des arch. Inst. in Athen XXI (1896) p. 96 n. 1.

Εὐρυάδης[1] Τάσκος[3]
᾽Ολυμπιονίκας ἐμ πο[λ]έμωι
ἐμ πολέμωι[2]

Litteras volgares praeter Σ et Υ exhibet editor. 1 Patronymicum ab Εὐρύας derivatum agnoscit W. Sed cum proximo versu -ας sit et titulus vix tertio a. Chr. n. saeculo recentior videatur, Atticam vocalem ab eo alienam existimo, ab ἀνδάνω verbi radice alteram compositi partem repetere malim; cf. αὐθάδης. Sane exemplo nominis Δημάδης, quod fuit nuper qui eadem ratione interpretaretur, hanc opinionem tueri nolim, quia id ex Δημεάδης contractione natum esse pro certo habeo. 2 cf. Plutarch. inst. Lac. 18 p. 238 D ἀνεῖλε δὲ (Λυκοῦργος ὁ νομοθέτης) καὶ τὰς ἐπιγραφὰς τὰς ἐπὶ τῶν μνημείων, πλὴν τῶν ἐν πολέμῳ τελευτησάντων. Quod testimonium si ita interpretabimur, nihil omnino monumentis defunctorum praeter eos qui in bello occubuissent inscribi licuisse, ei fidem habere non licebit. Nam H. Roehl Mitth. des arch. Inst. I p. 230 monuit, etiam aliorum exstare titulos sepulcrales antiquos. Quare nescio an id modo interdictum fuerit, ne praeter nomen defuncti quicquam honoris vel vanitatis causa adderetur, nisi in eis qui patria occubuerant simplex et brevis huius rei mentio. Ceterum inde a saeculo a. Chr. n. quinto usque ad tertium haud pauci exstant tituli sepulcrales Laconici cum hoc eodem additamento (I. Gr. ant. 77. 78. 85. 87. Lebas Inscr. II 203. 283. A. Kirchhoff Sitzungsberichte der Berl. Ak. 1887 p. 989). 3 Τασκομένης est C. I. Att. II 967 B, 35. W. Ipsum Τάσκος habes in titulo item Laconico Mitth. des arch. Inst. in Ath. XXI p. 95 v. 4 ᾽Αντίμαχον Τάσκου et in duobus titulis Creticis (᾽Αθηνᾶ V p. 365, 69 et Bull. corr. Hell. XIII p. 75 n. 12, 1), quos affert Wi. apud Pr.

---

899 Stela marmoris Hymettii cum aëtomate rotundo, in museo Piraeei. Edd. Kumanudis ᾽Επιγρ. ἐπιτύμβ. 2953. Koehler C. I. Att. II 3234.

᾽Ηρα[κ]λείδ[α]ς[1] | Μυσὸς[2] | κατ[α]παλταφέτας[3].

Litterae Ionicae volgares. 1 Doricam vocalem suppleverunt Kum. et Koe. quia eadem v. 3 fin. integra exstat. 2 Sic Koe. μέγιστος dispicere sibi visus est Kum., quod ferri nequit. Mireris sane Doricam dialectum (not. 2) in titulo sepulcrali hominis Mysi qui Atheni obierat. 3 De scriptura καταπάλτης (non καταπέλτης) ubique in titulis usurpata cf. n. 221, 10. 266, 15. 522, 25. 30. 36.

900 Tabella marmoris Pentelici cum aëtomate. Athenis in via Minervae in domo privata. Ex E. Loewyi apographo ed. Koehler C. I. Att. II 3650.

Ἐλεφαντὶς ⁝ ἱματιοπῶλις.

Litteratura Ionica volgaris, quarti a. Chr. n. saeculi procul dubio.

901 Cippus grandis, Syracusis in museo. Ed. G. Kaibel Inscr. Gr. Siciliae et Italiae p. 8 n. 24.

5 Δεκομία[1] | Συρίσκα | πανδόκια[2] | χρηστὰ |χαῖρε.

Litterae ΑΠΣ. 1 Haec scriptura nominis indicio est, titulum etiamtum liberae reipublicae Romanorum aetate incisum esse. Nam pro Δέκομος et omnibus quae inde descendunt inde a Ciceronis aetate plerumque Δέκμος, rarius Δέκιμος aut Δέκουμος scribitur. 2 I. e. πανδόκεια cf. Herodian. I p. 248, 24, qui hoc vocabulum a πανδοκεύς eadem ratione derivatum sensit ac βασίλεια a βασιλεύς. Multo frequentius sane πανδοκεύτρια dicitur.

902 Coi in ecclesia Παναγία Γοργοπέτη. Post alios edd. Boeckh C. I. G. 2512. Paton et Hicks Inscriptions of Cos p. 203 n. 308.

5 Διονυ|σίου πό|λεως Κῷ|ων οἰκο||νόμου[1].

Litterae volgares praeter ΠΣ. 1 De oeconomis civitatium cf. n. 175, 7. 11. 15. 545, 41. 552, 39. 554, 10 sqq. 554, 5. 17.

903 Tabula marmorea reperta Massiliae, exstat in museo Borély. Post alios ed. A. Lebègue apud Kaibel Inscr. Gr. Sic. et Ital. p. 644 n. 2434.

Ἀθηνάδης | Διοσκουρίδου | γραμματικὸς | Ῥωμαϊκός[1].

Litterae ΘΜC. 1 Notabile est hominem natione Graecum Massiliae grammaticam Latinam docuisse.

904 Rhodi in suburbio *Neo-Marussi*, apud Hedenbergium Suecum, professorem Upsaliensem, vidit L. Ross et ex Hedenbergii schedis edidit Inscr. gr. inedd. fasc. III p. 32 n. 278 (F. Hiller von Gaertringen Inscr. insul. maris Aegaei I p. 74 n. 383).

Ἐπιγόνου Ῥοδιοπολίτα[1] μετοίκου[2], ἐλευθερω|θέντος[3] ὑπὸ τᾶς πόλεως καὶ ξενωθέντος[4] ὑπὸ | τᾶς βουλᾶς καὶ τοῦ δάμου καὶ χοραγήσαν|τος δίς.

Litterae volgares praeter ΘΞΠΣ, si apographo fides habenda est. 1 Cf. Plin. N. h. V, 100 *oppidum Olympus ibi* (in Lycia) *fui, nunc sunt montana Gagae, Corydalla, Rhodiopolis.* Eadem urbs Ῥοδία vocatur apud Stephanum Byz. s. v. et apud Photium Bibl. cod. 176 p. 120, 11 Bk. ἡ ἐν Λυκίᾳ Ῥοδία. Ceterum ex hoc ethnico colligas Epigonum ingenuum fuisse civem illius urbis Lyciae, tum vero nescio quo fato in servitutem (not. 3) venisse. 2 Tum cum hoc monumentum erigeretur, inquilinus erat; antea peregrinus (not. 4), priore etiam tempore servus (not. 3) fuerat. 3 Hoc de civitate inquilino data interpretatur R., perperam. Neque enim qui civis factus erat etiamtum μέτοικος vocari poterat neque ἐλευθεροῦν id unquam significat. Immo servus publicus manu missus est a populo Rhodiorum. Hi. 4 Manifesto media quaedam condicio significatur inter libertinum et inquilinum. Quae quin ξένου παρεπιδημοῦντος sit vix licet dubitari. Nempe cum Epigonus non origine servus esset (not. 1), post manumissionem decreverat populus ne in libertinorum numero haberetur, sed eodem iure uteretur quo alii aliarum civitatium cives qui ad tempus Rhodi commorarentur.

---

905 In insula Rhodo. Edd. P. Foucart Revue archéologique XIII p. 361 n. 34 (Philologus XXV p. 367). E. Loewy Archaeol.-epigr. Mitth. aus Oesterreich X (1886) p. 220 n. 28. Selivanov Topogr. Rhod. p. 142 n. I, tab. epigr. n. 14. Alberti Billioti ope exscriptum ed. F. Hiller von Gaertringen Inscr. insul. maris Aegaei I p. 57 n. 181.

Δα[μοφῶ]ν | Εὐφραγόρα Παλαιοπολίτας[1] | κατὰ γένεσιν, καθ' ὑοθεσίαν δὲ[2] | Ἀθανοδώρου Βουλίδας.

Litterae volgares praeter Σ, non dispositae στοιχηδόν. Ο et Ο reliquis minores. 1 Pagus insulae Rhodi, civitatis Camirensium, cuius haud infrequens est memoria in titulis. Cf. Inscr. ins. mar. Aeg. I p. 56 n. 171, 6. p. 57 n. 172, 3. p. 159 n. 960, 2. 2 Plerumque in filiis adoptivis aut naturalis origo (γόνῳ δέ, φύσει δὲ) aut adoptio (καθ' υἱοθεσίαν δέ, apud Eleos κατὰ παίδωσιν δὲ) sola definite enuntiatur. Hic utrumque coniunctum habes.

906 In regione Μακρὺ Στενό insulae Rhodi, in horto. Edd. E. Loewy Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich VII (1883) p. 118 n. 24. F. Hiller von Gaertringen Inscr. ins. maris Aegaei I p. 72 n. 356.

Στασίλα Ἀφροδεισίου | υἱο[ῦ] | γραμματικοῦ ἀρίστου.

Litterae volgares praeter Σ, apicibus ornatae, sed neglegenter incisae et magnopere detritae. Initio principatus certe non antiquior titulus.

---

907 Stela marmoris candidi cum aëtomate et anaglypho repraesentante virum sedentem ad dextram, ambabus manibus syringa tenentem. Lapis erutus Ephesi, delatus in museum Britannicum. Ed. E. L. Hicks Greek Inscriptions in the British Museum III, 2 p. 261 n. DCLXXII.

Ἕβενος[1] πρωταύλης[2] | Ἱεροκλῇ τῶι ἰδίῳ συριστῇ[3] | ἐκ τοῦ ἰδίου τὸ μνημῆον. | χαῖρε.

Litterae ΑΔΚΛΜΠΣΥ. Nonnullis locis (v. 2 ΔΙΩ·ΣΥΡ. v. 3 ΔΙΟΥ·ΤΟ. ΜΝΗ) puncto distinguitur. Semel (v. 3 ΤΟΥ) Ο minore modulo exaratum. Et haec litteratura et orthographia (iota mutum ter omissum, semel positum; μνημῆον v. 3) titulum fere primo p. Chr. n. saeculo incisum arguunt. 1 Idem nomen habes C. I. Att. III, 2 Add. p. 302 n. 2168*a*, 2. Latischew Inscr. Gr. orae sept. Pont. Eux. I p. 105 n. 69, 7. Arch. Anz. 1858 p. 230. 2 Principem inter plures qui una artem exerceant tibicines vocem ceteroqui ignotam significare perspexit H. 3 Syringe et tibia coniunctim usos esse Graecos etiam artis monumenta docent. Ceterum ex hoc titulo apparet, ne imperatorum quidem Romanorum aetate illud instrumentum in desuetudinem venisse. H.

---

908 Ara rotunda marmoris nigricantis ornata sertis et bucraniis, in necropoli Camirensium. Edd. J. Martha Bull. de corr. Hell. II (1878) p. 617 n. 5. A. Biliotti L'île de Rhodes p. 404. Selivanov Topogr. Rhod. 1892 p. 84, tab. epigr. n. 7. F. Hiller von Gaertringen Inscr. insul. maris Aegaei I p. 104 n. 708.

Τῶν κατὰ τὸν σεισμὸν[1] τελευτασάντων.

Litterarum formae volgares, nisi quod σῖγμα infimam quidem lineam horizontalem habet, supremam vero obliquam; hastarum fines lineolis obductis ornati. 1 Etsi perfrequentes fuerint Rhodi motus terrae, tamen hunc

titulum de illo omnium notissimo, quo colossus eversus esset anno fere 222 a. Chr. (Polyb. V, 88, 1), interpretandum esse monuit H. probabiliter. Nam etiam litteratura illi aetati convenit.

---

909 Vas marmoreum inventum Rhodi, translatum in museum Britannicum. Ed. C. T. Newton Greek inscr. in the British Museum II p. 136 n. CCCLX. Ex ectypo ab A. L. Murrayo misso F. Hiller von Gaertringen Inscr. insul. maris Aegaei I p. 94 n. 656.

Ἀποτάφων[1] ταφών[2].

Literae volgares; hastae extremae tenuibus lineolis obductis ornatae. 1 Cf. Suidas ἀπόταφος· ὁ ἀπεστερημένος τῶν προγονικῶν τάφων· οὕτω Δείναρχος. Etym. M. 131, 43 ἀπόταφον· τὸν χωρὶς ταφέντα καὶ ἀλλαχῇ τοῦ τῶν ἄλλων νεκρῶν τάφου· ἢ τὸν ἀπεστερημένον τῶν προγονικῶν τάφων. Hesych. ἀπόταφοι· οἱ συνηριστευκότες τοῖς ἐλευθέροις (τὴν ἐλευθέραν codex, em. H. Stephanus) δοῦλοι καὶ μὴ συνταφέντες αὐτοῖς. Ex quibus interpretationibus Hesychiana manifesto ad certum scriptoris nescio cuius locum spectat, ubi servi qui libertatis praemio proposito ad arma vocati fortissime pugnantes occubuerant deplorabantur, quia non una cum civibus honorificentissima sepultura efferentur. Quae vero in Etymologico priore loco ponitur, ab hoc titulo alienissima est, siquidem hic manifesto de communi multorum sepulcro (ταφών) dicitur. Restat ut eos intellegamus, qui nulla habuerint separata coemeteria quae a maioribus hereditate ad eos pervenissent. 2 Sic N. τάφων H. At hic genetivus unde pendeat aut quid sibi velit non assequor. Quod contra ταφών sine exemplo quidem est, sed recte formatum, et simillimam vocem ταφεών aut prava scriptura ταφαιών in titulis Palmyrenis apud Waddingtorum Syr. 2619. 2621. 2625 inveniri monuit N.

Appendix titulorum his proximis annis erutorum.

910 Basis tripodis inventa Delphis in summa parte viae sacrae prope aram magnam. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. XXI (1897) p. 589. Mélanges Weil p. 207 sqq. Cf. quae disputavit F. Blass Bacchylidis carmin. ed. 2 praef. p. LVI sqq.

Γέλον ὁ Δεινομένεος | ἀνέθεκε[1] Τὸπόλλονι | Συραϝόσιος.

---

1 Cf. Diodor. XI, 26, 7: ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενος (post victoriam Himeraeam a. 480 a. Chr.) ὁ Γέλων ἐκ μὲν τῶν λαφύρων κατεσκεύασε ναοὺς ἀξιο-

5 τὸν τρίποδα καὶ τὲν Νίκεν ἐργάσατο ‖ Βίων Διοδόρο υἱὸς Μιλέσιος.

λόγους Δήμητρος καὶ Κόρης, χρυσοῦν δὲ τρίποδα ποιήσας ἀπὸ ταλάντων ἑκκαίδεκα ἀνέθηκεν εἰς τὸ τέμενος τὸ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνι χαριστήριον. Athen. VI p. 231 e: καὶ πρὸ τῆς τούτου (Gygis Lydorum regis) βασιλείας ἀνάργυρος, ἔτι δὲ ἄχρυσος ἦν ὁ Πύθιος, ὡς Φαινίας τέ φησιν ὁ Ἐρέσιος καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ τῶν Φιλιππικῶν. ἱστοροῦσι γὰρ οὗτοι κοσμηθῆναι τὸ Πυθικὸν ἱερὸν ὑπό τε τοῦ Γύγου καὶ τοῦ μετὰ τοῦτον Κροίσου, μεθ' οὓς ὑπό τε Γέλωνος καὶ Ἱέρωνος τῶν Σικελιωτῶν, τοῦ μὲν τρίποδα καὶ Νίκην χρυσοῦ πεποιημένα ἀναθέντος καθ' οὓς χρόνους Ξέρξης ἐπεστράτευε τῇ Ἑλλάδι, τοῦ δὲ Ἱέρωνος τὰ ὅμοια. Etiam Hieronis titulus inventus est, perquam mutilatus sane, et editus ab Homollio eodem loco quo hic: [Ἱάρων ὁ Δεινομέ]νεος ἀνέθεκε [ἑ]ε[λ|----------] ἑπτὰ μναῖ. Praeterea duae exstant paullo minores bases titulis carentes. Quibus Hom. omnium quattuor Dinomenis Geloi filiorum anathemata imposita fuisse opinatur, cum Bl. unum a Gelone, tria reliqua trium victoriarum Pythicarum causa ab Hierone dedicata statuat.

---

911 Stela marmoris Pentelici inventa inter parietinas aedificii antiqui effossi ad septentrionales arcis Athenarum radices orientem versus a Clepsydra fonte. In fronte *a*, in aversa parte *b*. Titulum imagine photographa expressum edidit et commentario illustravit P. Cavvadias Ἐφ. ἀρχ. 1897 p. 176 sqq., tab. 11 (S. Reinach, Comptes rendus de l'académie des Inscr. et bell. lettres 1897 p. 549 sqq. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 578 n. 671). Cf. quae de titulo disputaverunt U. von Wilamowitz-Möllendorff Deutsche Littztg. 1898 n. 10 p. 383 sqq. A. Furtwängler Sitzungsber. d. Ak. zu München, philos.-philol. Cl. 1898 I p. 380 sqq. B. Haussoullier Revue de phil. XXII (1898) p. 61. E. Meyer Forschungen II p. 136.

a . . . . . κος εἶπ[ε . . . | . . . . . .

Pars antica (*a*) litteras Atticas habet accurate στοιχηδόν dispositas nulla e nisi antiquiore forma litterae ϟ discrepantes ab illis quae usque ad annum 103 a. Chr. usitatae fuerunt. Qua de causa quin hic quidem titulus intra annorum 460 et 446 a. Chr. spatium incisus sit nulla ex parte dubium est. Continet populiscitum (I v. 1—12) cuius initium periit, et partem priorem additamenti in comitiis ab Hestiaeo quodam rogati (II v. 13—17); parti posticae (*b*) incisum est plebiscitum (III v. 18—28) aliquot quidem decenniis recentius, sed ad eandem rem spectans; huius quinque priores versus et sexti initium (ΚΕϟ v. 23 init.) litteraturam Atticam volgarem (ϟ) habent, reliqua Ionicam;

. . . . . .]ι ʿιέρεαν[1] ʿὲ ἄ . . . | . . . . . .
5 ἐχς Ἀθεναίον ʿαπά[ντ|ον . . . . . .]αι καὶ τὸ ʿιερὸν[2] θυρῶσα||ι καθότι ἂν Καλλικράτες[3] χσυγγράφσ|ει. ἀπομισθῶσαι δὲ τὸς πολετὰς ἐπὶ τ|ῆς Λεοντίδος πρυτανείας. φέρεν δὲ τ|ὲν ʿιέρεαν πεντέκοντα δραχμὰς καὶ | τὰ σκέλε καὶ τὰ δέρματα φέρεν τὸν
10 δε||μοσίον[4]. νεὸν δὲ οἰκοδομῆσαι[5] καθότι | ἂν Καλλικράτες χσυγγράφσει καὶ βο|μὸν λίθινον[6]. |

---

utraque ex his partibus στοιχηδόν disposita est, sed utriusque ordines inter se non respondent; v. 18—23 init. litteras multo angustius collocatas habent quam v. 23—28. Quin hoc quoque decretum quinti a. Chr. n. saeculi sit dubium non est. Nam ut scriptura Ionica in titulis saeculi a. Chr. n. quinti ad finem vergentis perfrequens est Athenis, ita Atticae post Euclidis annum etiamtum usurpatae nullum usquam occurrit vestigium. (Cf. etiam not. 12). Quid in causa fuerit, cur medio decreto subito scriptura alia fieret, latet. At eadem aetate omnia quae in postica planicie sunt incisa esse videntur. 1 Sacerdotem Minervae Victoriae hoc demum populiscito institui luce clarius est, etsi ut versus 1—4 certa ratione restituantur fieri nequit. 2 Fuit igitur iam ante medium saeculum a. Chr. n. quintum in occidentali et meridionali arcis angulo delubrum Minervae Victoriae, sed simplicissimum, sine templo (not. 5), sine porta, ara ex terra aut caespitibus modo composita (not. 6), sine sacerdote (not. 1). Cav. 3 Cf. n. 162. 4 Sic recte Cav., Furtw., Mich. Id unum ambigas, utrum recte Cav. probante F. haec ita intellexerit, ut sacerdos omnium quidem victimarum crura, sed earum modo quae publice immolarentur pelles accipere iubeatur, an τῶν δημοσίων non minus ad σκέλη quam ad δέρματα referatur. Illud sane aliarum eiusmodi legum similitudine commendatur, sed tamen hoc praeferendum est, quia aliter τὰ δὲ δέρματα exspectes aut melius etiam τῶν δὲ δημοσίων τὰ δέρματα. Victimae civitatis nomine et impensis caesae hic τὰ δημόσια dicuntur, ut n. 603, 5. 8; τὰ δημόρια n. 589, 28. 35. ἱερὰ δημόσια est n. 601, 9, τῶν θυομένων δημοσίᾳ 601, 10. 22. 603, 6. Wilamowitz et Hauss. legunt τὸν δημόσιον. At ut taceam de conexione enuntiatorum, quam sic quoque adversativam potius (τὴν μὲν ἱέρειαν — τὸν δὲ δημόσιον) exspectes, illa usitatissima per omnem Graeciam sacerdotis emolumenta (γέρα, ἱερεώσυνα) servo publico tribui inauditum est atque incredibile. 5 Templum illud exiguum sed venustissimum iuxta Propylaea situm intellegi omnes consentiunt, ita ut iam constet, eius aedificandi consilium captum esse medio saeculo a. Chr. n. quinto. Furtw. adeo ipsum annum definire posse sibi videtur, cum Ol. 82, 3 (450/49 a. Chr.) haec decreta existimet. At is multo arctiorem inter dissensiones de summa republica et consilia harum aedificationum necessitudinem intercessisse statuit, quam mihi quidem credibile est. Multo maioris momenti est, quod cum Cavv. et Wilam. statim post hoc plebiscitum templum exstructum iudicent, Furtw. moram intercessisse statuit, quia magnificae Periclis, a cuius rationibus hoc templum plane alienum esset, aedificationes quominus illud fieret impedirent. Quo mortuo demum, fere anno

II Ἑστιαῖος εἶπε· τρῆς ἄνδρας ἑλέσθ|[α]ι ἐγ βολῆς, τούτος δὲ
15 μετ[ὰ] Καλλικρά‖[το]ς χσυγγράφσαντας ἐπ[ιδεῖχσαι τῆ|ι βολ]ῆι[7]
καθότι ἀπομ[ισθοθέσεται .. | .....]ει τὸς --------
III *b* Ἔδοχσεν τῆι βολῆι καὶ τοῖ δέ|μοι· Αἰγεὶς ἐπρυτάνευε, Νεο-
20 κ‖λείδες[8] ἐγραμμάτευε, Αγνόδε|μος ἐπεστάτε, Καλλίας εἶπε· τ|ῆι
ἱερέαι τῆς Ἀθενάας[9] τῆς Νί|κες πεντήκοντα δραχμὰς τ|ὰς γε-
25 γραμμένας ἐν τῆι στήλ[ηι][10] ‖ ἀποδιδόναι[11] τὸς κωλακρ[έτας[12], |
οἳ] ἂν κωλακρετῶσι[13], τὸ [Ποσειδ|εῶ]νος[14] μηνὸς τῆι ἱερ[έαι τῆς
Ἀ|θηνα]ίας τῆς Νίκη[ς ----------].

425 a. Chr., illud antiquum consilium resumptum et effectum esse. Qua in re quod subtilissimo sensu et uberrima doctrina exponit artem huius sacelli perbene quadrare in belli Archidamii tempora, alienissimam vero esse ab anno 450 a. Chr., id quidem mihi admodum probabile videtur. Sed quod hoc quoque cum factionibus reipublicae conectit, in manifesto errore versatur. Neque enim Nicias Nicerati f. Cydantida, quem ille Cimonis rationes in re publica secutum statuit, circa annos 425 a. Chr. summa apud populum gratia et auctoritate florebat, sed acerrimus eius adversarius Cleo Cleaeneti f. Cydathenaeensis, quem consilia a Cimone capta, a Pericle reiecta instaurasse profecto non est credibile. 6 Adiectivum indicat fuisse quidem iam antea aram, sed non lapideam. 7 Cf. Aristot. Ἀθ. πολ. 49, 3: ἔκρινεν δέ ποτε (ἡ βουλὴ) καὶ τὰ παραδείγματα καὶ τὸν πέπλον. Wilam. 8 C. I. Att. IV, 1, 1 p. 20 n. 71, 1 [Νε]οκλείδ[ης ἔγρα]μμάτευε. v. 3 Νεοκλείδης [ἐγραμμάτευε]. Quem titulum aliquo ex annis 420—414 a. Chr. incisum demonstravit Kirchhoff. At spatiorum rationes tribum aliam atque Aegeida fuisse docent, quare nomine eodem non idem homo utrobique significari videtur. Cav. 9 Cf. n. 101, 68. 586, 2. 784, 1. 10 Supra v. 8. 11 Quotannis; propterea praesens, non aoristus usurpatur. 12 Horum mentione saeculo a. Chr. n. quinto titulum vindicari recte dicit Wilam. Nam etsi post Euclidem etiamtum mansisse constat hunc magistratum, tamen eiusmodi impensae tum non amplius ab eo fieri solent. 13 Hinc Wil. et M. colligunt, colacretarum magistratum non annuum fuisse, sed fortasse quaque prytania alios homines eo functos. At si quid video τοὺς κωλακρέτας οἳ ἂν κωλακρετῶσι nihil aliud est atque τοὺς ἑκάστοτε κωλακρετοῦντας, '*qui quoque anno erunt*'. Quae sequuntur τοῦ [Ποσειδεῶ]νος μηνὸς non ad enutiatum relativum οἳ ἂν κωλακρετῶσιν, sed ad infinitivum ἀποδιδόναι spectant; nam in Wilamowitzii sententia ni plane fallor et accusativus pro genetivo et prytaniae numerus pro mensis nomine ponendus fuit. 14 Supplevi. Spatii rationibus sane tria mensium nomina praeter hoc (Πυανοψιῶνος, Μουνιχιῶνος, Θαργηλιῶνος) sufficiunt, sed annuam mercedem finito priore semestri numeratam esse naturae rei accommodatissimum est.

---

912 Angulus sinister superior tabulae marmoris Pentelici, effossus ad radices septentrionales arcis Athenarum, inter rudera

quae manifesto ex ipsa arce illuc deciderant. Imaginem photographam exhibuit, titulumque a se suppletum illustravit P. Cavvadias Ἐφ. ἀρχ. 1898 p. 1 n. 1 cum tabul. I (Wochenschrift für class. Philologie XV (1898) n. 13 p. 366).

Ἔδοξεν τῆι βο[λῆι καὶ τῶ]ι δήμ[ωι· ..... ἐ]πρυτάνευε,
Κράτη[ς][1] ἐγραμμ[άτευε, Ἐπιγέν]ης[2] ἐπεστάτε· Ἀλκιβιάδης[3]
5 εἶπ[ε· τὰς ξυνθήκα]ς, ἃς ξυνέθεντο οἱ στρατηγοὶ [τοῖς οἰκίσασ]ι
Δαφνῶντα[4], εἶναι αὐτοῖς κατὰ [τὰ ξυγκείμε]να, ἐπειδὴ ἄνδρες
ἐγένον[τ]ο ἀγ[αθοί[5]· καὶ ἀνα]γράψαι τὸγ γραμμ[ατέα τῆς βολῆς
ἐν στήληι] | λιθίνηι ἐ[ν πόλει ----------].

Litterae Ionicae volgares dispositae στοιχηδόν per versus litterarum tricenarum quaternarum. De aetate v. not. 3. 1 Errore nomen epistatae, quod octo litteras habebat, pro scriba hic inciderat quadratarius; id Ἐπιγένης fuisse ex reliquiis in lapide conspicuis colligitur. Deinde hoc eraso verum nomen reposuit, quo factum est ut hic versus triginta duas modo litteras haberet. Ca. 2 Et numerus litterarum et reliquiae nominis deleti superiore versu conspicuae (not. 1) dubitare non sinunt quin recte hoc potissimum nomen reposuerit Ca. 3 Cliniae F. Scambonida imperator nobilissimus. Is postquam Athenas rediit (Ol. 92, 4, mense fere Maio anni 408 a. Chr.) hoc plebiscitum rogavit, quo confirmarentur quae quadriennio fere ante (not. 4) inter Atheniensium praetores et Clazomenios qui Daphnunte sedem habebant convenerant. Similiter eodem fere tempore quae Atheniensium praetores cum Selymbrianis pepigerant ut confirmarentur a populo idem Alcibiades rogavit n. 53, 26. Ca. 4 Cf. Thucyd. VIII, 23, 6: οἱ δὲ Ἀθηναῖοι (aestate anni 412 a. Chr.) τά τ' ἐν τῇ Λέσβῳ πάλιν κατεστήσαντο καὶ πλεύσαντες ἐξ αὐτῆς Κλαζομενίων τὴν ἐν τῇ ἠπείρῳ πολίχνην τειχιζομένην ἑλόντες διεκόμισαν πάλιν αὐτοὺς ἐς τὴν ἐν τῇ νήσῳ πόλιν πλὴν τῶν αἰτίων τῆς ἀποστάσεως· οὗτοι δὲ ἐς Δαφνοῦντα ἀπῆλθον· καὶ αὖθις Κλαζομεναὶ προσεχώρησαν Ἀθηναίοις. Sed paullo post etiam illos defectionis auctores, qui Daphnunta confugerant, cum Atheniensibus in gratiam rediisse haec tabula docet. Conatus Astyochi Clazomenas recuperandi et Atheniensium fautores item Daphnunta traducendi, ut oppidum in insula situm plane relinqueretur, frustra fuit (Thuc. VIII, 31, 2. 3); sed utrum tum vice versa pactum cum praetoribus Atheniensium factum sit ea condicione, ut illi Clazomenas redirent et cum pristinis civibus suis rursus unam civitatem haberent, an ut Daphnunte manentes sui iuris essent, latet; etenim [τοῖς οἰκίσασ]ι Δαφνοῦντα, sive hoc sive illud statuimus, utique recte se habet. 5 I. e. quia ex quo cum praetoribus foedus fecerunt, fideliter in societate Atheniensium permanserunt eosque adiuverunt.

---

913 Stela lapidis calcarii leucophaei, fracta ab inferiore parte, inventa Delphis. Ex Bourgueti apographo ed. P. Perdrizet Bull.

de corr. Hell. XX (1896) p. 466 n. I. Cf. quae disputavit A. Hoeck Hermae XXXIII p. 626 sqq.

Θεός. Τύχαι ἀγαθᾶι. Δελ|φοὶ ἔδωκαν Ἰολάωι, Ποσε[ι]|δωνίωι,
5 Μηδίσται[1], Τήρει[2] | Κερσεβλέπτου[3] παισὶ ‖ Θραιξὶ αὐτοῖς καὶ
ἐγγό|νοις προξενίαν, προμαν|τείαν, προεδρίαν, προδι|κίαν ποτὶ
10 Δελφούς, ἀτέλε|ιαν πάντων καὶ τὰ ἄλλα ‖ πάντα καθάπερ τοῖς
ἄλ|λοις προξένοις καὶ εὐερ|[γ]έταις, ἄρχοντος Ἀριστο|[ξέν]ου[4],
βουλευόντων Καλ|[λικράτ]ευς, Εὐφράντ[α[5], | ----------].

Litterae Ionicae volgares dispositae στοιχηδόν. De aetate cf. not. 4. 1 Hoc nomen Per. et Hoe. Graecum origine existimant; nam uterque asseverat tribus reliquis praeter Terem (not. 2) filiis a patre nomina Graeca imposita esse. Verum enimvero nomen actoris a verbo μηδίζειν derivatum nominis proprii vicibus fungi mea quidem sententia omnium maxime incredibile est. Quod contra si ex Thracum sermone repetimus, certe nominibus manifesto barbaris in eadem regione usurpatis Μήδοκος (Xen. Anab. VII, 2, 32. Diodor. XIII, 105, 3. XIV, 94, 2. C. I. Att. IV, 2 p. 23 n. 65*b*, 3, ubi ΜΗΔΟΔΟΚ ex hoc nomine superesse videtur, sive vera forma Μηδόδοκος est, sive syllaba errore iterata; Koe. sane ἐὰ]ν μὴ ⟨δο⟩ δοκ[ῆι] legit) et Μηδοσάδης (Xen. Anab. VII, 1, 5) adiuvabimur. 2 Nomen a Tere Odrysarum rege, qui quinto a. Chr. n. saeculo fuit (Thuc. II, 29, 1, 2. 3. 7. 67, 1. 95, 1), ad quem Cersebleptes generis originem referebat, repetitum agnovit Per. Ceterum Hoe. hunc Terem fortasse eundem esse qui in Philippi epistula (Dem. XII, 8—10) commemoraretur coniecit, sed ipse difficultates haud sane leves quae huic opinioni obstarent indicavit. Unum ex Cersebleptis filiis obsidem apud Philippum fuisse testatur Aeschines II, 81, sed nomen tacet. P. 3 Cotyis filius, Odrysarum rex a. 359—341 a. Chr. Apud scriptores ubique Κερσοβλέπτης scribitur, sed in titulo Athen. C. I. Att. IV, 2 p. 23 n. 65*b*, 10. 18. 20 item Κερσεβλέπτης est. Simile nomen Κερσίβαυλος regulus quidam Lysimachi aetate gessit (Head hist. numm. p. 241). Perdr. 4 Anno 351/0 a. Chr. Cf. n. 140, 4. 8. 31 cum not. 55. 56. Perdr. 5 Εὐφράντ[ου] P. H., quod dialecto non accommodatum est.

914 Stela marmoris fusci, inventa Mytilenis intra castellum, asservatur in armamentario. Ed. W. R. Paton Inscr. Gr. ins. mar. Aeg. II p. 2 n. 3.

Λεύκων καὶ οἱ παῖδες[1] α[ὐτοῦ Μυτ]|ιληναίοις ἔδοσαν τελ[εῖν

Litterae Ionicae volgares praeter Ξ, dispositae στοιχηδόν. 1 Cf. n. 129[1]. Cum probabile non sit, Leucona filios in societatem regni recepisse

πυρῶ]|ν ἑξηκοστὴν ἁπλῆν[2] καὶ [ἐνενηκο|σ]τὴν[3] ἀρχεῖον[4] [μέ]χρι δέ[κα μυριά|δων μεδίμνων ----------].

nisi extremo regni (387—347 n. Chr.) tempore, consentaneum est non multo ante medium saeculum a. Chr. quartum hoc privilegium Mytilenaeis datum esse. Pa. 2 I. e. dimidiam partem eius vectigalis, quod eis imponi solebat qui nullius privilegii beneficiis utebantur. Cf. Dem. XX, 32: ἐκεῖνος (Λεύκων ὁ ἄρχων Βοσπόρου) πράττεται τοὺς παρ' αὐτοῦ σῖτον ἐξάγοντας ἑξηκοστήν. Athenienses multo maiore immunitatis beneficio affecit. 3 Supplevi, quia inter eos numeros, qui omnino in censum venire possunt, hic unus lacunam accurate explet. 4 Nomen hic nullo modo usitata vi de aedificio in quo magistratus aliquis sedem habet intellegi potest, nam manifesto appositio est relata ad vectigal cuius mentio proxime praecedit. Intellego igitur accessionem quandam vectigalis quae initio numeratur, dum certus frumenti exportati numerus expletus sit. Quod si verum est, in prima centum milia medimnorum $\frac{1}{60} + \frac{1}{90} = \frac{5}{180}$, in reliquis $\frac{1}{90}$ pretii vectigal est. Sed ambiguus haereo, num forte sic potius intellegendus sit locus, ut pro primis centum milibus nonagesima modo, pro reliquis sexagesima pretii pars vectigalis loco pendatur. Cum voce ἀρχεῖον sic usurpata comparaverim χαριστεῖον (n. 779, 3), δοκιμεῖον (n. 588, 96. 149). Ceterum vix multo plus quam centena milia medimnorum quotannis ex Bosporo Mytilenas exportari solita probabile est, siquidem quadruplum Athenas, quas multo maiore commeatu opus habuisse manifestum est, illinc devectum testatur Demosthenes XX, 32 αἱ τοίνυν παρ' ἐκείνου δεῦρ' ἀφικνούμεναι σίτου μυριάδες περὶ τετταράκοντ' εἰσί, καὶ τοῦτ' ἐκ τῆς παρὰ τοῖς σιτοφύλαξιν ἀπογραφῆς ἄν τις ἴδοι.

---

915 Fragmentum stelae marmoris candidi, undique mutilum praeter latus sinistrum, inventum Delphis in puteo ad domum Pappaioannu. Ex suo et Bourgueti apographo ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. XXII (1898) p. 260.

[----------|. συ]νέ[ταξαν[1] πίνακ|α τ]ῶν ἀπ[ὸ Γυλίδα[2] νεν]|ι-
5 κηκ[ότ]ων τ[ὰ Πύθια[3]] | καὶ τῶν ἐξ ἀρ[χῆς τὸ]||ν ἀγῶνα κα-

Litterae Ionicae volgares dispositae στοιχηδόν, ita ut singuli versus quinas denas litteras habeant; Θ et Ο reliquis litteris minores. Supplementa omnia Homollio debentur. De aetate cf. not. 5. 1 Initium commode adumbravit H. his supplementis: [Ἔδοξε τῆι πόλει τῶ|ν Δελφῶν· ἐπεὶ Ἀρισ|τοτέλης Νικομάχο|υ Σταγειρίτης (rectius Σταγιρίτης scripsisset) καὶ Καλλισθένης Δαμο|τίμου Ὀλύνθιος ..|.....|. συ]νέ[ταξαν. 2 Cf. Schol. Pindari hypoth. Isthm. apud Boeckhium II p. 297 sq.: τὸν Πυθικὸν ἀγῶνα διέθηκεν Εὐρύλοχος ὁ Θεσσαλὸς σὺν τοῖς Ἀμφικτύοσι τοὺς Κιρραίους καταπολεμήσας, ὠμούς τινας ὄντας καὶ βιαζομένους τοὺς περιοίκους, ἐπὶ ἄρχοντος Δελφοῖς μὲν Γυλίδα, Ἀθήνησι δὲ Σίμωνος (leg. Σιμωνίδου). Hom. 3 Aristotelis Πυθιονῖκαι vel Πυθιονικῶν ἀναγραφή

τασκ[ευα]|σάντων[4], ἐπαινέ[σαι] | Ἀριστοτέλην κ[αὶ Κ]|αλ[λι]σθέ-
10 νην[5] καὶ [στ]|εφανῶσαι. ἀνα[θεῖν]||αι δὲ τὸν πίν[ακα το]|ὺς
ταμί[ας ἐν τῶι ἱε]|ρῶι με[ταγεγραμμέ|ν]ον [εἰς στήλην -------].

---

commemoratur apud Plutarchum Solon. 11, Diogenem Laërtium V, 26, Scholiastam ad Pindari Olymp. II, 87. Hesychium s. Βοῦθος περιφοιτᾷ. Hom. 4 Librum Aristotelis praeter nomina Pythionicorum etiam brevem narrationem de his sacris institutis habuisse, recte hinc colligitur. Sed num de ratione huius libri cum tribus illis qui in indice apud Diogenem Laërtium V, 26 sunt, Πυθιονῖκαι μουσικῆς α′, Πυθικὸς α′, Πυθιονικῶν ἔλεγχος α′ recte iudicaverit Hom., magnopere dubito. Is enim primum titulum refert ad partem catalogi primo editum, ex quo postea additis reliquis victorum nominibus tertius (Πυθιονικῶν ἔλεγχος) factus sit; Πυθικὸν (λόγον) vero interpretatur id libelli bipartiti caput, quod ad auctores ludorum (τοὺς ἐξ ἀρχῆς κατασκευάσαντας τὸν ἀγῶνα) spectaverit. At ut in universum verum est, quod H. dicit, λόγον non necessario orationem esse, sic in eiusmodi titulis librorum a sacrorum sollennium appellatione derivatis tamen semper de oratione usurpatur (Δηλιακός, Ὀλυμπιακός, Παναθηναικός, Πανηγυρικός), numquam de commentatione. Itaque nulla necessitudo huic Πυθικῷ intercedit cum parte huius laterculi, quam omnino non fusam narrationem, sed brevem notationem ipsi indici in proemii aut tituli modum praemissam fuisse probabile est. 5 Callisthenem Olynthium avunculo adiutorem fuisse in Pythionicorum tabula concinnanda hinc demum didicimus. Qui cum utique non multo ante annum 365 a. Chr. natus sit (Cf. C. Müller Fragm. hist. Alexandri p. 1), anno 334 a. Chr. vero Alexandrum in Asiam comitatus ac postea nunquam cum Aristotele congressus, apparet fere intra annorum 340—334 a. Chr. spatium coniuncta eorum opera catalogum Pythonicorum elaboratum esse. Cui aetati scriptura huius tituli egregie convenit. Hom.

---

916 Stela marmoris candidi, fracta ab inferiore parte, eruta Delphis inter thesaurum Atheniensium et murum occidentalem periboli. Ex Colini apographo ed. P. Perdrizet Bull. de corr. Hell. XX (1896) p. 470 n. II.

Θεός. Τύχ[α. | Δ]ελφοὶ ἔδωκαν | [Ν]εάρχωι Ἀνδροτ|ίμου[1]

Litterae Ionicae volgares dispositae στοιχηδόν; ○ et Ω reliquis minores. 1 Nobilissimum Alexandri regis nauarchum designari patris nomen indicat. Cf. Arrian. Anab. III, 6, 5 καὶ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἐπὶ τῷ αὐτῷ ἔφυγε καὶ Νέαρχος ὁ Ἀνδροτίμου. Ind. 18, 4 ἐκ δὲ Ἀμφιπόλιος ἦγον οἵδε· Νέαρχος ὁ Ἀνδροτίμου, ὃς τὰ ἀμφὶ τῷ παραπλόῳ ἀνέγραψε, καὶ Λαομέδων ὁ Λαρίχου καὶ Ἀνδροσθένης ὁ Καλλιστράτου. § 10 ναύαρχος δὲ αὐτοῖσιν ἐπιστάθη Νέαρχος

5 Κρητὶ[2] αὐτῶ‖ι καὶ ἐκγόνοις π|ροξενίαν, προμα|ντείαν, προεδρί|αν, προδικίαν, ἀσ|[φάλεια]ν, ἀτέλειαν, | ---------.

Ἀνδροτίμου, τὸ γένος μὲν Κρὴς ὁ Νέαρχος, ὤκεε δ' ἐν Ἀμφιπόλι τῇ ἐπὶ Στρυμόνι. P. 2 Confirmatur hic de Nearchi origine testimonium Arriani (not. 1) et Diodori XIX, 69, 1: παρακατέστησε δ' (Antigonus) αὐτῷ (Demetrio filio) καὶ συμβούλους τέτταρας, Νέαρχόν τε τὸν Κρῆτα καὶ Πύθωνα τὸν Ἀγήνορος —, πρὸς δὲ τούτους Ἀνδρόνικόν τε τὸν Ὀλύνθιον καὶ Φίλιππον, ἄνδρας πρεσβυτέρους καὶ συνεστρατευκότας τῷ Ἀλεξάνδρῳ πᾶσαν τὴν στρατείαν. Discrepantem memoriam Stephani Byzantii Λητή πόλις Μακεδονίας — τὸ ἐθνικὸν Λητᾶος· οὕτως γὰρ ἱστορεῖται Νέαρχος Λητᾶος, τῶν Ἀλεξάνδρῳ τῷ μεγάλῳ συστρατευσαμένων ὁ διασημότατος frustra coniecturis tentatam esse recte iudicat Perdr. Nam Κρητᾶος barbarum est, lacunam vero statuendam cum Meinekio ad locum et Svorono Num. de Crète ancienne I p. 145 omnibus nominibus improbabile. Errorem igitur hic haberi non Stephani, sed antiquioris scriptoris quo ille usus sit in propatulo est. Cui errori ansam dedisse Perdr. conicit quod Nearcho fortasse praedium dono datum esset a rege situm Letae, ut Coeno Polemocratis filio datum esse in Chalcidica discimus ex n. 178, 9. At si Macedonicam originem affectare voluisset, multo probabilius est eum se Amphipolitanum appellaturum fuisse. Immo ad similitudinen ethnicorum Λάτιος ab oppido Cretico Λατώ (n. 514, 6. 13. 57) derivati et Λητᾶος erroris originem referre praestat.

---

917 Stela exigua cum aëtomate, fracta infra, laesa a sinistra, eruta Delphis septentrionem et occidentem versus a monumento Gelonis (n. 910). Ex Bourgueti apographo ed. P. Perdrizet Bull. de corr. Hell. XX (1896) p. 473 n. III.

[Θ]εὸς τύχαν ἀγαθάν. | [Δ]ελφοὶ ἔδωκαν Μαχάτα[ι][1] | Σαβατ-
5 τάρα Εὐρωπαίωι | [Μ]ακεδόνι αὐτῶι καὶ ἐκγό‖[ν]οις προξενίαν, εὐεργε|[σί]αν, προμαντείαν, προε|[δρ]ίαν, προδικίαν ποὶ Δε[λ|φοὺς] καὶ τὰ ἄλλα ὅσ[α καὶ | τοῖς ἄλλοις πρ]οξέ[νοις------].

Litterae Ionicae volgares non dispositae στοχηδόν; ΟΘΩ reliquis minores. Scripturam titulum quarto a. Chr. n. saeculo vindicare testatur Perdr. 1 Nomen non infrequens apud Macedonas ut alia similis significationis. In familia regulorum Elimiotidis id usitatum fuisse scimus. (Cf. Droysen, Gesch. des Hellenismus III, 2, tab. II). Harpalum illum famosum ex ea gente fuisse, Machatae filium, constat. Quod si hic fratris eius ceteroqui ignoti filium avitum nomen gerentem agnoscemus, certe temporum rationes non refragabuntur; neque est, cur eum Europaeum vocari potuisse negemus. At frequentius est nomen, quam ut quicquam pro certo pronuntiari liceat.

918 Stela marmoris albi inventa in Artemisio Deliorum, fracta in duas partes (*a*, *b*), quae non contingunt quidem inter se, sed exigua modo pars lapidis inter eas periit. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. XX (1896) p. 506.

a -------ει [ὑπ]ὲ[ρ τ]ο[ῦ] ἱε[ρ]ο[ῦ] | ἀγαθὸν ὅτι ἠδύνατο, καὶ νῦν[1] Δαμάρατος[2] | διατρίβων παρὰ τῶι βασιλεῖ Λυσιμάχωι[3] |
5 χρείας παρέχεται Δηλίων τοῖς ἐντυγ||χάνουσιν ἑαυτῶι καὶ τὸ ἱερὸν τιμᾶι· διαφ[υ]||λάττων τὴν τοῦ πατρὸς τοῦ ἑαυτοῦ πε|ρὶ τὸ ἱερὸν καὶ Δηλίους εὔνοιαν, ἐ[μφαν]ίζε[ι] | δὲ καὶ αὐτὸς παραγενόμενος ὅτι καὶ τῶι πατρὶ | καὶ αὐτῶι προσήκει τιμᾶν τὸ ἱερόν,
10 καθάπε[ρ] ‖ καὶ οἱ πρόγονοι αὐτῶν Λακεδαιμόνιοι | πλεῖστον λόγον ἐποιήσαντο τοῦ ἱεροῦ | ὅπως σωιζόμενο[ν ἔχ]ωσι[4] τὸ | ἱερόν, ἀναγγέλλει δὲ καὶ τὴν τοῦ βασιλέ|ως Λυσιμάχου εὔνοιαν,
15 [ἣ]ν ἔχει περὶ τὸ ἱε||ρόν, καὶ αὐτὸς ἐπαγγέλλε[ται συμβουλεύ]|σειν τῶι βασιλεῖ Λυσιμάχωι καὶ ---- | -------.

b 20 --------ει | ---------- Δήλιοι ‖ εὔνοιαν, [ἀγαθῆι τύχηι[5], δεδόχθαι] τῆι | βουλῆι καὶ τῶι δήμωι, ἐπαινέσαι Δημάρατον | Γοργίωνος[6] Λακεδαιμόνιον, ἐ[πεὶ εὐεργ]έτης | ἐστὶν τοῦ δήμου, καὶ στεφ[ανῶσαι αὐ|τὸν] δάφνης στεφάνωι τῶι [παρὰ τοῦ
25 θε]οῦ[7] ἀρ[ε]||τῆς ἕνεκεν καὶ ε[ὐνοίας ἧς διατε]λεῖ ἔχω[ν] | περὶ Δηλίους καὶ ε[ὐσεβείας τῆς εἰς] τὸ ἱερ[όν.] | ἀνειπεῖν δὲ τ[ὸν ἱεροκήρυκα τὸν στέ]φανον | Ἀπολλωνίοις [ἐν τῶι θεάτρωι.
30 ὑπάρχειν] δὲ | αὐτῶι παρὰ [Δη]λ[ίοις προξενίαν καὶ γῆς] ‖ καὶ οἰκίας [ἔγκτησιν ----------] | καὶ π[ρο]εδ[ρί]αν [----------

---

Litterae Ionicae volgares non dispositae στοιχηδόν; ΟΟΩ reliquis minores. De aetate v. not. 3. 1 Hinc merito colligit H., priora ad ea quae antea a patre maioribusque Damarati gesta essent spectasse. 2 Gorgionis f. Lacedaemonius (v. 22). De eius origine quae ex ipsius patrisque nomine collegit Hom. vide n. 285[3]. 3 Regnavit hic a. 306—281 a. Chr. n. Per quod totum spatium unum annum 295 fuisse, quo Lacedaemonii cum regibus exterarum gentium de rebus publicis egisse probabile esset, ideoque tum potissimum Damaratum ad regem missum esse videri tantaque apud eum gratia floruisse, ut Deliis egregia beneficia ab illo impetrare posset, observavit Hom. At secundum ea quae ipse acutissime de Damarati origine et fatis disputavit (cf. not. 2) minime probabile est, eum Lacedaemone legatum ad regem venisse. 4 Supplevi. [ἐ]ῶσι Hom. Verum id quidem neque magni laboris erat neque magnopere laudandum. 5 Supplevi. 6 Cf. n. 285[3]. 7 Cf. 291, 22.

καὶ] | προ[δικίαν ------ καὶ πρόσοδο]|ν πρὸ[ς βουλὴν καὶ δῆμον -----] εἶναι δε αὐ[τῶι καὶ τὰ | ἄλλα πάντα----].

---

919 Lapis fractus in duas partes, quarum utraque inaedificata est in vico *Veluchovo* terrae Aetoliae, sito ad confluentes fluviorum qui hodie *Mornopotamos* et *Kokkinopotamos* vocantur, in domo N. Spyropuli. Ed. E. Cahen Bull. de corr. Hell. XXII (1896) p. 360.

[Βασιλέα Π]ύρρον[1] βασιλέως Αἰακ[ί]δα πόλις | [Καλλιπολ]ιτᾶν[2] ἀρετᾶς ἕνεκεν κ[αὶ ε]ὐεργεσία[ς | τᾶς εἰς αὐ]τάν.

Litterae Ionicae volgares non dispositae στοιχηδόν. 1 A. 295—272 a. Chr. Haud improbabiliter C. monumentum eo tempore erectum coniecit, quo Demetrius contra Aetolos fidelissimos aemuli sui socios arma tulit Pyrrhusque Macedones quibus Pantauchus praeerat in ipsa Aetolia fudit (Plutarch. Pyrrh. 7. Demetr. 41), i. e. anno 289 a. Chr. 2 Supplevi. Vallis fluvii, qui hodie *Mornopotamos* vocatur, ea Aetoliae pars, quae omnium maxime ad orientem vergit, a Calliensibus et Apodotis Aetolorum gentibus habitabatur, ita ut illi quidem septentrionalem partem usque ad fontes fluminis incolerent, hi vero meridiem versus usque ad fines Naupactiorum pertinerent. Quare parietinae illae ad confluentes Mornopotamon et Kokkinopotamon sitae ab utriusque gentis confinio non magno intervallo afuerint. Iam cum K. Bursian Geogr. v. Gr. I p. 142 eas ad Aegitium Apodotorum caput retulisset, Ca. hic [Αἰγιτ]ιτᾶν supplevit. Quod probare nequeo cum quia spatii rationibus non accommodatum est, tum quia ethnicum Αἰγιτίτας neque usquam traditum est neque recte formatum. Nam a nominibus oppidorum in -ιον cadentibus plerumque quidem ethnica derivantur aut ut Βυζάντιος a Βυζάντιον aut ut Σουνιεύς a Σούνιον; et si quando in -της exeunt, Ζεφυριώτης Πηλουσιώτης sim. sonant. Non obstat Ἀμφαξῖτις apud Strabonem VII fr. 11 p. 329 fr. 23 p. 330 Cas., cum quia non a ficticio oppido Ἀμφάξιον, sed a locutione ἀμφ' Ἀξιόν descendere ipse Steph. Byz. verbis δύο μέρη λόγον indicat, tum quia Ἀμφαξίους, non Ἀμφαξίτας ipsos incolas se appellasse nummi demonstrant (Cf. Meineke ad Steph. Byz. s. v.). Quare sumpsi illa rudera Calliensium potius oppidi principalis esse, quod modo Καλλίπολις (Liv. XXXVI, 30, 4. Appian. Syr. 21. Stephanus Byz. Κόραξ) modo Κάλλιον (Pausan. X, 22, 6. Steph. Byz. Σόλλιον) aut Καλλίαι (Stephanus Byz. s. v.) appellatur.

---

920 Lapis evolsus ex muro substructionum templi Delphici. Supra hunc titulum decretum Amphictionum. Ed. P. Foucart Bull.

de corr. Hell. VII (1883) p. 426. Cf. quae disputavit H. Pomtow Philologus LVII p. 648.

Θεοῖς. | [Δε]λφοὶ ἔδωκαν Κύλλωνι Κύλλωνος Ἠλείωι[1] αὐτῶι καὶ ἐκγόνοις | [π]ροξενίαν, προμαντείαν, προεδρίαν, προδικίαν, ἀσυλίαν, ἀτέ|λειαν πάντων, καὶ τἆλλα ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις
5 προξένοις καὶ εὐ‖εργέταις. ἄρχοντος Καλλικλέος[2], βουλευόντων Α[ἰσχ]ριώνδα, | Ξένων[ος, Ἀ]μφιστράτου.

1 Huius hominis magnas fuisse partes in evertenda Aristotimi Elei tyranide, qui Antigoni Gonatae favore et auxilio dominationem in patria sua obtinuerat, demonstravit Po. collatis Paus. V, 5, 1: τὸν δὲ Ἀριστότιμον μῆνας τυραννήσαντα ἐξ καταλύουσιν ἐπαναστάντες Χίλων καὶ Ἑλλάνικος καὶ Λάμπις τε καὶ Κύλλων (Κύλως Vb, Κύλων reliqui codd. em. Po.). οὗτος δὲ καὶ αὐτοχειρίᾳ τὸν τύραννον ἀπέκτεινεν ὁ Κύλλων (Κύλων codd.) ἐπὶ Διὸς Σωτῆρος βωμὸν καταφυγόντα ἱκέτην. VI, 14, 11: ἀνέθεσαν δὲ καὶ τὸ κοινὸν τῶν Αἰτωλῶν Κύλλωνα (Κύδωλα Va, Κύδωνα reliqui), ὃς ἀπὸ τῆς Ἀριστοτίμου τυραννίδος ἠλευθέρωσεν Ἠλείους. Plutarch. de mulier. virtut. p. 253 A ὅ τ' Ἀριστότιμος πυθόμενος Κρατερὸν αὐτῷ βοηθοῦντα μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἐν Ὀλυμπίᾳ καταστρατοπεδεύειν, οὕτως ἐξεθάρσησεν, ὥστ' ἄνευ δορυφόρων εἰς τὴν ἀγορὰν προελθεῖν μετὰ τοῦ Κύλλωνος (Κύλωνος cod. et hic et infr.). ὡς μὲν οὖν συνεῖδε τὸν καιρὸν Ἑλλάνικος, ὃ μὲν ἦν σημεῖον αὐτῷ πρὸς τοὺς μέλλοντας ἐπιχειρεῖν συγκείμενον οὐκ ἔδωκε, λαμπρᾷ δὲ τῇ φωνῇ καὶ ἅμα τὰς χεῖρας προτείνων ἀμφοτέρας 'τί μέλλετε, ἄνδρες ἀγαθοί; καλὸν τὸ θέατρον ἐν μέσῳ τῆς πατρίδος ἐναγωνίσασθαι'. πρῶτος μέν οὖν ὁ Κύλλων σπασάμενος τὸ ἴφος παίει τινὰ τῶν ἑπομένων τῷ Ἀριστοτίμῳ· Θρασυβούλου δὲ καὶ Λάμπιδος ἐξ ἐναντίας ἐπιφερομένων ἔφθη μὲν ὁ Ἀριστότιμος εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν καταφυγών· ἐκεῖ δ' ἀποκτείναντες αὐτὸν καὶ τὸ σῶμα προβαλόντες εἰς τὴν ἀγορὰν ἐκάλουν τοὺς πολίτας ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν. Sine Cyllonis nomine rem narrat Iustinus XXVI, 1, 8 sqq.. Nomen Κύλλων aliis similibus (Κύλλας, Κυλλήν, Κύλλης, Κυλλίας, Κύλλος, Κυλλώ) allatis defendit Po. Mihi hypocoristicum ad Κυλλάνιος (n. 316, 5. 513, 10) aliudve nomen a Cyllene Eleorum portu derivatum redire videtur. Eundem hominem apud scriptores et in hoc titulo designari eo certius est, quia Pausanias statuam Cyllonis ab Aetolis Olympiae dedicatam commemorat. Nam illa aetate eisdem hominibus et ab Aetolis et a Delphis honores haberi consuevisse demonstrat Po. 2 Illa de Aristotimi nece anno 268 a. Chr. n. accidisse videntur. Quare cum constet, Calliclem per Pythiorum tempus in magistratu fuisse, aut 266 aut 262 eius annum fuisse existimabimus. Cf. H. Pomtow Jahrb. f. Phil. CXLV (1897) p. 828.

---

921 Pars stelae lapidis caerulei mutila a superiore et a dextra parte, integra a sinistra et ab inferiore, ipsa rursus fracta in duas partes sinistram et dextram, effossa anno 1896 Therae in cisterna

ante Apollinis Carnei templum sita. Ed. F. Hiller von Gaertringen Inscr. Gr. ins. mar. Aeg. III p. 79 n. 328.

[------- | .... π]οιεῖν[1] .. ε[..... ἐ]ν Κ[ρήτηι ---------
----------δια|σαφ]ήσοντα[2] τὸ γεγονός, ὃς παρ' Ἀ[λλαριώταις
ἔφη αὐτοὺς[3] ἀρχὴν μὲν | αἰ]χμαλώτους εἶναι, τριετοῦς δὲ
[χρόνου διελθόντος οἱ Ἀλλαριῶται | μ]εταδόντες αὐτοῖς τοῦ
5 τό[που ἠλευθέρωσαν αὐτοὺς ἅτε οὐ μό]||νον συνειδότας, ἀλλὰ
καὶ σ[υνδιαπράξαντας ---------- τοὺς ἀγῶ]|νας· λαφύρων δ'
οὐ φάσκειν παρε[σκομεῖσθαί τι[4]· καὶ οὐ δύνα]|ται[5] ἀπάγειν τὰ
σώματα οὐδ[ὲ οἷός τέ ἐστι[6] οὐδενὶ τρόπωι ἐκείνους] | πεῖσαι

Litterae volgares praeter ΞΠ, non dispositae στοιχηδόν; ΘΟΩ passim, sed non ubique, reliquis litteris minores. Extremae hastae lineolis obductis ornatae. Vs. 1. 2 supplevit A. Wilhelm., v. 5. 8—20 egregio acumine restituit U. de Wilamowitz, a cuius supplementis vix unquam erat cur discederem. 1 Epistulam hanc esse a nauarcho Ptolemaei Philadelphi (283—247) aut Euergetae (247—222 a. Chr.) datam summa cum probabilitate statuit H. Sed quod ad praesidii Theraei ducem datam dicit, id cum plurali ἔρρωσθε v. 20 adversa fronte pugnat. Quare ad magistratus, senatum, populum Theraeorum potius litteras datas existimaverim. Qui cum Cretenses praedones ex ipsorum insula multos homines captos avexissent, regis Ptolemaei, cuius in dicione tum insula erat, praefectum precibus adierant ut eos recuperarent. 2 De homine ab illo classis praefecto, qui haec scripsit, in insulam Cretam misso ut captivos repeteret, haec intellegenda videntur. 3 Milites captos intellegit H.; mihi cives potius Theraei esse videntur (not. 1). 4 Retinui supplementa Hilleri, quia aliud melius mihi non succurrebat, sed hoc enuntiatum obscurum esse non infitior. 5 Pluralem δύναν]ται posuit H., qui sibi persuasit subiectum huius verbi illos captivos esse, τὰ σώματα vero (v. 8) de servis intellegit quibus captivi ab Allariotis libertate donati una cum his per latrocinia potiti essent. De his servis rixam ortam esse, num cum iis Theram redire liceret, quod ipsi captivi petebant, Allariotae concedere nolebant. At σώματα non servos esse, sed ipsos illos captivos apparet ex v. 10 sqq. [μήπως συμ]βῆι ἐξαχθ[έ]ντα ἐ[ξ]ανδραποδισ[θῆναι τὰ σώματα, ὥστε μηκέτι λυ]τρωθῆναι δύνασθαι. Nam hic neque ἀνδραποδισθῆναι neque [λυ]τρωθῆναι in servos cadit, quos illi neutiquam liberare sed retinere in servitute et secum ex Creta abducere velint. Immo sic se res habebat. Quos ille redimere voluerat captivos, eos manumissos a se dicebant Allariotae; at id verum non esse, sed fraudulenter ab illis praetexi ut negare liceret se illos reddere posse, suspicabatur qui epistulam scripsit. Quare nisi Allariotarum postulatis satis fecisset, verendum erat, ne illi captivos peregre venderent, qua re omnis spes eos recuperandi eximeretur. Qui igitur nequit persuadere Allariotis ut sinant illos captivos abduci, idem ille legatus est, de quo v. 2 sqq. verba fiunt. 6 Supplevi; οἷοί τέ εἰσιν H. Cf. not. 5.

ἀποδοῦναι τὰ σώμα[τα, ἐὰν μὴ κομίσωνται τοὺς παρ' ἡ]|μῖν
10 ὄντας αἰχμαλώτους, οὓς εὐ [---------- ἀγγελθέντων] ‖ οὖν
τούτων ἡμῖν ἀγωνιάσαντ[ες ---------- μήπως συμ]|βῆι ἐξαχ-
θ[έ]ντα ἐ[ξ]ανδραποδισ[θῆναι τὰ σώματα, ὥστε μηκέτι λυ]|τρω-
θῆναι δύνασθαι[7], ἀναγκαῖον [δὲ ὁρῶντες τὰ ἀξιωθέντα τοῖς
ἀπά]|ξουσιν συγχωρεῖν ἀπεστέλλομ[εν πρὸς αὐτοὺς -------,] |
ὄντων δὲ ἡμῶν [π]ερὶ ταῦτα κατ[ὰ τύχην ἀγγέλωι παρ' αὐτῶν
15 ἀφιγ]‖μένωι κοινολογ[η]θέντες συναπε[στείλαμεν πρέσβεις εἰς] |
τὴν Ἀλλαρίαν, σ[υ]νχωρηθέντων δὲ [ὧν ἠξίωσαν[8], ἐν οἷς καὶ
ἡ]|μεῖς συνεμείν[α]μεν, ἐκομισάμεσθ[α τὰ παρ' ἐκείνοις σώματα
ἀντὶ τοῦ] | περὶ αὐτῶν συνχωρηθέντος ἀνη[λώματος· τὰ δὲ
σώματα τὰ παρ' | ἡ]μῖν ὄντα ἀπεδώκαμεν· τούτων [Ἑλληνικὰ
20 μὲν ἦν ---------,] ‖ τὰ δὲ λοιπά, ὄντα με', ἀλλόγλ[ωσσα]. |
ἔρρωσθε[9].

7 Cf. not. 5. 8 Supplevi. πάντων -- Wil. 9 Cf. not. 1.

922 Stela marmoris albi fracta in plures partes, sed ita ut nihil deperierit, inventa Delphis in muro substructionum qui est septentrionem versus a templo Apollinis. Ex Th. Homollii apographo ed. P. Perdrizet Bull. de corr. Hell. XX (1896) p. 476 n. IV.

[Ἄ]ρχοντος Ἀριστίωνος, βουλευόν|των Εὐαγόρα, Αἰακίδα, Μαντία, Δί|ωνος, Ἐπικράτεος, ἔδοξε τᾶι πό|λει τῶν Δελφῶν ἐν
5 ἀγορᾶι τελε‖ίωι σὺν ψάφοις ταῖς ἐννόμοις· ἐ|πειδὴ Κότυς Ῥαίζ-
δου, Θραικῶν | βασιλεύς[1], ἔν τε τοῖς πρότερον | χρόνοις εὔνους
10 ὢν διετέλε[ι] | τῶι τε ἱερῶι καὶ τᾶι πόλει καὶ το‖ῖς ἰδίαι πα-
ραγινομένοις πο|τὶ αὐτὸν φιλανθρώπως χρεί|μενος[2], καὶ νῦν

Litterae Ionicae volgares praeter Ξ φ ϙ non dispositae στοιχηδόν; Θ Ο ϙ reliquis minores. Hanc litteraturam tertii a. Chr. n. saeculi esse recte iudicat Perdr. Sed eum iniuria de altera illius saeculi parte cogitare, cum monumentum prioris potius partis sit, adnotat H. Pomtow apud B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 779. 1 Rex praeterea ignotus; nam ex duobus huius nominis quos ante imperatorum aetatem novimus, alter, Cersebleptis (n. 913, 4) pater (382—359 a. Chr.) antiquior, alter, Persei in bello contra Romanos socius, recentior est quam ut hic in censum venire possit. Sed sine dubio hic quoque Cotys Odrysarum rex fuit. Perdr. 2 Cf. n. 306, 72. 337, 6. 589, 8.

παραγενόμε|νος Τύριλλος ὁ Νεαπολίτας[3] | ἐνεφάνισε τὰν αἵρεσιν
15 ἂν ἔ||χει ποτί τε τὸ ἱερὸν καὶ τὰν πό|λιν, δεδόχθαι τᾶι πόλει,
ἐπαι|νέσαι Κότυν Ῥαίζδου Θραικῶν | βασιλέα· ἀνανεώσασθαι δὲ |
20 καὶ τὰν ὑπάρχουσαν αὐτῶι προ||ξενίαν καὶ εἶμεν αὐτὸν πρόξε|-
νον καὶ αὐτὸν καὶ ἐκγόνους καὶ | ὑπάρχειν αὐτῶι καὶ ἐκγόνοις
πρ|ομαντείαν, ἀσυλίαν, ἀτέλειαν, | προεδρίαν ἐμ πᾶσι τοῖς
25 ἀγῶσι||ν οἷς ἁ πόλις τίθητι, καὶ τὰ ἄλλα δ|σα καὶ τοῖς ἄλλοις
προξένοις | καὶ εὐεργέταις τᾶς πόλιος. ἀ|ναγράψαι δὲ τόδε τὸ
30 ψάφισμα | ἐν στάλαι καὶ ἀναθέμεν ἐν || τῶι ἐπιφανεστάτωι
τόπωι | τοῦ ἱεροῦ.

3 Neapolin e regione Thasi sitam (n. 49, 2), quae antiquitus Thasiorum erat, sed inde a Philippi Amyntae f. regno Macedoniae adiuncta, qua Philippenses portu utebantur, haud improbabiliter intellegit Perdr.

923 Lapis effossus Thermi Aetoliae. Exscripsit G. Sotiriadis, cuius ex apographo ed. O. Kern Inschr. von Magnesia p. XIV n. LIV *a*.

Στραταγέοντος Ἀγελάου Ναυπακτίου τὸ | δεύτερον[1], ἱππαρ-
χέοντος Πολεμάρχου Θυ|ρισκαίου[2], γραμματεύοντος Σκόπα Τρι-
ximum καὶ male habet; nam quomodo praeter fundos qui intra urbem eosque qui extra eam sunt ἁ χώρα tanquam tertium aliquid commemorari potest? 12 Quae post certam ternorum plethrorum mensuram cuique civi assignatam restat terra (haec est ἁ ἄλλα), eius pares partes cuique ex illis attribuendae sunt. Sed consentaneum est id non dici nisi de eius terrae, quae omnino primis civibus destinata erat, parte post divisa terna plethra reliqua. Nam aliam terram iam ab initio reservatam esse, quae incolis postea accedentibus daretur, ex v. 9 sq. cognoscitur. 13 Supplevi. 14 Supplevi. Br. hic nihil nisi ἀναγραφῆμεν δὲ [------- ἁ ἐν πόλ]ει ἕκαστος ἔλαχε. Sed cur ea modo, quae in oppido assignata sunt, inscribantur non video; τᾶς χώρας utrumque, et τὰ ἐντὸς τᾶς τετειχισμένας πόλιος et τὰ ἐκτός, comprehendit. 15 I. e. ne liceat ea venumdare aliove quolibet modo abalienare. Nam quod Br. dicit, primis colonis praeter illa tria plethra etiam plethrum cum dimidio assignari, quomodo in verbis inesse possit, non assequor; immo tantum agri in ipsorum et posterorum dominio semper manere (καταμένειν) iubetur. Quare non recte Br. totam primam sortem abalienari vetari sumit, ut sane alibi fuit (Arist. Polit. VI, 4 p. 1319 a 10 ἦν δὲ τό γε ἀρχαῖον ἐν πολλαῖς πόλεσι νενομοθετημένον μηδὲ πωλεῖν ἐξεῖναι τοὺς ἀρχαίους κλήρους), sed dimidium eius ex commercio exemisse satis habebant legislatores. 16 Supplevi. τᾶ[ς πόλιος οἰκόπεδα καὶ τᾶς χώρα]ς ἀδιαιρέτου Br. Sed id τᾶς ἀδιαιρέτου χώρας esse debebat. Quare adiectivum praedicative ad καταλειφθείσας referri sumpsi. 17 Supplevi. ὀμόσαι κατ' ἔτος μηδὲ τὰν πόλιν Br. At neque de eo quod quotannis faciendum est infinitivus aoristi recte se habet nequé μηδὲ — μηδὲ pro μήτε — μήτε usurpatum. 18 Supplevi. ἐὰν δέ τι Br. 19 Civem hic significare videtur. Cf. Olympia V p. 22 n. 9, 8 αἴτε ϝέτας εἴτε τελεστὰ αἴτε δᾶμος. 20 Hinc colligas rogationes quidem ferendi ius penes solos magistratus fuisse, sed quae ab illis proposita essent oratione in comitiis populo commendare etiam privatis licuisse. Nam qui ipse ad populum fert vix recte συναγορεῖν dicitur. 21 Supplevi.

[Οἵδε] κατέλαβον τὰν χώρ[αν καὶ ἐτείχιξ]αν τὰν πόλιν.[22]
[Δυμᾶ]νες [Ὑλλεῖς] Πάμφυλοι

22 Sequitur civium laterculus secundum tribus dispositus, quem repetere nolo. Nomina pleraque vere Graeca ac potissimum quidem Dorica sunt, haud pauca in Sicilia aut apud Graecos orae Illyricae redire observavit Br.

934 Fragmentum lapidis leucophaei, Iulide (*Tzia*) inaedificatum in domo Μανώλη Κρητικοῦ, quae est in clivo occidentali arcis (Κάστρο). Ed. L. Savignoni Ἐφ. ἀρχ. 1898 p. 243 n. 1.

..... ἐὰν δέ τις[1]----------|.....
ἐς Ἰστίαιαν ἢ τὴν Ἰστι[αιῶν χώραν ----------|. κέσθω ἡ
πόλις: ἐὰν ὁ Ἰστιαι[εὺς βούληται ἐγ Κ|έω]ι[2] πολιτεύεσθαι, ἐλ-
5 θὼν ἀπο[γαψάσθω πρὸς νομοφ||ύλ]ακας[3] τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα· οἱ [δὲ
νομοφύλακες[4] ἀναγρα|ψά]ντων φυλὴγ καὶ τριπτὺν[5] [αὐτῶι. κατὰ τὰ
αὐτὰ δέ, | ἐὰν] ὁ Κεῖος βούληται ἐν Ἰστ[ιαίαι π|ολ]ιτεύεσθαι,
πρὸς τοὺς στρ[ατηγοὺς τοὺς ἐν | Ἰστ]ιαίαι ἀπογραψάσθω τὸ ὄ[νο-
10 μα ἑαυτοῦ· οἱ δε σ||τ]ρατηγοὶ φυλὴν καὶ δῆμον [ἀναγραψάντων
οὗ ἂν | μ]έλλῃι πολιτεύεσθαι. ἐξαγ[ωγὴν δε εἶναι τῶι] | Ἰστιαι-
⟨αι⟩εῖ ἐκ Κέω καθάπερ τῶ[ι Κείωι, καὶ τῶι Κείωι ἐξ] | Ἰστιαίας
καθάπερ τῷ Ἰστιαι[εῖ----------] | ἑκατέρους καὶ τῶι

Litterae formae volgaris praeter Ξ, dispositae στοιχηδόν, nisi quod v. 2 med. ΙΑ unius litterae locum tenent. Aut tertii aut alterius a. Chr. n. saeculi esse existimat editor; mihi illud quidem multo probabilius. Versus imparis longitudinis fuisse supplementa necessaria docent. 1 Ante haec dispiciuntur nonnullae litterarum relliquiae ΛΙΙΔΕ/ΝΙΛΙ. 2 Pactum est inter Ceos et Histiaeenses de civitate ultro citroque danda deque mutuo mercaturae commercio. Ceorum quattuor oppida tum sympolitiae necessitudine conexa fuisse, ut cum aliis populis plerumque coniunctim agerent et paciscerentur, pridem ex scriptoribus, titulis, nummis notum fuit. Cf. K. Bursian Geographie von Griechenland II p. 470 cum not. 1. 3 Supplevi. εἰς πίν]ακας S., quod intolerabile est propter pluralem. 4 Supplevi propter versum superiorem; S. στρατηγούς. Sane concedendum est, praetores Ceorum aliunde notos esse (G. Gilbert Gr. Staatsalterthümer II p. 203), nomophylacas non item. At illi singularum civitatium sunt, cum hic de communi totius insulae magistratu dici appareat. 5 Sic lapis; τρι(τ)τὺν emendavit S., fortasse recte. Sed cum apud Delios antiquam formam τρικτύς etiam altero a. Chr. n. saeculo conservatam videamus (n. 588, 19 sqq.), nescio an hic quoque sermonis Ceorum proprietas agnoscenda sit.

15 ὅρκωι[6] πρ[οστίθεσθαι ἐν Κέωι τῶι τῆς] ‖ βουλῆς καὶ περὶ
Ἰστιαιέωμ [βουλεύσειν ἀγαθὸν ὅτι ἂν] | δύνωνται, ἐν Ἰστιαίαι δὲ
τῶ[ι ὅρκωι προστίθεσθαι τῆς βουλῆς καὶ περὶ] | Κείωμ βου-
λεύσειν ἀγα[θὸν ὅτι ἂν δύνωνται----------|ν ἐλε[υ]θ[έρ]αν ἐγ
Κέωι [---------- | π]ροβούλους καὶ τ[---------
20 ---------- ‖ ἀσ]τυνόμους το[ὺς ἀεὶ ἐν ἑκάστηι τῶν πόλεων
ἀστυνο]|μο[ῦν]τα[ς][7].

6 Vs 14—17 supplevi; S. nihil nisi v. 15 βουλεύσειν restituit. Utrobique senatores iurabant se consulturos esse suae patriae optima quaeque; ei formulae nunc adicitur idem de alterius civitatis commodo ac salute. 7 Vs. 20. 21 restitui. Videtur hic aliquid de eis rationibus scriptum fuisse, quae Histiaeensibus cum singulis oppidis insulae Cei intercederent, cum ante universi modo Ceorum populi ratio habita esset. Quare hic comparet astynomorum magistratus, quem ipsum nomen indicat suum cuique oppido fuisse.

---

935 Stela marmorea ornata aëtomate cum tribus acroteriis, effossa anno 1895 Eretriae in gymnasio. Edd. R. B. Richardson et T. W. Heermance Americ. journal of archaeology XI (1896) p. 173 n. I.

Οἱ πρόβουλοι εἶπαν· ἐπειδὴ Ἐλπίνικος Νικομάχου | αἱρεθεὶς
ὑπὸ τοῦ δήμου γυμνασίαρχος ἔν τε τοῖς | λοιποῖς τοῖς κατὰ
τὴν ἀρχὴν ἐνδόξως ἀνεστρά|φη, συνελθόντων διὰ τὴν φιλοτιμίαν
5 αὐτοῦ ‖ πλειόνων παίδων τε καὶ ἐφήβων καὶ τῶν ἄλ|λων τῶν
ὑπὸ τὴν ἀρχὴν πειπτόντων, προενοιήθη[1] | τῆς εὐταξίας αὐτῶν,
ἐμμονεύσας[2] ἐν τῶι γυ|μνασίωι δι' ἐνιαυτοῦ, καὶ παρέσχεν ἐκ
τοῦ ἰδίου | ῥήτορά[3] τε καὶ ὁπλομάχον[4], οἵτινες ἐσχόλαζον ‖

Litterae volgares, nisi quod σῖγμα divergentia quidem habet bracchia, sed non multum, et P et φ plerumque admodum angusta sunt; praeterea omnium litterarum hastae apices habent. Alterius a. Chr. n. saeculi ad finem vergentis aut primi ineuntis esse videtur. 1 Cf. n. 147, 23. 192, 82. 194, 48. 197, 3. 530, 331. 594, 25. 789, 80. 2 Verbum denominativum descendens ab adiectivo ἔμμονος eadem ratione usurpatur in titulo gymnastico Eretriensi Journal Am. of archaeol. XI (1896) p. 188 n. II, 8. 3 Inter magistros qui certo salario proposito conducuntur ut ephebos puerosque instituant, rhetor nunquam comparet, sed in altero titulo Eretriensi (not. 2) v. 10 legitur [εὐ]χερέστερον (?) δὲ βουλόμενος τοὺς νέους ὠφελεῖν (Μαντίδωρος Καλλικράτους ὁ γυμνασίαρχος) παρ[έσ]χεν ἐκ τοῦ ἰδίου ὁμ[η]ρικὸν φιλόλογον Διο-

10 ἐν τῶι γυμνασίωι τοῖς τε παισὶν καὶ ἐφήβοις καὶ | τοῖς ἄλλοις τοῖς βουλομένοις τὴν ἀπὸ τῶν τοιού|των ὠφελίαν ἐπιδέχεσθαι· ἐφρόντισεν δὲ καὶ τοῦ | ἐλαίου, ὅπως χαριέστατον ᾖ, τὴν εἰς ταῦτα δαπά|νην ἐπιδεχόμενος ἰδίαι· ἔθηκεν δὲ καὶ δολίχους ‖ 15 πλείονας, συνετέλει δὲ καὶ θυσίαν καθ' ἕκαστον | δόλιχον τῶι Ἑρμεῖ τό τε διδόμενον ἆθλον ὑπὸ τ[οῦ] | δήμου τῶι νικήσαντι τὸν ἀπὸ τοῦ Ἡρακλείου δρ[ό]|μον[5] αὐτὸς προέθηκεν[6] ἐκ τοῦ ἰδίου, τὸ δοθὲν ὑπὸ | τοῦ δήμου διάφορον ἀποδοὺς τῇ πόλει· 20 καὶ τὸν τ(ῶι)[7] ‖ Ἡρακλεῖ τιθέμενον ἀγῶνα συντελέσας τὴν | εἰς τὰ ἆθλα δαπάνην ἀνήλωσεν ἐκ τοῦ ἰδίου, | τὴν πᾶσαν φιλοτιμίαν ποιούμενος χάριν τῆς τῶν | πολλῶν εὐνοίας· ἔν τε τῆι πανηγύρει τῶν Ἀρτε|μεισίων συνετέλει τὸ ἄλειμμα ἐκκ[8] τοῦ 25 ἰδίου, τὴν ‖ δαπάνην ἐπιδεχόμενος οὐ μόνον εἰς τοὺς πο|λίτας ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς λοιποὺς τοὺς εἰς τὴν πα|νήγυριν παραγενόμένους καὶ μετέχοντας τῶν | κοινῶν[9] ξένους, τήν τε θυσίαν τῶι Ἑρμεῖ συντελῶν | ἐκάλεσεν ἐκ προγράμματος τούς τε πο- 30 λίτας καὶ ‖ Ῥωμαίων τοὺς παρεπιδημοῦντας, καὶ τοὺς μὲν τῶν κοι|νῶν μετέχοντας[10] τῆι τετράδι (εἰ)στίασεν, τῆι δὲ πέμ|πτει καὶ ἑτέρους τῶν τε πολιτῶν καὶ ξένων πλήονας· | τόπον τε

νύσιον Φιλώτου Ἀθηναῖον, [ὅστις ἐ]σχόλαζεν ἐν τῶ[ι] γυμνασίωι τοῖς τε ἐφήβοις καὶ [παισὶν καὶ τοῖς] ἄλλοις πᾶσι τοῖς [ο]ἰκείως διακειμένοις πρὸς παιδ[είαν]. Alibi plerumque armorum exercitationis, rei gymnasticae artisque canendi modo ratio habetur. Sed Athenis cosmetae certe curandum fuit, ut adulescentes scholis philosophorum, rhetorum, grammaticorum, qui sane non inter peculiares epheborum potissimum praeceptores erant, assidue interessent (n. 521, 35. 85. C. I. Att. II, 478, 18 sqq.). R. H. 4 Cf. n. 521, 19. 52. 5 Cf. I. G. Sept. I 2871, 9 ἵππῳ τελέῳ τὸν [ἀπὸ] τοῦ Ἄρεως (sc. δρόμον). Illic a simulacro dei sub divo stante incipit cursus, hic a sacello. 6 Cf. n. 226[13]. 466[6]. 7 ΤΟΥ lapis, cui errori τοῦ Ἡρακλείου v. 17 ansam praebuisse opinantur R. H. 8 Cf. n. 197[17]. 536, 7. 9 Nonnulla iura, quae proprie civium erant, privilegio etiam peregrinis tribui poterant. Eos hic recte intellegunt R. H. 10 Hac appellatione ut etiam peregrinorum genus quoddam contineri supra vidimus (not. 9), sic non omnes cives ea comprehendi docet v. 32 καὶ ἑτέρους τῶν τε πολιτῶν καὶ ξένων. Apparet igitur tum Eretriae non fuisse imperium populare, id quod etiam probulorum (v. 1) nomine confirmatur, si rationem habeas observationis Aristotelis Politic. IV, 15 p. 1299 b, 30: οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ (ἀρχαὶ) ἴδιαί τινες (τῆς ὀλιγαρχίας) εἰσίν, οἷον ἡ τῶι προβούλων· αὕτη γὰρ οὐ δημοκρατική, βουλὴ δὲ δημοτικόν. δεῖ μὲν γὰρ εἶναί τι τοιοῦτον ᾧ ἐπιμελὲς ἔσται τοῦ δήμου προβουλεύειν, ὅπως ἀσχολῶν ἔσται· τοῦτο δ' ἐὰν ὀλίγοι τὸν ἀριθμὸν ὦσιν, ὀλιγαρχικόν· τοὺς δὲ προβούλους ὀλίγους ἀναγκαῖον εἶναι τὸ πλῆθος, ὥστε ὀλιγαρχικόν.

αἰτησάμενος τοὺς συνέδρους ἐν τῆι ἐξέδραι | τῆι ἐν τῶι ἐπι-
35 καμπίωι[11] τῶι ἐν τῆ παραδρομίδι[12] ἀνέθη||κεν βάθρα λευκοῦ
λίθου καὶ Ἑρμῆν, εἰς τὰ προειρημέ|να δαπάνας ἐπιδεξάμενος
πλήονας, βουλόμε|νος τὴν ἰδίαν εὔνοιαν ἣν ἔχει πρὸς τὸν δῆμον
ἀπο|δείγνυσθαι[13]· ἵνα οὖν καὶ ὁ δῆμος φαίνηται εὐχάριστος |
40 καὶ τιμῶν τοὺς ἀρετῆι διαφέροντας πολλοί τε δόξης || ἐπιθυ-
μηταὶ γένωνται, δεδόχθαι τοῖς τε συνέδροις | καὶ τῶι δήμωι,
ἐπαινέσαι Ἐλπίνικον Νικομάχου ἐπὶ τῆι | πρὸς τὸν δῆμον
εὐνοίαι καὶ στεφανῶσαι θαλλοῦ στεφάνωι. | ἀναγράψαι δὲ καὶ
τόδε τὸ ψήφισμα εἰς στήλην λιθίνην καὶ | ἀναθεῖναι ἐν τῶι
45 γυμνασίωι ἐν τῶι ἐπιφανεστάτωι τόπωι, || ὅπως ᾖ καὶ τοῖς ἐπι-
γινομένοις ἡ δόξα φανερὰ καὶ ἡ τοῦ δή|μου τοῖς ἀγαθοῖς ἀν-
δράσι τιμή, καὶ πολλοὶ ⟨ς⟩ τῶν ὁμοίων γ[έ]|νωνται ζηλωταί.
ἑλέσθαι δὲ καὶ ἐπιστάτην ὅστις ἐπιμ[ε]|λήσεται τῆς τε ἀναγραφῆς
τῶν ἐψηφισμένων καὶ τῆ[ς] | ἀναθέσεως τῆς στήλης. εἱρέθη[14]
ἐπιστάτης Φιλοκλῆς Νικο....

---

11 Cf. Plutarch. de genio Socratis 25 p. 594 B κἀγὼ 'ταῦτ', 'ἔφην, 'πράττωμεν· ἀλλὰ μικρὸν οἶμαί τι μετ' ἐμοῦ καὶ Γαλαξιδώρου βούλεταί σοι διαλεχθῆναι οὑτοσὶ Θεόκριτος'. 'ἀγαθῇ τύχῃ', εἶπεν, 'διαλεγέσθω'. καὶ προῆγεν ἀναστὰς εἰς τὸ ἐπικάμπιον τῆς στοᾶς. Angulum significari et illic et hic apparet. R. H. 12 Locus arboribus consitus iuxta gymnasium, in quo ambulant ei qui non occupati sunt exercitationibus gymnasticis. Cf. Vitruv. de arch. V, 11. H. R. 13 Perfrequens haec assimilatio (γν ex κν) in compage duarum vocis compositae partium aut inter praepositionem et casum inde pendentem (v. indicem grammaticum), sed admodum rara intra unum vocabulum simplex. 14 Cf. n. 152[12].

---

936 Tabula satis crassa marmoris albi inventa Cyparissiae. Ex Eustathii Phlori sacerdotis Graeci apographo et ex ectypo chartaceo, quod lapide magis mutilato partem dextram superiorem tituli non iam habebat, ed. Colin Bull. de corr. Hell. XXI (1897) p. 574.

[Θε]ός. | [Ὅσ]τις κα ἐσάγῃ εἰς τὰν τῶν Κυπαρισσιέ|[ω]ν χώραν,
ἐπεί κα ἐξέληται τὰ ἐμπόρια, ἀπ[ο]|γραψάσθω ποτὶ τοὺς πεντη-
5 κοστολόγ[ου]||ς καὶ καταβαλέτω τὰμ πεντηκοστὰν π[ρὶ]|ν ἀνάγειν

Litterae volgares praeter ΝΞΥΨ (ψῖ), ex quibus nonnullae non carent affectatae antiquitatis suspicione; nam iota mutum ter (v. 2. 7. 14) neglectum

τι ἢ πωλεῖν· εἰ δὲ μή, ἀποτεισά|τω δεκαπλόαν. ὅτι δέ τίς κα
ἐξάγῃ κατὰ | θάλασσαν, ἀπογραψάμενος ποτὶ τοὺς | πεντηκοστο-
10 λόγους καὶ καταβαλὼν τὰ||ν πεντηκοστὰν ἀντιθέσθω[1], παρακα-
λέ|σας τὸμ πεντηκοστολόγον, πρόσθεν | δὲ μὴ ἀντιθέσθω· εἰ δὲ
μή, ἀποτεισάτω | δεκαπλόαν τὰν πεντηκοστὰν κατὰ τ|[ὰ]ν σύγ-
15 ραφον. εἰ δέ τίς κα ὀλιγοτιμάσῃ[2], || [ἐπι]καθιξεῖται[3] ὁ πεντη-
κοστολόγο[ς | ὥς[4] κα χ]ρήζῃ κατὰ τὰν σύνγραφ[ον].

---

monet, ne remotioris antiquitatis esse statuamus titulum. 1 In navem imponat. Neque enim aoristum verbi ἀντι-τίθημι, sed praesens verbi ἀν(α)-τίθημι esse perspexit C. 2 Si iusto minus pretium apud coactores quinquagesimae professus erit, quo minorem pecuniam vectigalis nomine pendat. 3 Ad ἐπικαθίζομαι rettulit C., movens καθιξῶ futurum doricum verbi καθίζω esse. Sed aeque recte ad ἐπικαθικνεῖσθαί refertur hoc futurum, et a sententia quidem hoc multo magis placet. Neque dubito, quin ab eodem verbo descendat glossa Hesychii καθίξεσθε· καθάψεσθε, κρατήσετε (nam sic pro καθάψασθε, κρατήσατε scribendum videtur), qua suam sententiam fulcire conatur. Item ἐπιλαμβάνειν apud Demosthenem XXI, 133, quo similem atque hoc loco notionem exprimi recte statuit ille, significatione multo propius abest a καθικνεῖσθαι quam a καθίζειν vel καθίζεσθαι. 4 Supplevi. ὧν C. Sed illud feriendi, i. e. poena afficiendi notioni quae est in ἐπικαθιξεῖται (not. 3) accommodatius mihi videtur.

---

937 Stela marmoris Pentelici cum aëtomate inventa Athenis ad radices collis Nympharum, exstat ibidem in schola Americana. Ed. G. D. Lord American journal of archaeology N. S. III (1899) p. 44, tab. I (Ch. Michel Recueil d' inscr. Gr. p. 909 n. 1356).

[Θε]οί. | [Ο]ἱ ὀργεῶνες ἐμίσθωσαν τὸ ἱερὸν το|[ῦ] Ἐγρέτου[1]
Διογνήτωι Ἀρκεσίλου Με|λιτεῖ εἰς δέκα ἔτη : HH : δραχμῶν

Litterae volgares Ionicae dispositae in universum quidem στοιχηδόν, versibus duodetricenarum litterarum, sed ita ut in fine versuum hic illic singulae binaeve litterae supra numerum addantur aut singula loca vacua relinquantur. De aetate cf. not. 18. 1 Herois nomen ad ἐγείρειν verbum rettulit L., sed quod ei cum Apolline aliquid necessitudinis intercedere statuit, argumentis perquam lubricis nititur. Nam quod mense Boëdromione sacra fiunt heroi (v. 25), nihil valet, quia nomen quidem huius mensis ab Apollinis cultu repetitum est, sacra vero etiam publica Athenis multorum aliorum deorum in eundem incidunt; multo minus etiam de privatis sodalitatis cuiuspiam, qualia hic habemus, ullam eiusmodi coniecturam facere licet; quod vero Apollinis ἀγρέτεω (Bull. de corr. Hell. III p. 322)

5 τοῦ ‖ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου, χρή[σα]σθαι[2] τῶι ἱ|ερῶι καὶ ταῖς οἰ-
κία(ι)ς[3] ταῖς ἐνωικοδ|ομημέναις[4] ὡς ἱερῶι[5]. περιαλείψει[6] δ|ὲ
Διόγνητος καὶ τῶν τοίχων τοὺς δε|ομένους, ἐνοικοδομήσει δὲ
10 καὶ κατ‖ασκευᾶι[7] καὶ ἄλλ' ὅ(τ)αν τι[8] βούληται | Διόγνητος.
ὅταν δὲ ὁ χρόνος ἐξίηι | αὐτῶι τῆς δεκαετίας, ἄπεισιν ἔχων |
τὰ ξύλα καὶ τὸν κέραμον καὶ τὰ θυρώ|[μ]ατα[9], τῶν δ' ἄλλων
15 κινήσει οὐθέν. ἐπι‖[μ]ελήσεται δὲ καὶ τῶν δένδρων τῶν | ἐν
τῶι ἱερῶι πεφυκότων, καὶ ἄν τι ἐγ|λείπει, ἀντεμβαλεῖ καὶ παρα-
δώσει | τὸν αὐτὸν ἀριθμόν. τὴν δὲ μίσθωσιν | ἀποδώσει
20 Διόγνητος τῶι ἀεὶ ταμιε‖ύοντι τῶν ὀργεώνων ἑκάστου τοῦ
ἐν|ιαυτοῦ τὴμ μὲν ἡμίσεαν τὰς : Η : δραχμὰ[ς] | τοῦ Βοηδρο-
μιῶνος τῆι νουμηνίαι, | τὴν δὲ λοιπὴν τὰς : Η : δραχμὰς τοῦ
25 Ἐλα|φηβολιῶνος τῆι νουμ(η)νίαι[10]. ὅταν δὲ ‖ θώσιν οἱ ὀργε-
ῶνες τῶι ἥρωι τοῦ Βο|ηδρομιῶνος, παρέχειν Διόγνητον τ|ὴν
οἰκίαν[11], οὗ τὸ ἱερόν ἐστιν[12], ἀνεωιγ|μένην καὶ στέγην[13] καὶ τὸ

---

neutrum facit, hoc cognomen sono quidem et derivandi ratione huic Ἐγρέτης simillimum est, stirpe vero et significatione diversum. 2 ΧΡΗ··ΣΘΑΙ lapis; duarum litterarum spatium vacuum relictum est, fortasse quia quadratarius ambigebat, utrum χρῆσθαι an χρήσασθαι an χρήσεσθαι incidendum esset. 3 ΟΙΚΙΑΣ. 4 Hic domus in delubro (ἱερῷ) inaedificatae esse dicuntur, cum v. 26 sq. vice versu τὴν οἰκίαν, οὗ τὸ ἱερόν ἐστι legatur. Quod non video quomodo explicetur, nisi priore loco area sacra in qua haec omnia aedificia sunt, infra vero cella in qua simulacrum herois est voce ἱερόν significatur. 5 I. e. ita ut nulla ex parte sacra, quae ibi fieri debent, profano usu loci et aedificiorum impediantur. Cf. not. 4. 6 Cf. n. 587, 61 εἰς τὴν περιαλοιφὴν τοῦ τείχους. 7 Cf. n. 226, 126. 150. 540, 12. 73. 102. 115. 601, 28. 734, 113. Quae exempla contracti verborum in -άζω futuri sane omnia tertii secundique a. Chr. n. saeculorum sunt. Sed non ab omni parte verum est, antiquiore aetate id omnino inauditum esse. Nam apud Aristophanem Equitum 456 futurum κολᾷ et Vesparum 244 participium κολωμένους a κολάζω derivantur. 8 ΟΣΑΝΤΙ lapis. Sine dubio ὅσ' ἄν τι intolerabile est propter duo pronomina inter se pugnantia. Emendavit A. Wilhelm apud L. 9 Sine tecto et valvis locatum erat fanum, quare illa Diognetus suis impensis parat et decedens secum avehit. 10 ΝΟΥΜΙΝΙΑΙ. 11 Aliis temporibus in domo, quam conductor habitat, unum modo conclave quod cellae vicibus fungitur cultui herois inservit, sed per illa maxime sollemnia anniversaria totam domum vacuam in usum feriarum orgeonibus permittere debet. Cf. plane geminam legem de sacris Cois Herculis Diomedontei n. 734, 104 sqq. 12 Cf. not. 4. 13 De aedificio ligneo ad tempus erecto, quod similem usum per ferias praebeat ac tentoria (σκηναί), quae perfrequenter commemorantur (n. 177, 3. 562, 4. 581, 2. 653, 34), haec interpretanda videntur. Nam si de perpetua aedificiorum locatarum parte

30 ὀπτάνιον[14] | καὶ κλίνας καὶ τραπέζας εἰς δύο τρ||ίκλινα. ἐὰν δὲ μὴ ἀποδιδῶι τὴμ μίσθ|ωσιν Διόγνητος ἐν τοῖς χρόνοις τοῖς | γεγραμμένοις ἢ τἆλλα μὴ ποεῖ τὰ ἐν | τῆι μισθώσει γεγραμ-
35 μένα, ἄκυρος | ἔστω αὐτῶι ἡ μίσθωσις καὶ στερέσθ[ω] || τῶν ξύλων καὶ τοῦ κεράμου καὶ τῶν | θυρωμάτων[15], καὶ ἐξέστω τοῖς ὀργεῶσι | μισθοῦν ὅτωι ἂν βούλωνται. ἐὰν δέ τις | εἰσφορὰ γίνηται, ἀπὸ τοῦ τιμήματος | τοῖς ὀργεῶσιν εἶναι[16]. ἀναγράψαι
40 δὲ || τὴμ μίσθωσιν τήνδε Διόγνητον εἰς | τὴν στήλην τὴν ὑπάρχουσαν[17] ἐν τῶι ἱ|ερῶι. χρόνος ἄρχει τῆς μισθώσεως | ἄρχων ὁ μετὰ Κόροιβον ἄρχοντα[18].

---

diceretur articulo hic non magis careri poterat quam in τὴν οἰκίαν et τὸ ὀπτάνιον. 14 Cf. n. 587, 189. 15 Cf. not. 9. 16 Cf. n. 534[8]. 17 Antiquioris tituli excisi cum hic inscriberetur manifesta vestigia in tabula deprehendit L. 18 Ol. 118, 3 (306/5 a. Chr.).

---

938 Stela lapidis calcarii albi, fracta supra et infra, effossa anno 1898 in Asclepieo Epidauriorum. Ed. P. Cavvadias Ἐφ. ἀρχ. 1899 p. 1 n. 1. Cf. quae adnotavit R. Meister Ber. der phil.-hist. Cl. der Ges. der Wissensch. zu Leipzig 1899 p. 150 sqq.

[Τὸι Ἀπόλλονι θύεν[1] βῶν ἔ|ρσενα καὶ ϲομονάοις βῶ|ν ἔρσενα, ἐπὶ
5 τὸ βομοῦ τὸ] | Ἀπόλλο[νος] τα[ῦτα] θ[ύεν κ]||αὶ καλαΐδα[2] τᾶι

Litterae figura quidem non discrepantes a volgaribus Ionicis optimae aetatis praeter Ⱨ (spir. asp.) Ⱬ; litterae ϹϹ brachia leniter incurvata. Praeter aspirationis signum etiam ea re antiquiorem morem sequitur scriptura, quod η et ω nusquam distinguuntur ab ε et ο. Quod contra vocalis ū simplex modo Ο modo ΟΥ est. Hanc scripturam quinto a. Chr. n. saeculo exeunti convenire iudicat Ca., recte si quid video. 1 Vs. 1—3 ex altera tituli parte (v. 18—22) supplevit Cav. certissima ratione, quia etiam quae exstant paene omnia ad verbum eadem sunt hic atque illic; Apollinem ut hic sic in omnibus qui utriusque dei mentionem faciant titulis Epidauriis priorem locum tenere, Aesculapium posteriorem observat Ca., qui haec sacrificiorum praecepta non improbabiliter ad ferias publicas Asclepieorum (n. 676, 4. 689 1. 690, 1) refert. 2 Gallinam hic, gallum v. 23 intellegit Cav., cui interpretationi optime conveniunt testimonia de gallis gallinaceis Aesculapio immolatis (not. 9). De origine vocis provocavit ad κάλλαια· οἱ τῶν ἀλεκτρυόνων πώγωνες apud Hesychium et eandem interpretationem fusius explicatam Etym. M. p. 486, 45. Quam opinionem iure reiecit M., quia neque illam partem avis solam deo oblatam esse neque partis appellationem ad totum animal translatam probabile sit. Quod ipse ab adiectivo κελαϝός 'canorus' repetit, certe

Λατοῖ κα|ὶ τἀρτάμιτι ἄλλαν, φερν|ὰν[3] τοῖ θιοῖ κριθᾶν μέδι|μμνον,
10 σπυρῶν[4] ʿεμίδιμμ|νον, οἴνου ʿεμίτειαν[5] κα||ὶ τὸς σκέλος[6] τοῦ
βοὸς το|ῦ πράτου, τὸ δ' ἄτερον σκέ|λος τοὶ ιαρομμνάμονες |
15 φερόσθο, τοῦ δευτέρου β|οὸς τοῖς ἀοιδοῖς δόντο || τὸ σκέλος, τὸ
δ' ἄτερον σκ|έλος τοῖς φρουροῖς δόν|το καὶ τἐνδοσθίδια[7].

20 Τοῖ Ἀσσκλαπιοῖ θύεν βο|ν ἔρσενα καὶ ʿομονάοις[8] || βοῦν
ἔρσενα καὶ ʿομονάα|ις[9] βοῦν θέλειαν, ἐπὶ τοῦ β|ομοῦ τοῦ Ἀ-
σκλαπιοῦ θύε|ν ταῦτα καὶ καλαΐδα[10]. ἀνθ|έντο τοῖ Ἀσκλαπιοῖ
25 φερ||νὰν κριθᾶν μέδιμμνον, σ|πυρῶν ʿεμίδιμμνον, οἴν|ου ʿεμίτειαν·
σκέλος τὸ | πράτου βοὸς παρθέντο τ|[οῖ] θιοῖ, τὸ δ' ἄτερον τοὶ
30 ι||αρομνάμονες φε[ρόσ]θο, τ|[οῦ δε]υτέρο τοῖς ἀοιδοῖ[ς δόντο],
τὸ δ' ἄτερον το[ῖς | φρουροῖς δόντο καὶ τἐν|δοσθίδια].

---

aliarum linguarum, quae ut nostra gallum a cantu denominant, commendatur. Sed num illud adiectivum ipsum satis certis testimoniis nitatur dubito. Genus grammaticum non modo v. 5. 6 propter ἄλλαν certum est, sed etiam v. 23, quia ex legibus sermonis Graeci καλαΐς non potest non femininum esse. Inde sane de sexu naturali quicquam colligi licere negant interpretes, ideoque sumit Cav. deabus gallinam, deo gallum mactari, M. vero utrobique nihil interfuisse statuit masne an femina offerretur. Sed quae Athenaeus IX 373 ef, ad quem M. provocat, ex poetis antiquis affert, ea si quid video eo spectant ut quondam etiam femininum ἡ ἀλεκτρυών usitatum fuisse probetur, non ut eo mares quoque contineri doceatur. Quare utroque huius tituli loco gallinam intellego. 3 Idem quod alibi θεομοιρία, θευμορία dicitur. Cf. 617 13. 4 Sic recte M., cum Cav. Σ notam medimni partem indicantem putavisset. σπυροί etiam in titulis Cois n. 617, 9 (cf. ibi not. 6). 618, 11 est. 5 ἡμίτειαν idem quod ἡμίσειαν Cav. adiectivum opinatur, referendum ad κοτύλην, quod mente addendum sit. At hoc nimis exiguum esse vidit M., qui τὰν ἡμίτειαν (μοῖραν) substantive eadem vi atque τὸ ἥμισυ usurpari dicit, ut non opus sit femininum genus a certo mensurae nomine repetere. Sic vero sine dubio ἡμίεκτον intellegi, quod etiam nude ἥμισυ dici consuevisse Hesychii glossa ἥμισυ probat, etsi corrupta est. Ceterum consonae ταῦ in hac voce conservatae aliud exemplum [ἡ]μιτυέκτω ex titulo Cretico Mus. Ital. II p. 116 n. 8, 3. 4 affert M. 6 Cf. τοὔρ ʿΡειτοῦ n. 541, 15. 7 I. e. intestina (σπλάγχνα). 8 Inter hos sine dubio Telesphorus (n. 778, 1) fuit, fortasse etiam Mercurius (n. 631 3). 9 Hygiea, Iaso, Aceso, Panacea et fortasse aliae deae ignotae. 10 Gallos gallinaceos Aesculapio immolari solitos esse constat. Cf. Plat. Phaedon. 118 A. Herondas IV, 12. 88 sqq. Lucian. Bis accus. 5. Artemidor. Oniroc. V, 9. Cav. De vocis genere et victimae sexu v. not. 2.

939 Stela sine ornamentis, lapidis Arcadici qui vocatur ἀσβεστόλιθος, effossa in agro N. Zorbae in loco qui vocatur ᾽ς τὰ Σελά prope Lycosuram Arcadiae. Ed. B. Leonardos Ἐφ. ἀρχ. 1898 p. 249, tab. 15. Cf. quae disputavit R. Meister Ber. der phil.-hist. Cl. der Kgl. sächs. Ges. d. Wissensch. 1899 p. 147 sqq.

Δεσποίνας.

⟨Μὴ παρέρπην ἔχοντας⟩[1]. Μὴ ἐξέστω | παρέρπην[2] ἔχοντας ἐν
5 τὸ ἱερὸν τᾶς | Δεσποίνας μὴ χρ[υσ]ία[3] ὅσα [μὴ ἐν] ἀν[ά]‖θεμα,
μηδὲ πορφύρε[ο]ν[4] εἱματισμὸν[5] | μηδὲ ἀν[θι]νὸν[6] μηδὲ [μέλα]να[7],
μηδὲ ὑπο|δήματα[8] μηδὲ [δ]ακτύλιον· [εἰ] δ᾽ ἄν τις | παρένθῃ[9]
ἔχων [τ]ι τῶν ἁ στάλα [κ]ωλύει, | ἀναθέτω ἐν τὸ ἱερὸν· μηδὲ
10 τὰς [τρί]‖χας ἀμπεπλεγμένας, μηδὲ κεκαλυ[μ]‖μένος·[10] μηδὲ
ἄνθεα παρφέρην· μηδὲ | μύεσθαι[11] ⟨μύεσθαι[12]⟩ κυένσαν μηδὲ
θη|λαζομέναν. τὸς δὲ θύοντας [π]ὸ[ς] θύ[η]|σ[ι]ν[13] χρέεσθαι[14]

Litterae volgares praeter ΘΞΣΠϕ dispositae στοιχηδόν, praeter v. 1 multo maioribus litteris exaratum. 1 Hic septendecim litterae consulto deletae sunt, quod commode sic expedivit L., ut statueret initium primo insculptum esse omisso per errorem imperativo, quo animadverso illa excisa et novum initium captum. 2 L. provocat ad n. 653, 36 μηδὲ παρερπέτω μηθεὶς ἀμύητος et n. 563, 1 ἐς τὸ ἱερὸν μὴ ἐσέρπειν. 3 Cf. n. 653, 22 μὴ ἐχέτω μηδεμία χρυσία. L. 4 Cf. n. 653, 24. 5 Haec scriptura, origini vocis accommodatior illa quidem, habetur etiam n. 653, 15. 16. 24. 25. 27, itemque in nomine εἱμάτιον n. 653, 16. 17. 18. 19. 20. 21. n. 877, 3. 7. 8. L. 6 Inter ἀνθ[η]νόν et ἀνθ[ι]νόν ambiguus haeret L., illud praetulit M. Sed similitudo nominis Φαηνός, Φαηνά, ad quam illi provocant, nulla est, siquidem etiam in volgari sermone distant ἀνθῖνός et φαεινός, etsi illud ab ἄνθος descendit ut hoc a φάος. Ceterum Cf. n. 564, 1. 2 μὴ προσιέναι ἐν ἀνθινοῖς. 7 Cf. n. 653, 13. 16. 24. 8 Cf. n. 560, 25. 653, 22. 9 In hac et nonnullis aliis stirpibus λ ante dentales in ν converti apud Dorienses quidem iam diu notum erat, apud Arcadas vero praeter hoc exemplum unum exstat nominis proprii Φίντων in titulo Tegeatico (O. Hoffmann die gr. Dialekte I p. 27 n. 32, 2). L. 10 I. e. μηδὲ (παρέρπην τὰς γυναῖκας) τὰς τρίχας ἀμπεπλεγμένας μηδὲ (τοὺς ἄνδρας) κεκαλυμμένος. M. Cf. n. 653, 22 μὴ ἐχέτω δὲ μηδεμία ---- μηδὲ τὰς τρίχας ἀνπεπλεγμένας. L. 11 Non cum L. ad μύω (μύστης, μυστήριον) hoc referendum est, sed ut κυένσαν ad illam verborum contractorum flexionem, quae verborum in -μι normam sequitur. Itaque μύεσθαι non Attici λύεσθαι, sed Attici τίθεσθαι, ἵεσθαι simile habendum est. 12 Vocabulum errore iteratum. 13 Vocabulum quod ipsum quidem alibi non exstat, sed similibus θυηλή, θύημα, θυητής, θυητός satis defenditur, reposuit L. monens etiam de θύ[ω]σιν (cf. θύωμα) cogitari posse. 14 Cum Calchedoniorum χρηείσθω, Boeotorum χρειεῖσθη, Eleorum χρῆσται

15 ἐλαίαι, μύρτοι, κηρίο[ι,] ‖ ὁλοαῖς[15] ἀ[ιρ]ologημέναις[16], ἀγάλμα[τι],
| μάκων[σ]ι λευκαῖς, λυχνίοις, θυμιά|μασιν, [ζ]μύρναι, ἀρώμασιν·
τὸς δὲ θ[ύ]|οντας τᾶι Δεσποίναι θύματα θύ[ην] | θήλεα [λευκὰ[17]
.....]ς καὶ κ-----

(cf. n. 594[2]) hoc contulerim. Nam Ionum χρέεσθαι etsi omnes litteras easdem habet, tamen huc trahere non licet quia verba contracta apud Arcadas eorum quae in -μι cadunt flexionem sequuntur. 15 I. e. οὐλαῖς, ὁλαῖς. Non ex ὁλϝαί, sed ex ὁλεϝαί cuius ε propter prioris syllabae vocalem in ο abiisset, hoc natum esse docuit M. 16 Supplevit L. αἶρα (*lolium temulentum*) ut a frumento quo homines vescerentur diligenter separandum erat ne valitudini eorum noceret (Theophrast. hist. plant. VIII, 4, 6 σῖτοι καθαροὶ αἰρῶν), sic item religio erat hordeo non diligenter expurgato uti in molae salsae caerimonia. Verbi derivationem et structuram simillimam esse illi δένδρα καρπολογούμενα (Theophrast. de causis plant. I, 15, 1) monet L., qui idem participium praesentis et perfecti in dialecto Arcadica discerni non posse, sed hic sententiam perfectum flagitare adnotavit. Quare ἀιρο-, non αἰρο- scribendum mihi visum est, quia non est cur Arcadas augmentum temporale neglexisse statuamus. Cf. n. 330[10]. 17 Cf. Pausan. VIII, 37, 8 καὶ τελετήν τε δρῶσιν ἐνταῦθα καὶ τῇ Δεσποίνῃ θύουσιν ἱερεῖα οἱ Ἀρκάδες πολλά τε καὶ ἄφθονα, θύει μὲν δὴ αὐτῶν ἕκαστος ὅτι κέκτηται. Videtur minus accurate dicere periegeta; nempe de genere quidem victimarum nihil praescriptum erat, sed omnia arbitrio eorum qui rem divinam facere vellent permissa, de sexu et colore non item.

---

940 Tabula marmoris albi fracta in duas partes. In altera parte hic titulus, in altera alius (Mitth. XXIII p. 456 n. 3). Lapis cum foco deversorii cuiusdam in insula Co insertus esset, igne magnopere laesus et scriptura, quae non profunde incisa esset, obscurata est. Ed. R. Herzog Mitth. des arch. Inst. in Athen XXIII (1898) p. 451 n. 2, qui se in scriptura obscurissima legenda insigniter adiutum profitetur a R. W. Patone.

-----μενὼι α.... παν----------|.....α.σια μηρεια[1] τὰ
νομιζόμεν[α --------|.]αικαε.ε.ιον[2] τοὶ μὲν τὰν χειμεριν[ὰν[3]] |
5 ἄρχοντες[4] [Γ]εραστίου[5] κζ'[6], τοὶ δὲ τὰν θε[ρι]‖νὰν ἄρχον[τε]ς

Litterae volgares praeter ΖΠΣ, non dispositae στοιχηδόν. Primi a Chr. n. saeculi esse videtur. 1 ΜΓΙΤΙΑ P. ΜΗΡΕΙΑ H., qui aut [ἱε]ρεῖα aut μηρ(ε)ία in his latere coniecit. 2 Sic H., [π]αρ καθ.δ..ον P. 3 Sc. ἐξάμηνον. 4 Fortasse non de eponymis magistratibus, sed de aliis quibuslibet, qui in superiore deperdita tituli parte commemorati fuerint, haec

[τ]ᾷ κδ΄, τῶν δὲ ἄλλων ὁ χρήι|ζων ἐπεί κα [λῆι]. καὶ ἰσχίον[7]
ὅσιόν ἐστιν θύεν | ταῖς θεαῖς. θύοντωι[8] δὲ καὶ τοὶ ἐργολα-
βεῦν|τες τὸ ἱερὸν ἢ [δ]αμόσιον ἔργον καθ' ἕκασ|τον ἐνια[υτὸν
10 ἅπ]αξ· ὅσσοι μέν κα ἐργολα‖βήσωντ[ι μέχρι γ΄ τρ]απέζαι[9] ἀπὸ
Ⲗ ι΄· τοὶ δὲ | ἀπὸ [γ΄] ἐ[πὶ ε΄ ἀπὸ Ⲗ]κ΄, [τ]οὶ δὲ ὑπὲρ ε΄ ἀπὸ
Ⲗ ν΄. | καὶ τοὶ [ἀρχιτέκτ]ονες[10] μὴ πρότερον αὐ|[τ]οῖς τὰ[ς δόσεις
δ]ιδόντωι[11], αἴ κα μὴ ὁ ἱρεὺς | [α]ὐτο[ῖ]ς [ἐμφαν]ίσῃ τὰν θυσίαν
15 ἐπιτε‖[τ]ελέσθα[ι, ἢ ὀφε]ιλόντω ἐπιτίμιον ἱ[ε]|ρὰς Ἀδραστείας καὶ
Νεμέσεως[12] Ⲗ ↃↃ[13]. | θυόντ[ωι] δὲ [καὶ τ]οὶ ἀπο[δει]κνύμενοι
πά[ν]|τες ὑπὸ τ[ῶν τρα]πεζειτῶν[14] ἢ ἄλλως πως | καθίζοντες
20 ἐπὶ τὰν τράπεζαν[15] ‖ ἕκ[α]στος ἱερεῖον [κα]ὶ τὰ ⟨γε⟩ γέρη δι-

---

accipienda dicit H., sine dubio recte. Nam eponymus fuit Coi monarchus, cuius ipsum nomen singulos quotannis eiusmodi magistratus fuisse prodit. De eo vero, etiam si omnes intelligerentur qui in posterum futuri essent, non licebat plurali numero uti. 5 Hinc H. collegit sextum anni Coorum mensem, qui in vernum tempus incideret, recte haberi Gerastium a Patone Inscr. of Cos p. 330, errare vero Bischoffium Leipziger Studien XVI (1894) p. 148. At cum utriusque semestris magistratus diebus quidem aliis, sed hoc eodem mense sacra fecisse dicantur, non intellego quomodo hinc quicquam de mensium ordine colligi liceat. 6 Retro numerari consuevisse dies tertiae mensis decadis ex n. 616, 60. 62. 618, 1. 8. 619, 40. 42 apparet. Pa. 7 Cf. C. I. Att. II 631, 3: ἐπὶ δὲ τ[ὴν τράπεζα]ν κω[λῆν, πλευρὸν] ἰσχίου. H. 8 ἱε[ρών]τωι P. 9 Hic supplementa incerta esse monet H. Si vera sunt, dativus merus τραπέζαι eadem vi accipiendus videtur atque alibi (not. 7) εἰς τὴν τράπεζαν. In universum perspicuum est, pro pretio operis conducti quantum deo offerendum sit a quoque redemptore definiri. 10 τοὶ [ἱερομνάμ]ονες Pat., sed eos in Coorum titulis nusquam occurrere monuit H. 11 Sic H., nisi quod compositum ἀποδ]ιδόντω praefert; [α]ὐτο[ῖ]ς τ[ὸ συ]ν[ταχθὲν] δόντωι P., qua in lectione praecipue aoristus displicet 12 In harum dearum delubro praeter hunc alius titulus (Paton et Hicks Inscr. of Cos p. 51 n. 29) erutus est, ubi v. 9 earum nomina in eadem causa atque hic commemorantur. H. 13 Quot drachmarum multa significetur latet, quia hoc signum nusquam alibi occurrit. Aut centum aut quingentas aut mille fuisse conicit H. 14 De indice debitorum, qui pecunias sacras in mensa argentaria depositas mutuas acceperint, a trapezita magistratibus tradito hoc interpretatur H. At hoc cum proximis verbis ἢ ἄλλως — τράπεζαν conciliari nullo modo potest (not. 17). Quare sic potius interpretor: Quicunque trapezitae negotium facere incipient (οἱ καθίζοντες ἐπὶ τὰν τράπεζαν) sive a trapezitis adiutores asciscuntur vel successores designantur (ἀποδείκνυνται), sive alia ratione id assequuntur, veluti si ipsi suo Marte novam mensam instituunt, iis omnibus auspicandi causa sacra facienda sunt. 15 H. ἄλλως πως ab ἀπο[δει]κνύμενοι pendere vult. At ὑπὸ τῶν τραπεζιτῶν ἢ

δότ[ω] | κατὰ τὰ γεγραμμένα, ἢ ἀποτινόντωι | τῶ[ι] ἱερεῖ ∠ ν΄ καὶ ἁ πρᾶξις ἔστω αὐτῷ | καθάπερ ἐκ δίκας[16].

ἄλλως πως non recte se habet, immo si hoc sibi vellet lex, utique ἢ ἄλλου τινός dicendum erat. Adde quod neque H. dicit neque quisquam perspicere potest, quid in illa interpretatione sibi velint καθίζοντες ἐπὶ τὰν τράπεζαν; nam τοὺς ἄλλως πως ἀποδεικνυμένους H. omnino nihil negotii cum mensa argentaria habere opinatur, quippe qui eos intellegat qui fundos sacros mercede conduxerunt. Intellege igitur 'qui aut a trapezitis instituti erunt aut alio quolibet modo ad mensam argentariam exercendam accesserint' (not. 16). 16 Cf. n. 517, 12: πρακτοὶ ἔστων — καθάπερ ἐκ δίκης τέλος ἐχούσης. 28. 37: καθάπερ δίκην ὠφληκότων ἐν τῇ ἐκκλήτῳ.

ADDENDA ET CORRIGENDA

Vol. I.

P. 3 n. 1. Ed. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 854 n. 1210.

P. 5 n. 3. Ed. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 836 n. 1116.

P. 8 n. 7. Ed. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 836 n. 1118.

P. 17 n. 10. Ed. O. Hoffmann die gr. Dialekte III p. 72 n. 171. Versu 9 supplemento παραδίδοσθαι spatium non sufficere ideoque ad παραδιδόναι redeundum esse ectypo chartaceo examinato asseverat B. Haussoullier Revue critique 1899 p. 405.

P. 19 n. 11. Doleo nonnullos errores ex priore editione in hanc transiisse, ut v. 19 Παραύσσωλος pro Παραύσσωλλος et v. 32 Ἱστιαίου pro Ἱστιαίο, qua de re monuit B. Haussoullier Revue critique 1899 p. 405. Titulum repetivit O. Hoffmann die gr. Dialekte III p. 75 n. 173.

P. 23 n. 12. Ed. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 821 n. 1051.

P. 23 n. 13. Ed. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 820 n. 1049.

P. 24 n. 14. Ed. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 862 n. 1252.

P. 24 n. 15. Hic me delineationem monumenti, quam exhibet E. Curtius Stadtgeschichte von Athen p. 259 fig. 31, commemorare debuisse monet B. Haussoullier Revue critique l. l. Titulum nuperrime repetivit Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 817 n. 1031.

P. 27 n. 17. De hoc gravissimo monumento disputavit E. Meyer Forschungen zur alten Geschichte II p. 141 sqq. Qui v. 4—6 οὐκ ἐξελῶ Χαλκιδέας ἐχ Χαλκίδος, οὐδὲ τὴν πόλιν ἀνάστατον ποήσω similiter atque ea quae proxime sequuntur ad senatorum modo, non iudicum et senatorum coniunctorum sacramentum rettulit, neque eos populi vices gerere, sed suo modo nomine iurare statuit, ut ad hanc primam paragraphum item atque ad alteram spectet exceptio quae subsequitur ἄνευ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων. Populo igitur, qui non iuravit, etiam post hoc iusiurandum licere Chalcidenses ex patria expellere et ipsum oppidum de medio tollere, at senatum hoc sine populi consensu facere vetari. At non perspicio, quomodo illud ἀνάστατον ποιεῖν πόλιν omnino in senatores cadat. An unquam tale quid senatus quingentorum decreto factum est aut fieri potuit? Quod dum demonstretur, facere non possum quin in sententia perseverem, hic omnino caveri, ne unquam Chalcidenses omnes extorres fiant aut oppidum evertatur. Quod contra quae statim de singulis civibus dicuntur, ea sane adiuncto illo additamento ἄνευ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων restringuntur. Vs. 52—57 Meyeri interpretationem meae prae-

ferendam esse ingenue profiteor, praesertim quia in ea non cogimur intra brevissimum spatium locutioni τελεῖν Ἀθήναζε, ἐς Χαλκίδα diversas significationes tribuere. Secundum illam sententiam enim peregrini, i. e. qui neque Atheniensis neque Chalcidenses sunt sed Chalcide domicilium habent, omnes Chalcidensium reipublicae vectigalia pendere iubentur, praeter eos qui Atheniensium civitati vectigales sint et eos quibus a populo Atheniensium immunitas decreta sit. Licet igitur Atheniensium comitiis eiusmodi vectigalia, quae Chalcidensium aerario debentur, remittere hominibus qui neutrius reipublicae sunt, quae condicio ut est satis dura, sic nullam offensionem habet pro ea ratione quam inter utrumque populum intercedere haec tota tabula docet. Paullo obscurius est, quod homines peregrini tum Chalcide habitasse dicuntur, qui Atheniensium aerario vectigalia darent (τελοῦσιν Ἀθήναζε), sed id fieri potuisse tamen non est negandum. — Not. 17 errore P. Foucartum pro C. Grauxio a me nominari monuit B. Haussoullier Revue critique l. l.

P. 33 n. 20. A. Wilhelm Ch. Michelio (Recueil d'inscr. Gr. Add. p. 942 ad n. 71) scripsit, litteraturae genus plane illud esse, quod circa pacis Niciae (421 a. Chr.) tempora usitatum fuisset.

P. 38 n. 21. Cf. quae de hoc insigni decreto disputavit E. Meyer Forschungen zur alten Geschichte II p. 88 sqq. Qui quae de omni eius argumento deque Atheniensium civitatis per illa tempora re pecuniaria disputavit ut hic repetantur fieri nequit. At ab eo Kirchhoffii de anno quo haec decreta essent sententiam a Belochii (Mus. Rhen. XLIII p. 113 sqq.) argumentis, qui ad Boeckhii rationem redeundum opinatus erat, ita defensam esse ut nihil iam dubii restet, adnotandum est. Nam cum ille neutiquam de instituendo quaestorum aliorum collegio, sed de mutata modo eligendi ratione hic praecipi statuisset, Meyerus verissime observavit, quae hic legerentur de rebus sacris undique ex singulis delubris conquirendis et in arcem comportandis deque generibus hominum qui ei negotio interesse deberent (οἵ τε ἱερῆς καὶ ἱεροποιοὶ καὶ εἴ τις ἄλλος οἶδεν v. 12. παρὰ — τῶν νῦν ταμιῶν καὶ τῶν ἐπιστατῶν καὶ τῶν ἱεροποιῶν τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς οἳ νῦν διαχειρίζουσιν v. 18 sqq), ex eis luculentissime apparere nullos fuisse ante hoc plebiscitum quaestores reliquorum deorum. At illos iam multis annis ante 418/7 a. Chr. institutos fuisse apparere ex C. I. Att. I, 195 (429/8 a. Chr.). At dissentit M. ab omnibus tituli editoribus de ratione quae inter anticae et pristinae partis scripturam intercedat. Neque enim duo haec esse decreta, sed unum, quoniam formulis initialibus, quibus nullo modo careri posset (cf. n. 33, 32 sqq. 56 sqq.) reponendis spatium in summa parte planitiei aversae non sufficeret. Quae ut probabiliter disputata sunt, sic tamen ad liquidum perduci res non poterit priusquam lapide denuo examinato cognoscatur, num re vera versus cuius una littera E superest (ante v. 33) primus huius planitiei fuerit. — Vs. 56 sqq. ad quaestores Minervae, non ut Belochius opinatus erat, ad quaestores aliorum deorum pertinere demonstravit M. — Idem Vs. 42 recte reiecto Froehneri supplemento ad priorum editorum lectionem χρήμα[σιν τοῖ]ς τῆς Ἀθηναίας (cf. v. 48) rediit. — Vs. 46. 47. Keilii supplementum a me receptum spatium lacunae una

littera excedere observat idem. — Vs. 48 M. particulam πω a Keilio repositam in dubitationem vocat, iniuria si quid video; quod contra recte negare mihi videtur ἐά[ν τι ἐσ]φέρειν δοκῇ cum eodem homine docto reponere licere versu proximo.

P. 45 n. 26 v. 2 Κ[ρι]τιάδες, v. 4 ταμίαι ʽ]ιερῶν legendum esse monuit B. Haussoullier l. l.

P. 48 n. 28. Ed. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 818 n. 1035.

P. 50 n. 30. Ed. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 838 n. 1129.

P. 50 n. 31. Ed. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 829 n. 1086.

P. 58 n. 35. Ed. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 829 n. 1085.

P. 68 n. 41, 1. δρυινόν non mutandum fuisse in δρυ(μ)όν, sed eandem vocem redire in titulo Delio Bull. de corr. Hell. VI p. 136, adnotavit B. Haussoullier Revue critique l. l.

P. 74 n. 47. 48. Ed. O. Hoffmann die gr. Dialekte III p. 12 n. 19.

P. 78 n. 49, 49 sq. ἐ]πανορθῶσαι τὸγ γραμματέα τῆς βολῆς [καὶ ἐκκολάφσαντα μεταγράφ]σαι ἀντὶ τῆς ἀποικί[ας τῆς Θασί]ον restituit A. Wilhelm, quia in titulo accurate στοιχηδόν scripto alii supplemento locus sit nulli.

P. 96 n. 56, 30. 31 l. ἐσ|[πραξάντων pro [πραξάντων. B. Haussoullier Revue critique l. l.

P. 98 n. 57, 16 pro ἐπρύτανευεν lege ἐπρυτάνευεν (B. Haussoullier Revue critique l. l.).

P. 106 n. 65, 13 errorem ποιήσασθαι pro ποήσασθαι ex proëcdosi remansisse indicat B. Haussoullier Revue critique l. l.

P. 107 n. 68. Ed. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 502 n. 599.

P. 119 n. 77. Ed. O. Hoffmann die gr. Dialekte III p. 8 n. 13.

P. 135 n. 85. Ed. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 862 n. 1253.

P. 145 n. 88, 10 l. τὰ [χ]ρήματα τὰ τοῦ θεοῦ. B. Haussoullier Revue critique 1899 p. 406.

P. 153 n. 93. Ed. I. Baunack ap. Collitz Gr. Dialektinschriften II p. 845 n. 2676, qui προαλιώτας, quos eosdem ac βουλεύοντας non esse iam manifestum est, acute et probabiliter interpretatur eos qui rogationem ad populum tulerint eamque coram in contione (ἁλίᾳ) oratione commendaverint. Sed quod non de instaurata, sed simpliciter de data promantia hic verba fieri statuit, id quidem mihi neutiquam probavit. Nam ut recte dicit, ἀποδιδόναι haud raro esse ʽmercedis loco dareʼ, sic plane neglexit, articulum τὰν προμαντηΐαν cum sua interpretatione conciliari nullo modo posse. — Vs. 16 [Κ]λέωνο[ς] Baun.

P. 155 n. 94. Lapide denuo collato ed. I. Baunack ap. Collitz Gr. Dialektinschriften II p. 799 n. 2617, qui aetatis indicium in Theolyti archontis nomine inesse monuit, quem anno 342 a. Chr. hieromnemonem Delphorum fuisse appareret ex rationum tabulis Gr. Dialektinschr. II p. 670 n. 2504 V, 29.

P. 156 n. 95. Ed. O. Hoffmann die gr. Dialekte III p. 78 n. 176. 177.

P. 158 n. 96. Sex primos versus exscripsit et aliquot nomina propria aliasque voces memorabiles ex reliqua tituli parte excerpsit O. Hoffmann die gr. Dialekte III p. 61 n. 132.

P. 162 n. 99. Clermont Ganneau (Acad. des inscriptions, séance du 27. janvier 1899. Recueil d'archéologie orientale III p. 142) hic Hannibalem Hasdrubalis filium agnoscit; probant Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. Addenda p. 944 et B. Haussoullier Revue critique 1899 p. 406, neque infitias eo, mihi pro foedis corruptelis quae in aliis eiusdem tituli partibus observantur hanc ingeniosam sententiam nunc non plane incredibilem videri; sed incerta utique manebit, praesertim cum non sufficiat initium nominis AN propter syllabam finalem verbis εὐεργέταν omissum et ΞΙ pro ΙΡ errore lectum statuere, sed ΝΩΒΑΝΑΞΙΟΥΒΩ ex ΑΝΝΙΒΑΝΑΙΡΟΥΒΑΟ natum existimari debeat.

P. 173 n. 105. Lapide a Bourgueto denuo collato titulum expressit et commentatione bonae frugis plena illustravit P. Foucart Revue archéologique 1898 II p. 313 sqq. Cuius commentationis caput est, hoc foedus non ante proelium Mantinense, sed post illud factum esse; eandem sententiam breviter indicat B. Niese Hermae XXXIV p. 527 not. 1. Ingenue profiteor, pleraque Foucarti argumenta mihi perquam probabilia videri, sed unus residet scrupulus. Nempe quo pacto Athenienses cum populis quibusdam Peloponnesiacis, quorum socii iam anno superiore fuerant, Molonis magistratu iterum foedus facere potuerint, cum tamen omnia eiusmodi pacta tum in perpetuum aut certe in longius temporis spatium fieri consuevissent, ne nunc quidem perspicio. Nam pace post proelium Mantinense facta in illis foederibus nihil mutatum esse manifestum est. Praeterea de lectionibus et supplementis haec ex Foucarti commentatione addenda sunt: Vs. 12 pro εὔχθαι l. ηὔχθαι. ΕΥΧΟ sane Koehler in C. I. Att., sed is videtur error typographi esse, nam in Mitth. ΗΥΧΟ est idemque habet Foucart. Vs. 34 extremam litteram vocis [Α]ΔΙΚΟΥΜΕΝΟΙΣ per errorem in C. I. Att. additam esse, ab antiquiore vero Koehleri exemplo abesse itemque a Bourgueto non inventam in lapide, ut nulla sit causa a sollenni formula discedendi, monet F. Vs. 35—40 F. tam sollerter quam probabiliter restituit hunc in modum: ἐὰν δέ τι ἄλλο δοκῆι ἁπάσαις | τ]αῖς πόλεσι πρ[οσθεῖναι, ὅτι ἂν δόξηι, εὔορκον εἶν]|αι. ὀμόσαι δ' ἑ[ν ἑκάστηι πόλει τὰ μέγιστα τέλη Πελο]|ποννησίων, [τῶν δ' Ἀθηναίων τοὺς στρατηγοὺς καὶ το]|ὺς ταξιάρ[χους κτλ., collato Xenophontis loco Hell. VI, 5, 3: ἐξέπεμψαν τοὺς ὁρκωτὰς καὶ ἐκέλευσαν τὰ μέγιστα τέλη ἐν ἑκάστῃ πόλει ὁρκῶσαι.

P. 176 n. 106. Fusius de hoc titulo disputavit B. Niese Hermae XXXIV p. 542 sqq., qui demonstratum ivit, quarti quidem a. Chr. n. saeculi nullum fuisse tempus, cui hoc decretum tribui posset. Nam post Megalopolin conditam (367 a. Chr., v. Niese ibid. p. 527 sqq.) manifesto conscriptum esse. Proximis vero annis incredibile esse septentrionales Arcadiae civitates, Psophin, Caphyas, Cynaetham, Pheneum, Stymphalum, quae hic desiderarentur, a communi Arcadum concilio afuisse. Reliqua vero saeculi quarti parte adeo inter se dissensisse Arcades, ut eos qui hic enumerarentur populos, ac maxime quidem Megalopolitas et Mantinenses, uni eodemque foederi interfuisse omnium maxime improbabile esset. At ipsum non fugit perquam mancam esse rerum Arcadicarum per annos 362—300 a. Chr. memoriam. Quae vero

a me allatae sunt rationes cur quarto quam tertio saeculo titulum vindicare praestaret, ex eis Atrestidae nomen non ab omni parte certum esse concedo; sed multo gravior mihi videtur μυρίων mentio, non quia foederis Arcadici tertio a. Chr. restituti nulla exstat in litteris memoria, ut N. argumentationem meam intellegere videtur, sed quia illud institutum comitiorum totius gentis, plane abhorrens illud quidem ab ea forma quam foedera civitatum eiusdem gentis apud Graecos plerumque habent, in Epaminondae quidem aetatem et proxima decennia quadrat, sed id plus quam saeculo post, cum post ingentes rerum publicarum vicissitudines civitates Arcadicae denuo in unum commune coniungerentur, restitutum esse incredibile est. Niesius ipse, cum demonstrasset, ne tertio quidem a. Chr. n. saeculo eiusmodi communi Arcadum foederi locum esse nisi inter Aristodami Megalopolitani dominationis finem et Lydiadae initia, huius decreti tempus J. G. Droysenii aliorumque exemplum secutus annorum fere 255—245 a. Chr. terminis circumscripsit. Ac non modo concedo, si omnino tertii a. Chr. n. saeculi sit, utique illi tempori vindicandum, sed neutiquam meam sententiam in re obscurissima pro certa venditare velim, etsi probabiliorem etiamnunc existimo. Nisi forte Phylarchi Atheniensis memoria in titulo qui ex solo terrae Atticae in lucem protractus erit comparebit, haec lis vix unquam dirimi poterit.

P. 178 n. 107. Ed. O. Hoffmann die gr. Dialekte III p. 47 n. 96.

P. 186 n. 113. Ed. O. Hoffmann die gr. Dialekte III p. 10 n. 14.

P. 191 n. 116, 3. Hic non Koehlerum, sed Pocockium et Kumanudem (praeter singularem ethnici numerum) verum vidisse lapide denuo examinato per litteras mihi indicavit A. Wilhelm. Etenim perspicue ΣΗ . ΤΙΩ . in lapide esse.

P. 194 n. 120. Ed. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 532 n. 617.

P. 199 n. 123. 124. Ed. O. Hoffmann die gr. Dialekte III p. 17 n. 26. 27.

P. 201 n. 127. Edd. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 839 n. 1133. O. Hoffmann die gr. Dialekte III p. 53 n. 108.

P. 202 n. 128. Edd. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 869 n. 1291. O. Hoffmann die gr. Dialekte III p. 66 n. 143.

P. 207 n. 131. Ed. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 839 n. 1134.

P. 207 n. 132. Edd. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 839 n. 1135. O. Hoffmann die gr. Dialekte III p. 53 n. 109.

